FASTI
CARDINALIVM OMNIVM SANCTÆ ROMANÆ ECCLESIÆ

CVM STEMMATE GENTILITIO
cujusque Cardinalis, ac lemmate ex sacris paginis deducto, gesta annuente illius Cardinalis.

Cum Indicibus Pontificum, PseudoPontificum Cardinalium, PseudoCardinalium tàm per nomina propria, quàm per cognomina familiarum: ac Rerum Notabilium, in quibus plura supplentur, & corriguntur omissa in corpore huius Operis.

EMINENTISSIMO CARDINALI
IN ECCLESIA PRINCIPI
FABRICIO PAVLVTIO
D I C A T I.

AUCTORE
IO: PALATIO I. V. D.
Collegiatæ S. Mariæ Matris Domini Plebano, & Archipresbytero ejusdem Congregationis, Ducali Canonico, in Veneto Lycæo Iurisprudentiæ, ac Patauij olim Sacrorum Canonum Publico Professore, S. C. Maiestatis Historico, Consiliario, &c.

O P E R I S
VOLVMEN QVARTVM.
A Paulo V. Rom. Pont. CCXXXV. usque ad Innocentium XI. Rom. P. CCXLII.

VENETIIS, M. DCCIII.

Expensis Gasparis Bencardi Bibliopolæ Augustani.
SVPERIORVM PERMISSV.

Eminentiſsimo Principi S. R. E. Cardinali

FABRITIO PAVLVTIO.

SEnatum defero Purpuratorum, EMINENTISSIME PRINCEPS, Pontifices omnes futuri, ni Virtus ipſa revocaretur ad cineres. Agnationis & Cognationis Tuæ cum plures hic claudantur Imagines, eas minime dedico, ſed reſtituo, eo tamen fœnore Majeſtatis, quòd Gentilem de Cœlo congaudeant eò ſatietate gloriæ provectum, ut à SS. D. N. CLEMENTE XI. in partem aſſumptus ſolicitudinis, pacem procuret Orbi Vniverſo. Tria mihi, & quidem myſtice Tuo occurrunt in ſtemmate, LILIA, AQVILA, ROSA. Et ut cæteris floribus, Lilii excelſitas maior: Tibi Virtus, aliorum comparatione minimè minor. A radice mortalitatis, morum candore ad cæleſtem aſſurgens pulchritudinem, non tam ſpinas ſupergrederis æmulationis, quàm Reipublicæ ardore, mente exardeſcens, innocentia florens atque doctrina, perfectionem redoles Apoſtolicam; VERE PASCERIS INTER LILIA.

Plin. lib. 21. c. 5. Lilio cum nihil fœcundius, quod una die quinquagenos ſæpe bulbos emittat: procedens Tu DE VIRTVTE IN VIRTVTEM, quum inter Sarmatas Legatus conſcediſti Apoſtolicus; ap-
Pſal. 83. paruit DEVS DEORVM IN SION: Impleto tunc Eccleſiaſtici vaticinio; QVI UNGIS REGES AD POENITENTIAM, ET PROPHETAS FACIS SVCCESSORES POST TE: cecidit de Cœlo Lucifer; Luther veluti Dagon abſciſſo capite, truncis manibus, in terra jacuit coram Arca Domini. Stabit itaque OPUS MEUM VELUT ACERUVS TRITICI VALLATUS LILIIS. ROSAM ſi adjungas gentilitiam; cum Salomone ſubſcribam, FORTITUDO ET DECOR INDUMENTUM EJUS. Surgens innoxia, & ſpinis inermis, omnibus ſemper ſuavis, quod ſine fictione didicit, ſine invidia communicat. Adſtat tandem AQVILA oculo irretorto, rectà tendens in Solem Iuſtitiæ, vera pandens, juſta protegens, diſperſa colligens, congregata conſervans. Sub umbra alarum tuarum, repono obſequens volumen grande; in quo Cardines Orbis terrarum. Via etſi Aquilæ IN CÆLO, inſpice de præparato habitaculo tuo, EXCELSUS ENIM
Pſalm. 137. DOMINVS, quia HUMILIA RESPICIT. Veritas quandoque de terra conſurgens, Cœlites vocat, ut ſaltem reſpiciant per feneſtras, proſpiciant per cancellos. Sublunarium cum ſit, aſpectu Superum creſcere; hoc tantum poſco; in eum lumina dirigas, qui oſculo Sacræ Purpuræ, profiteri ambit.

Seruus Humil. Deuotiſs. Obſequent.

Joannes Palatius.

PAVLVS V.

P.R. CCXXXV.

Electus die xvi. Maii 1605. Obiit die 28. Ianuarii 1621. Eius ad fuere comitiis iidem (excepto Hieronymo Agucchio, qui ad Superos euolauerat) qui LEONEM XI. crearunt.

CARDINALES DE NOVO CREATI A' PAVLO V.

1. *Posuerunt nomina sua in terris suis*. Psal. 150.



SCipio Caffarellus Romanus, M. Antonii Filius, Pauli V.R.P. ex Sorore nepos cum in Perusina Accademia literis operam nauasset, vna cum purpura nomen assumpsit Burghesianum, die 18. Julii 1605. Persb. Card. tit. *S. Chrysogoni* dictus ab auunculo, & beneficiis auctus Ecclesiasticis, apud Montem Compatrũ, (terram hanc sibi ære parauerat) Templum Virgini dicatum Assumptæ crexit; in Sacello Basilicæ Liberianæ quatuor Cappellanias instituit, munera obtulit pretiosa. Cænobium S. Claræ de Vrbe construxit, sed non absoluit: Titulum restituit S. Chrysogoni. Porticum marmoreum Ecclesiæ addidit S. Gregorii; Basilicam S. Sebastiani in via Ostiensi labantem restituit: Monachorum habitationes adiecit, clausura sepsit, aream strauit: Frontem marmoream S. Mariæ à *Victoria*, cum postibus ex arbore indica confectis fabrefecit: Aquæductus Domus Lauretanę perfecit, muneribus auxit: Templum S. Mariæ super Mineruam binis Organis exornauit; Sacellum Familiæ Caffarellæ restituit; Ecclesiam cum cęnobio Franciscanorum à fundamentis extruxit apud Montem Fortinũ, vt ex nummismate, cuius in fronte Insignia cum nomine *Scipio Card. Burghesius*: ex aduerso, *Cœnobium Minoribus Franciscanis à fundamentis erexit*. Ad titulum translatus *S. Laurentij in Lucina*, postea Ep. *Sabinus* apud auũculum licet natura timidus non multa posceret, semper præualuit. Præfuit Maior Pænitentiarius, Vaticanæ & Lateranensis Basilicæ Archipresb. Apostolicus Bibliothec. Legatus Auenionensis; Ordinis Prædicatorum, Camaldulensium, Lauretanæ Domus Protector, Conceptioni semper fauit Immaculatæ Virginis Deiparæ; Archiep. Bononiensis per biennium, Ecclesiam postea resignauit Alexandro Ludouisio, pensione sibi reseruata prædiuite. Germaniæ, Belgii Protector, Signaturæ Gratiæ Præfectus, comitiis adfuit Gregorii XV. & Vrbani VIII. sub quo Romæ decessit die 2. Octobris 1633 ætatis 57. ex Dysuria, M. Antonio Burghesio Sulmonæ Principe hærede instituto. Munificus erga Mariana Templa, eorum cuilibet certam auri summam; Virgini Lauretanæ Scuta decem millia: Pauperibus Parætiæ S. Laurentii in Lucina Scuta mille: Puellis elocandis num. 20. dotem aureorum 50. earum singulis: Singulis locis piis, quorum Protector erat, Scuta 200. Sacelli domestici Suppellectilem Ecclesiæ Sabinæ, & S. Laurentio in Lucina.

Eius memoria in Ecclesia S. Sebastiani, pluribus appositis inscriptionibus non ad Fastum; sed vt posteri charismata æmularentur meliora.

SCIPIO CARD. BVRGHESIVS.
Maior Pœniten. huius Ecclesię Commendatarius Pauli V. P. M. Nepos
Incliti M. Ecclesię defensoris Basilicam vetustate collabentem,
Restituit, auxit, ornauit M. DC. XII.

In eiusdem Ecclesiæ Tholo.

S. Martyri Sebastiano
Scipio Card. Burghesius
A. D. M.DC.IX.

Supra ianuam Lateralem

Paulo V. P. O. M. An. M. DC. IX.
In honorem S. M. Sebastiani
Scipio Card. Burghesius.

In fronte Porticus

Scipio Card. Burghesius S. R. E. Maior Pœnitent.
An. Dom. M. DC. XII.

In Sacello Burghesiano, in Ecclesia SS. Trinitatis, in Monte Pincio

Vt quotidiano Sacrificio, in perpetuum. Animæ. Hortensiæ. Burghesiæ. Suffragentur. hujus. Templi. Sacerdotes. Scipio Burghesius Card. Pietatis. in optimam, parentem. memor Annuo. attributo. redditu, officiose. curauit Rei. memoriam. in. publicis. Tabulis Michael. Angeli. Casij. Notar. eo. seruari Atque hic. extare. voluit

Ibidem

D. O. M. Hortensiæ. Burghesiæ. Matronæ. lectiss. Generis. splendore. pudicitia. omniq. meliori. laude. clariss. Scipio Burghesius S. R. E. Presb. Card. Pauli V. P. M. Sororis Filius Maior. Pænit. ac Bononiæ. Archip. Matri. pientiss. ac benemerenti. posuit Ætatis. Annorum. XXXVII. obiit. die xxiii. Iunii M. D. XCVIII.

In fronte Ecclesiæ S. Chrysogoni

Scipio S. R. E. Presb. Card. Burghesius. M. Pænit. A. D. M. DC. XXVI.

Ibidem supra ianuam Templi

Ædem hanc D. Chrysogono Sacram. A. Gregorio III. A. D. DC. XXVI. reparatam A Card. Cremensi An. M. CXXV. refectam Post quingentos Annos vetustate collabentem Scipio Card. Burghesius Maior Pænitent. Suum & auunculi Pauli V. nondum ad Pont. euecti Titulum instaurauit, ornauitq. A. D. M. DC. XXIII.

Ad Oratorium eiusdem Ecclesiæ

Scipio Card. Burghesius Protector.

In Sacrario S. Georgii, in Monte Cælio

Quod magnus sit Scipio magni Gregorii Veteri Templi nouam frontem cum Porticu præfixit. Eidem Scipioni Card. Burghesio Patruo Magno non minori Gregorii Monachi Camaldulenses Monumentum immortale PP.

In fronte eiusdem Ecclesię

Scipio Ep. Sab. Card. Burghesius M. Pænitent. A. Dom. M. DC. XXXIII.

In Oratorio proximo erecto a S. Gregorio.

Scipio S. Chrisogoni Presb. Card. Burghesius. Monasterii Commendatarius Oratorium à S. Gregorio extructum. Fundamentis restitutis seruauit, variis Ornamentis illustrauit. A. M. DC. IX.

In Ecclesia S. Siluii,

A *Scipio S. Chrysog. S. R. E. Presb. Card. Burghesius Monasterij Commendatarius Oratorium S. Sabiæ. A Cæsare S. R. E. Card. Baronio extructum. Laqueari ac picturis additis consumauit. A. M. DC. IX.*

Pontificatum ineunte Paulo, qui etiam Leonem XI. & Clementem VIII. in Venetam Rempublicam excitaverat, occasione Senatus Consulti, *ne Locis piis fundi accederent iure perpetuo*, mota quæstione; vt Pontificem sibi conciliarent Romanum, maioris obsequii gratia, quatuor Oratores Romam miserunt. Insuper *Scipionem Burghesium* Pauli V. Nepotem, *Franciscum ac Io. Baptistam* Fratres inter Patritios (Summus hic honor, & a regibus expetitus) cooptarunt, nil tamen impetrarunt. Hinc dissidia simultates inter Venetos & Romanos. Interbeneficia, quæ agnatis contulerat Paulus; Abbatia erat magni momenti in Peninsula Rhodiginæ diæcesisquę anno vacaverat 1608. tit. *S. Mariæ Vangadizza*, ob obitum Francisci Lauretani, Successorem cum declarasset nepotem, Scipionem Burghesium inscio Senatu, durum acerbum Patribus, qui à Sententia cum Pontificem dimovere haud possent, possessionem Burghesio negarunt fructuum ciuilis. Gliscente dissidio, etiā Regulares Camaldulenses *Leonis* X. priuilegio innixi, qui septemdecim cœnobia iam dissipata, denuo Religiosis subiecerant; *Fulgentium Atela Abbatem* eligunt, qui statim Rhodigium profectus (Senatu minime impediente) solemni ritu inauguratus vacantis Sacerdotii gubernacula suscepit, Romamque misit Procuratorem, ut iura defenderet Monasterii. Hic tamen nullum inuenere suę causę patronum, ob timorem regnantium. Papa porrò ne gladio agere videretur, Rotæ Auditoribus cognitionem delegavit, qui nullum ius esse Camaldulensibus in Abbatia Vangadizzæ decreuerunt; decreto protinus Venetæ Reipublicę significato per Nūcium Apostolicum, enixeque postulantem, vt Fulgentium possessione depellerent; anathemate exposito in Abbatem, si obstinate persisteret; quæ D circa Fulgentium nil innouari voluit; vnde iste imperterritus in suscepto munere perseuerauit; donec restituta pace inter Pontificē, & Rēpublicam in eo conuenere, vt Abbatiam Priolo Veneto patritio Pontifex conferret, pensione quinq; mille aureorum reseruata Scipioni Burghesio nepoti Pontificis. Ita dissidio composito quievere concordes.

Iacet Scipio apud S. Mariam Maiorem, in Sacello Burghesiano.

Plura

Plura de eo leges in oratione funebri habita, per Lælium Guidiccionum. Aulam cum moderaretur Romanam, plures habuit Encomiastes, & adulatores; inter quos Fabianum Iustinianum in suo *Indice Vniversali*. Ignatius Ciantes Laudationem ei inscripsit S. Thomæ. Constantinus Caietanus vitam B. Amularii Fortunati. Clemens de Clementibus *Encyclopediam*. Sebastian. Venturellus *Odas*. Vincentius Alsacius à Cruce *Allocutionem*. Antonius Paulus, Diomedes Montesperellus, Io: Bapt. Mucantius, Angelus Lucianus, Iulius Gabriellus Orationes *de aduentu Spir. S.* Franc. Lenius *de S. Franc Romana*. Henricus Chisellius *Lacipiados*. Alex. Pesantius *commentaria in D. Thomam*. Ambrosius de Magistris, *Ætodracantaum*. Io:Rosæus *Odas*. Io: Camillus Zaccagnius *de laudibus literarum*. Io: Paulus Castellinus, & M. Anton. Maphæius *Carmina*. Stephanus Bubalus de Cancellariis *Commentat*. *Angelicas*. Felix Contelorius *Choros*. Einestus Arach *Austriacum Simboleuticon*. Michael Angelus Iontus *Signum Burghesium*. Benedictus Iustinianus *in Ep Pauli*. Georgius Portius *Epigrammata*. Scipio ipse Carmina scripsit.

Lege Vitam Pauli V. à me exaratam. Andream Maurocænum *H. Veneta*. Theodor. Amydet. V.M.S. Vghellum. *Italia S.* Maracinum *in Purpura Mariana*.

2. *Perambulabam in medio Domus meæ* Psal. 102. B



Lvdouicus de Torres Romanus Ferantis, & Pantaliliæ Sanguineæ filius in Collegio Germanico Romæ, literis instructus humanioribus, Perusiam venit inde Bononiam, vbi Lauream adeptus Iurisprudentiæ, in Siciliam abiit cum patruo Archiepiscopo Montis Regalis, vbi Annum agens ætatis vigesimum primum, patruo vices præbuit. Romæ Sacris initiatus C primam Deo hostiam immolauit in Basilica Liberiana, in ara Præsepis. Referendarius V. Signaturæ, Episcoporum Cæremoniale iubente Pontifice ordinauit. Adnotationes Baronii in Romano Martyrologio, antequam typis darentur, recognouit, teste ipso Baronio. *A R. D. Ludouicum de Torres V. S. Referendarium, ob eius prudentiam, & pietatem mirifice colo, tantumque ei tribuo, vt eius iudicij statera hos meos libros prius examinari voluerim, quàm in hominum conspectum prodierint*. In Ecclesia S. Laurentii in Damaso, Cardi- D nalis Farnesii vices gessit: mortuo Aloysio patruo, nominante Philippo II. Hispaniarum Rege, à Sixto V. Archiepiscopus dictus Montis Regalis, Pontificis nomine, inter Archiep. Panormitanum & Canonicos dissidia diremit. Palatium suum Archiep. instaurauit. Seminarium instituit iuxta leges Tridentini Concilii, eique suam donauit Bibliothecam. In Ecclesia principe pauimentum nauium lateralium Marmore strauit: lampades accendit valoris non exigui: prope fores duo vasa marmorea cum aqua lustrali introeuntibus posuit: S. Placidi. M. & Castrensis Ep. Sacella construxit. Cathedralem Sacris vasibus, ac gaza prædiuite locupletauit: Vrbem ædificiis, fontibus exornauit: pingui namque redditu de votus Deo seruiuit, & hominem non deseruit; familiam eodem tempore locupletauit, & pauperes eleemosinis iuuit; præsertim cum vrbis Montis Regalis frumenti præmeretur inopia. A Inopes ipse non per Vicarios inuisebat, paretias lustrabat: Eucharistiæ Sacramentum ipse ad ægrotos deferebat: in Templo, ex publico Suggestu Euangelium gregi explanabat: pueros prima Fidei rudimenta docebat: Vicarios alebat, sed ipse prouinciam perrurrebat dicens, rationem villicationis ab Episcopis exercendam per seipsos, non per Vicarios; propterea nonnisi sibi ipsi fidebat.

Synodum edidit Montis Regalis à patruo habitam: *Regulas Monialibus scripsit*.

Vitam Io: Versera clari apud Hispanos Poetæ.
Historia Montis Regalis.
Descriptionem Templi Regalis: ac Monasterij S. Mariæ Nouæ; quas typis tradidit sub nomine Ludouici Lelli.
Discursus in Salue Regina.
Pragmaticam Regni Siculi.
Historiam Pontificum.
Epistolam ad Andream Spinula Clericum Cameræ Apost.

Ad eum habes Iani Erythræi literas, nec non Aldi Manutii. Henricus Chiselius vitam ei inscripsit *S. Pancratij*. Pompeius Vgonius *Odem*. Anonnymus libellum *de reædificar. Monasterij S. Martini &c.* Baronius *Tomum XI. Annalium*.

Hunc cum absentem declarasset Card. Presb. tit. *S. Pancratij*; die Lunæ 11. Septemb. 1606. Paulus V. cæpit illico instaurare Titulum suum vetustate pene collapsum, sed morte præuentus non perfecit, vt ex notis ad ianuam Ecclesiæ.

Ludouicus Card. Montis Regalis restituit. M. DC. IX.

Ad ianuam Cœmeterii

Cæmeterium S. Calepodij Presb. & M. Christi Ludouic. Card. Mont. Regal.

In Lateranensi Basilica consecrauit Altare S. Io: Euang. quod est in Oratorio subtus Aram maximã.

Ex auctoritate S. D. N. Clem. PP. VIII. P. M. Die X. Septemb. 1594. Ludouicus de Torres Archiep. Montis Regalis, Altare, vbi est Confessio S. Io: Euang. sub Altare Papali consecrauit, in eoque multas Ss. Reliquias condidit.

Vaticanæ præfectus Bibliothecæ, sedit etiam in Congregatione Rituum, grauis venerabilis opinione Doctrinæ.

Romæ, è vita migrauit die 9. Iulii 1609. in suo Titulo sepultus cum Epitaphio.

Ludouici de Torres Archiep. Card. Montis Regalis Bibliothecarij Apostolici.
Vixit annos LVIII. Obijt. VII. Idus Iulij M. DC. IX.

In suæ Cathedralis Sacello S. Castrensis, tumulum sibi construxerat, cum Epitaphio.

Præsulis hoc tegitur Ludouici marmore corpus
Æternam Dominus donet in requiem: Amen.
Hic iacet corpus Ludouici Archiepisc. & Cardin.
Cuius anima requiescat in pace, Amen.
Vixit An LVII. Mens. VIII. Die XI.
Obijt IX. Iulij M.DC.IX.

Post eius obitum addita fuere verba postrema.

Ioannes Ferrus vt virtutem Ludouici de Torres omnibus communem ostenderet & beneficam, Turti Cardinalis gentilitiæ inscripsit, *In latus omne patens*. Teste namque Sinesio, *Episcopus non vni sibi vacans, sed communissimus omnium esse debet*. Quibus Psalmistæ Regii concordat versiculus 2. psal. 102. *Perambulabam in medio Domus meæ*. Eum namque qui præest, in Domibus oportet ambulare; teste Francisco Titelmanno.

3. *Ecce examen Apum in ore*. 14. Iudic. 8.

MAphæus Barberinus Thaddæi filius, nobilis Florentinus Presb. Cardin. titul. *S Petri in monte aureo* die 13. Septemb. 1606. Papa futurus nomine VRBANI VIII. Poeta facundus cuius in parma apes Lege eius vitam à me exaratam.

4. *Thesaurizat & ignorat, cui congregabit ea* Psalm. 38.



BArtholomæus Farratinus Ameriæ in Vmbria natus, patre non ignobili, Romam venit fortunam quærens. Die 9. Octobris 1562. ex patrui resignatione Episcopus Amerianus per Annos nouem Sedem tenuit, cui postea subductus, Vaticanæ Basilicæ factus Canonicus, Vicarius, ac Fabricæ eiusdem Ecclesiæ præfectus, V. Sign. Referendarius. Cancellariæ Regens, Gratiæ Signaturæ Præses, nouem successiue Pontificibus adfuit iustitia incorruptus, & vsu vetusto cæterorum Magister, ad quem cæteri confluerent veluti ad Oraculum. In his muneribus cum consenuisset, Annum agens ætatis sexagesimum nonum, inter Presb. Card. absque titulo recensitus, purpuram assumpsit tanquam mortuale Siparium. Siquidem post diem 60. vitam posuit Romæ die 1. Nouemb. 1606. Cadauer Ameriam relatum vnà cum diuitiis, ab eo congregatis, quas nepotes luxuriose viuendo dilapidarunt. Vltra es signatum, & coempta latifundia, Romæ apud Montem Pincium, via publica ab eius nomine *Farratina* dicta, ædes excitauit sumptuosas, quas modo Collegium possidet De Propaganda Fide. Sepultus iacet in Cathedrali Ameriæ cum sequenti Epitaphio

D. O. M.

Bartholameus Farratinus S.R.E. Cardinalis
Qui maiorũ suorum vestigia insectatus, Ameri-
A *nus Ep. Basilicæ Principis Apostol. Canonicus & Vicarius, & Fabricæ Præfectus, & Apost Cancellariæ Regens, & supplicibus libellis vtriusque Ordinis Referendarius, & præterea Signaturæ Iustitiæ diu Præses fuit, quibus in muneribus magna semper integritate, ac industriæ laude versatus: postremo à Paulo V. P.M. egregia ob merita in summum ordinem lectus, sexagesimo post die, ingenti suorum luctu excessit. Vixit Ann. LXIX. Obijt Kal. Nouemb. M.DC.VI.*
Vghellus. Amyden. *Vita M.S.*

5. *Et nunc quæ est expectatio mea, nonne Dominus? & substantia mea apud te est*. Psal. 57.



IO: Garzia Millinus Romanus Marij filius, & Hortensiæ Iacobatiæ, Florentiæ natus Anno 1592. dum eo pater Roma exul se contulisset. Nomen Io:
B Garsiæ in baptismate retulit, à patrino impositum Ioanne Garsia Comite Beneuentano, apud Pontificem oratore Hispano, vt mos est Vltramontanæ gentis. Sub disciplina adoleuit Io:Bapt. Castaneæ, quem in Pontificatu Vrbanum VII. appellarunt. Munera fere omnia aulæ Romanæ sancte obiuit: nam sub Sixto V. Aduocatus Concistorialis, sub Gregor. XIV. Rotæ Auditor Romanæ, sub Clemente VIII. Henrico Cardinali ad Sarmatas Legato Collega datus, vt pacem restiC tuerent inter eos, & Domum Austriacam: eumdem Papam Ferrariam proficiscentem secutus: itemque Petrum Aldobrandinum eius nepotem, ad nuptias conciliandas Henrici IV. Gallorum Regis cum Maria Medicea, Munus *Concessum* appellatum obtinuit: Sub Paulo V. ad Hispanos Legatus cum titulo Rhodiensis Archiepiscopi, post Annum die XI. Septembris 1606. Presb. Card. tit. *Ss. IV. Coronatorum*, & Ep. Imolensis, die 5. Maii 1608. Legatus a Latere ad Germanos vt fratres reconciliaret cum Rudolpho Austriaco, cum omnia felici absolD uisset euentu, Romam restitutus, ab eodem Papa in publico Consistorio de prudentia, virtute, sagacitate in rebus agendis laudatus, Congregationibus adfuit Episcoporum, Regularium S.Officii, Sacrorum Rituum: Patronus Cruciferorum, Carmelitarum, Io:Dei, Minorum Conuentualium absente Card. Lanti, Archipresb. Liberianæ Basilicæ, Vicarius

carius

carius in Vrbe, etiam absens Imolensem gubernauit Ecclesiam, statuis ornauit Ss. Cassiani, & Petri Chrysologi, ac Sacra Suppellectili. Ecclesiam mulierum pænitentium prope labentem à fundamentis restaurauit; Templum Ss. Quatuor Coronatorum reędificauit, picturis, Domibus exornauit, Reliquias ibidem recondidit, nulla ad posterorum memoriam inscriptione apposita, nec gentilitio Stemmate, auram contemnens popularem, nota tantum adiecta sequenti.

Paschalis II. Pontifex M.

Cum Templum hostili corruptum incendio restituisset, Ss. Corpora a B. Leone inuenta, & primum sub Altari recondita, renouato eodem loco, An. Dom. M.C.XI. *Pontif. sui* XII. *religiose reposuit. Demum* Io: Garsia Millinus *Tituli huius Ecclesiæ Presb Card. pro sua in S Martires pietate, apsidi Aræ maximæ exornata effosaque altius humo, ac reperta in quatuor conchis, duabus Porphyreticis, vna ex Ophite, altera ænea eorumdem Corpora Sanctorum, postquam venerabunde populo, aliquot dies exposuisset, propitium sibi atque Vrbi precatus beatum Christi manipulum, quem ad Romæ custodiam, ex cæmeterijs in Vrbem inuexerat, S. Leo, sub eadem Ara honorificentius reparata & communicata seposito S. Sebastiani Capite alibi collocando conclusit. Anno Domini* M.DC.IV. *ac S.D.N. Vrbani IV. Pontif. II.*

Post Annos XX. dimisso titulo Ss. Quatuor Coronatorum, titulum optauit *S. Laurentij in Lucina*; post Annos octo, die 13. Kal. Septemb. 1629. *Ep. Tusculanus*. Card. cum esset Ss. IV. Coronatorum, Anno 1619. fundamenta iecit S. Mariæ in Campitello, inscripto lapide

M̄P̄. ŌȲ.

Paulo V. Pont Opt. Max.

Io: Garsias S.R.E. Card. Millinus tit. Ss. Quatuor Coronatorum, Papæ Vicarius, Templum, quod Congregatio Matris Dei Deiparæ Natalibus curauit extruendum; primum hunc Lapidem solemni ritu a se consecratum in fundamenta coniecit 6. Idus Maij M.DC.XX.

Nummisma etiam repositum, cuius in fronte Imago Cardinalis cum Epigraphe, *Io: Garsias S.R.E. Card. Millinus tit. Ss. Quat. Coron.* Ex aduerso: *Ecclesiam S. Mariæ in Campitello Congregationi Matris Dei obtinuit, nouæque curandæ primam Lapidem posuit An. Sal* 1619.

Eius memoria in Basilica Liberiana, cui dona contulit pretiosa, in quibus vtensilia argentea auro perlita; & vestes ex opere Phrygio. Anno Iubilæi 1625. in Liberiana Basilica Portam Sanctam aperuit, vt ex notis ibi incisis.

Vrbani P.P. VIII. auctoritate
Io: Garsia Card. Millinus Archipresb.
Aperuit & Clausit Anno Iubilæi M.DC.XXV.

Nummisma habes cum Lemmate: *Io: Garsia S. R. E. Card. Millinus Archipresb. Portam Sanctam aperuit, & clausit An. Iub.* 1625.

Comitijs adfuit Gregorii XV. & Vrbani VIII. cum quo de Primatu certauit, & sex vota supra viginti retulit. Optimus namque habebatur Ecclesiasticus, clarus I. Consultus, & Canonista rerum vsu, & Consilio potens; quem Paulus V. cum Principum audiret Legatos, præsentem volebat, eo consulente legationes decernebat, de bello pace, cæterisque rebus grauissimis consulebat. Veruntamen cũ etiam res minime dubias in controuersiam vocaret, & morosus nunquam decideret, ne alicuius indignationem subiret in iudiciis, quæ dietim contingebant, nominis dignitate minuebatur, quam cæteris virtutibus promerebat. Eius assumptionem plures abhorrebant Patrum, quod agnatis abundaret, & cognatis tumidis, & auidis diuitiarum; propterea voce in eo conueniebant Patres non voto. Aduersum sibi concitauerat Cardinalem Leni, quando in noua Cardinalium creatione, Desiderium Scagliam Sancti Officii Commissarium amicum suum tuendum suscepisset contra Hiacynthum Petronium Magistrum Sacri Palatii, cognatum Cardinalis Leni. Eius assumptionem non minus abhorruit Cardinalis Ludouisius, vt vicem reponeret indignationis, & dissensus, quem Millinus egerat aduersus Gregorium XV. Hisce de causis, throno cecidit, cui proximus fuit.

Romæ decessit die 1. Octob. 1627. hora 6. noctis, sepultus apud S. Mariam de Populo, in Sacello Gentilitio, cum sequenti inscriptione. Eius in funere perorauit Fr. Antonius Marinarius Carmelita.

Io: Garsias Millinus Romanus S. R. E. Episc. Card. Tusculanus Papæ Vicarius Basilicæ S. M. Maioris Archipresb. ac supremus Inquisitor. Obijt Kal. Octob. An. Dom. M.DC.XXIX.

In eodem Sacello, sub nobili tumulo sequens legitur Cenotaphium

D. O. M.

Io: Garsiæ Millino

S. R. E. Card. naturæ, virtutisque bonis eminentissimo, quem adolescentem ingenij, cognitionisque prærogatiua clarissimum nondum Romæ Pontifex Vrb. VII. *quasi præceptor instituit.* Sixtus V. *Sacri Consistorij aduocatum* Gregor. XIV. *Romanæ Rotæ iudicem legit.* Clemens VIII. *auctum censu, dignumque purpura proclamatum sibi, Ferrariam proficiscenti comitem, & Card. Caietano aduersus Turcas ad Poloniæ Regem Legato adiutorem adiunxit. Paulus V ad Philippum III. Regem Hispaniarum misit Nuncium, & bene re gesta, primum Purpuratorum Patrum in Senatum asciuit. Idem Paulus eiusdem opera ad Matthiam Pannoniæ Regem, & ad Rodulphum Cæsarem Legati, magno cum Reipub. bono, bellum inter duos fratres plusquam ciuile composuit. Re-*

deuntem

deunte è Germania suum in Vrbem Vicarium dixit, eumque fere Principem sacri Principatus administrum, ad maiora quæ semper adhibuit in lectionis Pontificiæ Conclaui, non minima pars sacri Senatus oneri summoparem existimauit. Reliqui Summi Pontificeet eumdem pluribus vnum Congregationibus præfecere; magnisque de rebus etiam ægrotantem in lecto consuluere. Denique Vicarium in Vrbe custodem pro omnibus vigilantem, quadriennium ante. Prouiso prudenter, & descripto etiam sapienter disposita mors hilarem atque tranquillum, Æternitatis candidatum immortalitate donauit. Vixit An. LXVI. Men. VII. Vrbanus & Marij Millini Hæredes Patruo immo Parenti, amantiss. PP. Vale lector & gratulare. Alterum ex Millina Familia virum heroum similem humano generi datum.

Obijt Kal. Octob. M.DC.XXIX.

Lege Vghellum. Bentiuolum *in M. A.* Franc. Angelon. *H. Interamn.* Tolomeum *in Literis.* Laurentium Righeum, qui ei inscripsit *Triumphum Religionis.* Petrum Articum *de laudibus Millinæ Gentis.* Angelum Pariam qui *Thæses Philosoph.* Nicolaum Virgilium, *Odas*; Benedictum Teuenectum *orationem de S. Iuone*; Fr. Paulinum Flammam *laudes S. Crucis*; Decium Memmolum *vitam Ss Quat Coronatorum*, ei dedicarunt.

6. Vir iracundus prouocat rixas. Prou. 29.



HOratius Spinula Genuensis patritius, Ioannis filius ac Hieronymæ Auriæ, Romæ aduocatus in Seminario Romano, Patauii Laurea insignitus Iurisprudentiæ, sub Sixto V. V. S. Referendarius, ac S Iacobi Incurabilium Protector; sub Clemente VIII. Vicelegatus vrbem solus etiam gubernauit graui iustitiæ cultu, ob quam populo charus, nobilibus venerabilis, die *6.* Decemb. *1600.* meruit in Archiepiscopum Genuensem assumi. Mortuo Clemente VIII. custos Conclauis, & Burgi Gubernator, Ferrariæ præfuit Prolegatus sedente Paulo V. a quo Presb. Cardin. tit. *S. Blasij de Annulo* tit. 11. Septemb. *1606.* vna cum Legatione Ferrariensi per vndecim annos ibi præfuit more Ligurum, Venetis semper infestus, propterea ab eis malè habitus, & proscriptus. Nouis ibi extructis aggeribus, & munimentis cum noua arce, vrbem præmuniuit, portam *Paulam* aperuit, & *Burghesiam*, ita appellatam in honorem Pauli V. In Ecclesia Fr. Cappucinorum primum Lapidem iecit. Romam tandem reuocatus, ne maiora dissidia cum Venetis excitaret, non sine Ecclesiæ Romanæ dedecore, quasi ipsa iurgandi occasionem quæreret; Nonis Febr. *1616.* inter Presbyteros Cardinales exceptus, & à Pontifice laudatus, quasi ad triumphum accederet incessantis litigij cum ea Republica, quæ Asyllum fuit Pontificibus fugitiuis.

Genuæ, quo se contulerat, vita excessit die 24. Iunii *1616.* in Metropolitana sepultus, & in Sacello S Io: Baptistæ, singulari Reipublicæ beneficio collocatus. Eius laudem leges in oratione funebri, quam recitauit Hieronymus Gessi Soc. I. Tolomei literis: & disputatione, quam ei inscripsit Thomas Gianninus *de Humana mentis Statu &c.*

Huius Cardinalis effigiem exposuere Patres Anno sæculari, in Romano Collegio cum Epigrammate.

A *Quem tibi stellifero Ferraria ab arce Parentem,*
Et famulo supplex arsit in amne Padus.
Pastorem amplexa est Ligurum Regina, breuisque
Purpura de solio languit in tumulo.
Spinula, *seu Rosa aperique perisque, sed astris*
Fundit adhuc similes Spina relicta Rosas.

Hannibal Adamus in sua Pallade sequentia cecinit.

E Ligurum Rosa nata mari, quam lucet in Ostro?
Et consanguineis pulchrior inde Rosis
Nulla hinc Spina latet; patrio quæ nata rigori
Forte videbitur Spinula, *amoris erat.*
Crescite ad antiquos Spinarum germina flores
Nomine qui Spinas, murice forte Rosas.

Ferrariæ agens, & Veneto insultans nomini, rusticos præteriens impunitos, qui limites infestabant
B Venetorum, cum ipse Spinulæ gentilitiæ lemma adiecisset, *Non tangor impune*; per irrisionem responsum subiit, *Si Spina esset, non Spinula.*

De eo Vghellus. Auber. Miræus *elog: gentis Spinulæ.* Theodor. Amyd. *Vita M. S.* Chron. Cler. Regul. Eius odium aduersus vitia vt exprimerent, apud Picinellum lib. 5. c. 17. pinxere Ceruum halitu viperam euocante ex fouea sub lemmate, *Vsque ad finem fortiter*: iuxta illud Pelusiotæ *lib. 3. ep.* 284. *Forte animo consiste aduersus peccatum, ad extremum vsque vitæ spiritum dimicans.*

C Eius in funere, alium exposuere symbolum nempe *Citri* arborem, quæ à natura nescit corruptionem, sub lemmate, *A putredine tuta*: ac huius Cardinalis annnerent conseruatam Virginitatem, vsque ad sepulchrum. Teste namque Plinio *lib. 13. c. 5. materiæ ipsi æternitas. Itaque & simulacra deorum ex ea facta erant.*

7. *Quid autem vides festucam in oculo fratris tui; & trabem in oculo tuo non consideras:* Matt. 7.

D 

BOnifacius Caietanus Romanus patre Honorato VI. Duce Sermonetæ, matre Agnesina Columna, acerrimi ingenii, studio feraci, eloquentiam naturalem promouit; gloriæ cupidus, & alienæ inuidus, dicteriis mordacissimus aliena vitia torquebat, quamuis ipse non inculpabilis, sed potius lubri-

lubricæ vitæ, festucam in oculis inquireret alienis, qui trabem non considerabat in suis. Senio proximus mores correxit; abundè & verè pænitentis exemplũ relinquens. Die 5. Nouemb. 1599 Cassanensi Sacerdotio donatus à Clemente VIII. sub Paulo V. Flaminiæ præfuit, à quo Presb. Cardin. absens renuntiatus, Romam venit die x. Nouemb. 1607. & in aula Ducum, titulum accepit S. *Pudentianæ*, cum pileo rubro. Die 22. Aprilis 1613. ad Sedem translatus Tarentinam, Ordinem Theatinorum promouit; & cum Æmiliæ legatus esset, eorum Templum frequenti concione decorauit: Chorum à fundamentis, sumptu extruxit non mediocri: primarium Odæi lapidem suo inscriptum nomine ritu reposuit solemni: Altare eadem celebritate consecrauit. Adeptus purpuram cæpit prænsare Pontificatum; propterea vt sibi auctoritatem, conciliaret, liberi Concionatoris munus assumpsit, & apud S. Pudentianam in celebri Henrici Card. Sacello, magna hominum frequentia, sæpe sepius ex suggestu detonuit. Morte porro preuentus ab Altissimo, tertio Kalen. Iulii 1617. ætatis suæ 50. in iudicium vocatus cum Ægrotanti mors proxima nuntiaretur, humana confidentia respondit *Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi: in Domum Domini ibimus*. Sepultus iacet in familiæ Sacello, apud S. Pudentianam, è regione Henrici Cardinalis patrui.

Nummismmata V.

In primo surgit imago Cardinalis cum nomine, *Bonifacius S. Pudentianæ Presb. Card. Caietanus* Ex aduerso Pontẽ habet An. expresso M.DC.XI. ab eo erectum, dum legationem gereret.

II. In quo Pontifex claudit portam Sanctam, cum lemmate, *Absoluto Anno Iubilæi*.

III. Crucem exhibet & Ancoram cum Serpente, sub literis: *Confregisti Draconum capita*. Iustitiam annuens suæ legationis.

IV, Petrum retia laxantem, *in Verbo tuo*.

V. Henrici V. & Philippi II Hispaniarum Regum vultus sub lemmate: *Pax Reipublicæ Christianæ:*

De eo Vghellus. Amydenus *V. M. S.* Ios Rubeus *Vita Bonif.* VIII.

8. *Abijt autem qui quinque talenta acceperat, & operatus est in eis, & lucratus est alia quinque.* Matth. 25.



MArcellus Lantes Pisis oriundus, sed Romæ natus Ludouici & Lauiniæ Maffeæ filius, An. Sal. 1560. Clericatum Cameræ assecutus, sub Clemente VIII. inde Cameræ factus Auditor; à Paulo V. affine suo Presb. Cardin. tit. *St. Quirici & Iulittæ*, die 11. Septemb. 1606. ac Ep. Tudertinus, Ordinis Protector S. Francis. Tudertinam rexit Ecclesiam vsque ad ann. 1625. in qua instituto Clericorum Seminario; nouo extructo cœnobio pro Fratribus Strictioris Obseruantiæ S. Francisci, ad Ecclesiam S. Petri super Aquas nuncupatam vt ex notis ibidem incisis.

D. Petro Apostolo super Aquas vetere loci harum copia affluentis, cognomento, ne non par vbertas Christianæ frugis circumiectis pagis suppeteret: Marcellus Lantes Rom. Ep. Tudertinus *ædem cum cænobio à fundamentis extrui iussit, & sócculatis ex* A *arctiori Familia Franciscanorum perpetuò operaturis attribuit. An. Dom.* M.DC.XVIII.

Restaurauit etiam Pontem Acutum non longe ab vrbe Tudertina vt ex carminibus Io: Baptistæ Lauri.

Cesserat insanis Tyberis Pons obrutus vndis
Nec Tuderi hinc solida spes erat vlla via
Addita purpureo victus Romana galero,
Frustratum ante alios Lantes *adegit opus.*
Tybri prius pons iste tuam est vim passus icultus:
Par modo te pontis vimque iugumque pati:

B Notas etiam marmori incisas habes de huius Pontis extructione.

Marcello tit. St. Quirici & Iulitæ Card. Lanti Ep. *Tudert. Vigilantiss. & beneficentiss. Quod inter alia suis apud Paulum V. P. O. M. affinem suffragiis Camerali ac pub. ære con. retentoque Pontem hunc per annos supra CC. Tyberis impetu distructum, Pilis plerisque fornicibus præter vnum, omnibus extructis, cura præcipua, omnium commoditati reficiendum curauit. Tudert. ob grati animi testimonium B. M. Pp.* M.DC.XIV.

C Ex Lapidum, ad morum restaurationem conuersus, Christianæ fidei rudimenta pueros in tota Diœcesi erudiri mandauit. Ad titulum postea translatus *S. Praxedis*; inde Episc. *Prænestinus, Tuscul. Portuensis, Ostiensis*, Sacri Collegii Decanus, Templum S. Mariæ apud Portam Angelicã, & proximum cænobium reædificandum suo iuuit ære, vt pene illius fundator dici debeat. Templum Monialium Carmelitarum Discalceatarum non solum suis sumptibus promouit, sed in eius erectione iecit primum Lapidem sequentibus inscriptum

Iesus Maria Ioseph
D *Marcellus Lantes Romanus protector primum Lapidem posuit. Die 26. Maii* M.DC.XXVIII. *Vrbani VIII. P. M. Anno V.*

Templum S. Mariæ Liberatricis in foro Boario restaurauit, vt ex notis

Mariæ Virgini
Cognomento
Libera nos a portis Inferni.

Cat

Cui Michael Lantes Romanus Annis ab hinc xxxiv.
Sacellum hoc in ædicula loco humili perangusto
Miraculo tamen S. Siluestri Pp. in Draconem
Et S. Franciscæ Rom. parietinis illustrib: excitarat
Eidem hanc ędem in editiore ędificatam
ampliorem ornatioremque
Marcellus *frater S. R. E. Cardinalis*
a fundamentis extruxit
An. Sal. M.DC.XVII.

Pauperum S. Sixti Patronus, eis Domum extruxit. Xenodochium Fratrum S. Io: Dei in Insula Tyberina auxit ad commodum pauperum: A in vrbe Velitrensi Palatium ædificauit Episcopale cum Seminario: in quibus omnibus nomen suum inscribi prohibuit, vel insignia apponi. Quod si alicubi videantur; vel eo inscio, vel post eius obitum adiecta fuere. Sex Annis supra quadraginta cum vixerit Cardinalis, magnas congregauit divitias, quarum partem præcipuam pauperibus erogauit vel Ecclesiis extruendis; Episcoporum inopiæ subleuandæ; Singulis Annis viuens virgines pauperes laneis induebat vestibus; nobilium egestatem collato menstruo leuabat: Religiosas familias alebat: in usum Scotiæ, Germaniæ ad Catholicorum alimoniam aurum profundebat & argentum. B Pecuniam hercle non abscondebat Domini sui, quamuis Dei gloriam quærens non humanam, suppresso nomine, vel alieno contribueret, ne hominibus eleemosinarius appareret. SS. Trinitatis Peregrinorum patronus, non solum sodalitio præsidio fuit, sed peregrinos clandestine ad se euocatos viatico iuuabat. Nulli ægritudini vel discrimini obnoxius, nonnagenario maior postquā comitiis adfuisset Gregorii XV. Vrbani VIII. Innocentii X. sub quo An. Iubilæi 1650. Portam Sanctam S. Pauli aperuit & clausit, die 29. Aprilis 1652. ad Superos transit, vt piè creditur, Ioanne occurente Eleemosynario C eum turmis pauperum, quos vestierat, refocillauerat. Sepultus iacet in Ecclesia S. Nicolai de Tolentino, in Sacello à se constructo, absque vlla inscriptione.

De eo lege Dominicum Gallum Casinensem Monachum *de ritu seruato in aperiēda porta S. Pauli.* Concordat nummisma, in quo legitur: *Marcellus Episc. Ostien. An.* M. DC. L. Farinacium in fragm. Crimin. *tit. de Homicidio*. Io: Mariam Rubeum *compendio gestorum ipsius Card.* Carolum Cartarium *Syllabo Aduoc. Consistorialium*. Bentiuoleum *Mem H* Vghellum *in Italia S.* Tolomei literas. Franciscum Bordinum, qui ei inscripsit *vitam S. Io: Calibita*: & Antonium Franc. Tempestam D *in panegyr. S. Bonauentura*. Eius memoria in Canonizatione S. Caroli Borromæi; & S. Ignatii Loyolę, quibus subscripsit, Suffragium etiam protulit in Canonizatione S. Andreæ Corsini.

Incrassatus est dilectus, & recalcitrauit. 32. *Deuter.* 15.



HOratius Maffęus Romanus, Marii & Plautillæ Fabię filius an. Sal. natus 1580 nepos Bernardini, Pauli III. M. Antonii; Pauli VI. Cardinalium nepos, laureā adeptus Iurisprudentiæ in Academia Perusina, sedente Paulo V. Clericus Cameræ Apostolicæ factus, mox die 11. Septemb. 1606. Cardinalium promotione secunda Presb. Cardin. assumptus tit. *SS. Petri & Marcellini*; post Annum, Ecclesiæ Theatinæ præfectus, tertius gentis suæ Archiepiscopus, gratia abutens Apostolica, cum per Annum, & Menses tres gregem iuuenis minùs & religiose concitasset, à ciuibus propterea apud Pontificem delatus, Romam vocatur ut obiectis satisfaceret; conquerente Paulo V. & exclamante, *Pęnitet me fecisse hominem*; cuius vocis tædio consumptus, die xi. Ianuarii 1609. ætatis suæ 29. decessit, apud S. Mariam super Mineruam sepultus, sacello exceptus gentilitio, prope patruos Cardinales.

De eo Vghellus. Amydenus *V. M. S.* Chron. Clericorum Regular.

10. *Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.* Lucæ 9.



FRanciscus Forgatinus, vel Forgatus aut Forga Vngarus, Archiepisc. Strigoniensis, eiusdem Regni Magnus Cancellarius, Cæsare intercedente, die x. Decembr. 1607. nec non ob merita virtutum, quibus quotidie colluctans cum Hæreticis, ac sui in Strigoniensi Ecclesia pastoralem sollicitudinem, labores, ac vitæ discrimina, sub quibus pene Martyr occubuit, Presbyt. Cardinalis assumitur sine titulo, quod Romam nunquàm accesserit, ne gregem suum lupis vagientibus exponeret derelictum. Curis oppressus obiit, de Austriaca domo benemeritus cui semper fidelis obsequio adsuit & auro, die 8. Octobris 1618. ad Balnea Sanctæ Crucis in Pannoniis. Cadauer ad Tirauiam relatum, & ibi sepultum.

De eo lege Epistolas Iani Erythræi: plures etiam eidem Epistolas Cardinalis dedit Belarminus.

11. *Reli-*

Religio munda & immaculata apud Deum hæc est: Visitare pupillos & viduas in tribulatione eorum: & immaculatum se custodire ab hoc sæculo. Iacob. c. 1 2.



FRanciscum Rochefoucaldum Gallum, vel à Rupefulca Rupefucaldum Carolus Rupefucaldus Comes in Aruernia genuit ex Fuluia Pica Mirandulana Comitissa de la Rochefoucault, Matrona Catherinæ Mediceæ Francorum Reginæ, quæ Anno ætatis 22. orbata marito castitatem vsque ad obitum coluit. De eius laudibus cumulate scripsit *Ludouicus Donius*. Literis operam nauauit Franciscus in Maioris Monasterij Collegio, cui præerat Abbas Francisci patruus, erudientibus Iesuitis. Philosophiæ ac Theologiæ thesibus expositis, Auditores habuit Regni proceres, Hispaniæ & Lusitaniæ Legatos. Matre inde iubente, Romanam peregrinationem suscepit cum Alexandro fratre, & Curtesio præceptore, vt ex vrbe Religionis principe subsidium haurirent ad vitam Ecclesiasticam. Regredientibus occurrit Sacerdos Gallus, qui non solum inter mendicos manum porrigeret, sed adeo pannosus, vt à cæteris mendicis non secerneretur. Ad hunc aspectum exhorruit adolescens, tantam Sacerdotalis fastigij deiectionem, ac viro miserabili in cubiculum euocato tunicam, quam habebat in Sarcinis, Ecclesiasticam tradidit rogans, ne Deo in posterum hanc iniuriam inferat, vt in suo illum ministerio videri sinat despicabilem. Ad ianuam illum deducit, & præire sibi abrupte compellit affirmans, sibi nondum Sacerdoti honorificentissimum esse, vel vltimorum Sacerdotum vestigia affectari. Mediolano pertransiens S.Carolum Borromæum inuisit, ab eoque vt sibi bene precaretur, impetrauit. Virus abhorrens dignitatum, plures reiecit. Prima tamen ei statio Trenorchianum cenobium ad Ararim situm, vix annum agenti decimum sextum, cum adhuc philosophiæ vacaret; quod ita Sancte administrauit, vt præter annuos 400. aureos, quibus exiguam aleret Familiam, reliquum illius Monasterij prouentum copiosissimum, consilio Fuluiæ Mirandulanæ, optimæ parentis pauperibus daret, & ædificijs Abbatiæ restituendis dirutæ ab Hæreticis, ac ægenis virginibus matrimonio locandis. Domum Hospitalem apud Tornusium condidit ac dotauit. Præfectus Regij Oratorij, Annos sexdecim natus Carolo IX. Henrico III. Regibus gratissimus, Anno ætatis XXVI. Præsul Claromontanus, Regii Consistorij Consiliarius electus, in Episcopatus curam totus incubuit, Ordines Religiosorum fouens, qui piè viuerent & aliorum saluti prodessent, Capucinos præcipuè, quos Claromonte, alijsque in locis instituit. Inter hæc sui Episcopatus primordia, libros duos in lucem emisit: alterum *de Statu & dignitate Ecclesiastica*: alterum *de auctoritate Ecclesiæ*; magno vtrumque Cardinali Perronio Nouatorum domitori probatum. Ex hoc Episcopatu ad Syluanectensem gradu facto, Annuas Visitationes nunquàm omisit, priuatis congressibus, Parochiarum Rectores erudiens, statasque inter eos collationes Theologicas, & Conuentus instituens, in quibus rudiores à peritioribus edocerentur. Monasterium S.Augustini eo felici successu reformauit, vt ex eo coloniæ ad aliorum deinceps reformationem educerentur. Canonicis, qui Parochiales habebant Ecclesias, eas abdicare suasit, vt omnes in suis

A residerent beneficijs. Ad Moniales omnem prohibuit accessum. Cellam cum haberet frumentariam multo refertam frumento; accessere mercatores duo aureorum millia offerentes pro emptione. Alio tempore redire iussis, superueniente annonæ caritate, redeuntibus respondit: se alios nactum mercatores, qui frumentum emerent pretio maiori; & illico distribui iussit egenis, & in sinu pauperum recondi centuplum accepturus. Dignitatem accepit Cardinalitiam X. Decemb. 1607. promotione tertia, à Paulo V. postulante Henrico IV. qui licet (vt aiebat) causam non haberet priuatam cum amandi, cum Episcoporum postremus ad suam redijsset gratiam (Religionis namque amore à Rege dissentiens, nullo metu adduci potuerat, vt Regem nondum Religionis Catholicæ sectatorem sequeretur) sed sola admiratione virtutis excitatus

B Pontifici exponebat. Huic dignitati inutilem se excusans Rupefucaldus, nonnisi renitens & inuitus manus dare coactus, Romam adijt Anno 1609. vbi Annos quatuor diuersatus, Regni negotijs inuigilans, vnà cum Breuæo Regio Prætore meruit à Pontifice doctrinam & virtutem admirante præferri Congregationibus S. Officij, Episcoporum, & Regularium vnà cum Bellarmino collegæ charissimo. Galliæ Protectoris munus exercuit. Ordini Cisterciensi datus Protector, in eo quatuor Abbatias obtinuit prò Religiosis, aulicis earum Com-

C mendas postulantibus. Romæ Pontifici, & Cardinalibus auctor fuit, vt in editione Romana Basil. Concilij pars schismatica supprimeretur. Inquisitioni pro apotheosi S. Caroli Borromæi, hoc tulit suffragium die 30. Aug. 1610. *Magni fit (Beatiss. Pater) pro meo voto S. V. & honori & merito, quòd quam vicem olim sublimi B. Petri confessioni reddidit Christus, eandem ipsemet Christo Sanctitas Vestra in ipsius Petri cathedra sedens possit rependere: vt sicut tunc Christi Diuinitatis assertori promissum est, ratum fore in Cælis, quod ipse decreuisset in terra: ita nunc Sanctitas V. viceuersà sed fide eadem ratum pronuntiet in terrà,*

D *quod in persona Beatiss. Caroli Cardin. tot diuinis constat iudicijs iam iam in Cælis est decretum, & quem nuper hic militans Ecclesia fidei & charitatis meritis clarum obtulit triumphanti Ciuem Sanctorum & domesticum Dei, eundem nunc miraculorum gloria coruscantem ipsa nobis patronum restituat, & intercessorem venerandum in terrà.*

Impetret vt illic precibus; quod hic exemplo docuit, & tandem quem in via comitem, in dignitate collegam dederat Deus, cohæredem in patria, consortem in gloria videamus. Roma discedentem An. 1613. pauperes tanquàm Patrem sequebantur cateruatim lamentis. Romæ vnà cum Cardinali Arigonio curarat Ordinem reformari F. Minorum, proinde pluribus vicibus in cœnobium se contulit Aræ Cæli, vbi Generale Capitulum celebrabant. In Galliam Tornusio iter habens, Patrum Reccollectorum Andrij primum lapidem posuit,& ad structuram ædificij,pecuniam suppeditauit. Anno 1615. in Cleri Comitijs Lutetiæ habitis, diu laborauit, vt executionem promitterent Tridentini Concilij, quod spoponderunt Præsules duobus tantùm exceptis, ipso Cardinale ianuæ claues tenente, ne vllus egrederetur; quod resciens Cardinalis à Guisiâ ipsi Francisco, quem multum venerabatur, significauit se velle exemplum alijs dare, non discedendo, cum tamen egredi in votis habuisset, tantum enim Francisci zelo deferebat.

In egenos munificus, præcipuè egrotos, Medicum, Chirurgum, Pharmacopolas Syluanecti, stipendijs aluit, qui operam, & pharmaca subministrarent, sed peculiarem habuit coquinam, ex quà alimenta susciperent. Magnus Franciæ Eleemosinarius obitu Card. Perronij, An. 1618. à Ludouico XIII. multis prælatus, cum quatuor tantùm Centenna librarum, more vetusto darentur pauperibus eroganda quolibet Mense, viginti millia quolibet Anno è suo distribuebat mensâ vtens frugali, vt ampliores eleemosinas pauperibus distribueret, Cœnobiarcha Commendatarius nomine. . . . . . literas Regis cum obtinuisset Romam mittendas pro Episcopatu Nouiodunensi, (Huius Abbatis vita erat lapis offensionis, & petra scandali) zelo flagrans Franciscus clam monuit Paulum, qui proponente Io: Card. Delphino, tunc Franciæ Comprotectore Episcopatum in Consistorio, vt moris est, respondit Papa, *Mores mutet*. Præses Senatus Parisiensis vir celeberrimus Abbatis frater, re acceptà multas egit Francisco gratias. Inter quatuor Prælatos Equites Torquatos S.Spiritus à Rege adlectus Henrico; Commendam Abbatiæ S.Genouefæ, quòd nunquàm antea commendata fuisset, primum repudiauit, licet alijs iam destinata fuisset sine titulo; idque vltimi Abbatis fratri gente Nangiaca clarissima. Virtus tamen constanti Regis voluntate, & piorum doctorum consilio, & voto suscepit, non vt possideret, sed vt restitueret, ac ex lutea marmoream faceret & auram. Reformatis itaque Religiosis, disciplina restituta Ecclesiastica, quos Reformationis Spiritu animatos cognouit, in Societatem coadunauit, quam *Parisiensem Congregationem* vocant, è qua tanquàm Sacri instituti fonte plures riuulos, totidemque Colonias deduxit, ad normam regulæ Augustinianæ præscriptis Constitutionibus, vt *rediuiuus Augustinus* diceretur. Intra namque paucorum Annorum spatium, vix aliqua fuere in prouincijs Lutetiæ iunioris, in quibus regula non reflorescerct D.Augustini: ac merito & numero tantopere aucta, vt ante eius felicem transitum ex hoc mundo ad patrem, monasteria plusquam quadraginta glorioso huic capiti viderit aggregata. Sæcularibus implicatus negotijs aulam vnà regere & Ecclesiam, impossibile ducens; Syluanectensem Ecclesiam, quamuis Lutetiæ contiguam dimisit, ac Nicolao Sanguino resignauit. Tunc strictissimis conscientiæ vinculis solutus, Regij Concistorij præses factus & Princeps auctor fuit, vt Vrbes in Gallia ab Hæreticis detentæ repeterentur exordio sumpto à Bearnensi Prouinciâ, An. 1620.
A & vt Catholicus in posterum ad Belgij fœderatos mitteretur Orator; cum antea Caluinianus daretur ex ipsorum Ordinum postulatione. Collapsâ in Turonibus disciplinâ Monasticâ, quæ sine remedio iacebat, Rege rogante, adnitenteque simul Cardinali de Rets, qui Regio præsidebat Consilio, Breue accepit Apostolicum & Regis literas pro reformatione Ordinum S.Augustini,& Benedicti. Anno 1622. Hinc non sine Dei digito, publicatis regulis Reformationis, alios Monachos in locum antecessorum subrogauit. Legatus à Rege Engolismam ad Mariam Medicæam Reginam pro conciliandis dissidijs, quæ consurgebant in Regni perniciem, prudentiâ & industriâ bis matre filio reconciliata redeuntem Rex veluti Christianum Mercurium, Regis ac Regni parentem verbis dulcissimis compellare solebat. Anno 1625. matrimonio iunxit in
B Parisiensi Metropolitanâ Carolum I. Britanniæ Regem, & Henriettam Mariam Borboniam, cuius Reginæ antea fuerat lustricus sponsor in baptismo, Anno 1514. dispensante in illo matrimonio, Vrbano VIII. quod Rex Carolus sectarius esset. M. Franciæ Eleemosinarij dignitatem eiurauit, gratijs habitis, & literis super eà re scriptis Ludouico Regi.

Plura scripsit præcipuè *De authoritate Ecclesiæ. De Romano Pontifice. De Statu Ecclesiastico. Vindicias pro Clero Gallicano. Libellum con-*
C *tra Schismaticos.*

Anno 1639. cum Lutetiæ edita essent duo grandia volumina Gallico scripta idiomate, sub speciosо titulo, *Iurium & Libertatum Ecclesiæ Gallicanæ*, absque authoris, ac typographi nomine, furtiue publicata, multaque continerent, quæ magis ad seruitutem Ecclesiæ, & schismata tenderent; congregatis domi suç Rupefucaldus Episcopis & Cardinalibus, qui tunc Lutetiæ reperti sunt, numero vndeuiginti, eo auctore proscripta, atque damnata. Nescit enim Gallicana Ecclesia libertates, quæ malum operentur; nescit iura, quæ illam a Romanæ Ecclesiæ sinu filiam diuellant, ac separent.

D Sic cum à Præfecto Regij errarij, in Consistorio exigeretur; *vt in Fiscum reuocarentur iura alti ac infimi dominij, quæ viri possident Ecclesiastici*; arrepto calamo Cardinalis, literas pro Ecclesiastica immunitate ad Regem exarauit Ludouicum XIII. quas in Latinum conuersas Rouerius recitat, quibus Regis ac Regni salutem procurauit.

Atqui

At qui publicæ inuigilabat saluti, haud propriam negligebat, quinimo assidue intentus, Anno Sal. 1636. quo Vrbanus VIII. pro Regum obtinenda concordia Iubilæum toto Orbe indixit, triduo generali vacans Exomologesi, volens nouum induere hominem, interprete P. Mutio Vitelesco Societatis Iesus Moderatore, Pontificem rogauit, vt sibi liceret deposita purpura, in castra secedere S. Ignatij. Quod cum negasset Vrbanus; votis simplicibus castitatis, paupertatis, & obedientiæ adstringi voluit; licet Castitatem toto vitæ cursu immaculatam studiosissime coluisset. Domus profecto à primis tenebris, omnis generis fœminis erat interdicta. A Anus ibi mane solumodò occurrebat, quæ vbi patinas absoluisset, secedebat. Domesticos vxoribus non alligatos, abnoctare nũquàm sciens tolerauit. Sermonum coram eo, ea erat castigatio; vt nemo verbulum essari permitteretur obscœnum. Libros vetitos cum indulgente Pontifice omnes legeret; amatoria tamen nec attigit, nec retinuit. Ætate prouectus, librorum loco, cum ad diuinam contemplationem per imagines Christi, Deiparæ, Sanctorum, Sacrasque historias se exerceret; si quæ illarum, collo, bracchijs nuditatem nimiam exhiberent; erat illico, qui obducto velo, obtegeret. Querenti cuidam, hoc modo perdi insignium tabularum pretia, *Pereant* (inquit) *tabulis pretia; ne pereant animæ*. In ephebis pueris eam requirebat modestiam, vt nihil gestu, veste, vultu, coma lenocinarentur. Animantes cicures in cubiculo nunquam admisit: auestantum innocentes & canoras; quod musicam libenter audiret in templis, quam tamen priuatim post mensam nunquàm admisit. Ciborum ei nulla cura: allatumque aliquando suauissimi gustus edulium, dum quæri iubet à Medico, an sanitati conduceret, intactum remisit, appetentiam comprimens. Potus eius aqua decocta paucis vini guttulis colorata. Tanta ei oris grauitas & incessus; vt ipsis hæreticis venerationi esset.

Paupertatem adeo dilexit, *vt nemo* (inquit Rouerius) *illum vnquam etiam postquam Cardinalis fuit, holoserica veste, vel pretiosori panno indutum vidit. Vestis illi Cubicularis de Cameloto, quam semel tantum intra Annos tres & viginti mutatam vidi, aut prior detrita colorem mutasset, & crasso filo consarcinata videretur. Tunicam coccineam pro dignitate Cardinalis eo interuallo & forsam maiori, vnicam gestauit. Thorax ac reliqua vestis ea fuit, vt cum paupere religioso de paupertate certare posset. Lectisternia etsi colore coccinea, & munditie nitida, vulgaria non plumata, non polymita, sed homini è vulgo consentanea. Vnde lectus atque eius cætera ornamenta post ipsius mortem, viginti tantum aureis venierunt. Peripetasmata circa parietem fumosa, vetusta mille modis resarcita. Reliquum instrumentum, ac supellex ad frugalitatem in primis, & solam necessitatem facta*.

Ornamentis cum sacris delectaretur, pro altarium ac Reliquiarum cultu; artifices noui quidpiam semper architectabantur, vt ei venderent. Ipse vero gratulabatur ansam sibi oblatam subleuandæ miseriæ, atque emptionis spetie exercendi caritatem. Verum cum se voto paupertatis obstrinxit, nudauit se omnibus, atque Ecclesijs donauit. Duplex ei fortunarum genus cum esset; à sæculo, idest ob hæreditatem paternam vel ab Regijs stipendijs: alterum ab Ecclesiæ beneficijs; non putauit se bona fide pauperem, si ea quæ habebat à sæculo retineret. Itaque sanus & vigens omnia in propinquos distribuit. Ea, quæ ab Ecclesia erant, pauperibus destinauit post fata.

Superest tertium Obedientiæ Votum. Imperio quamuis natus, honoribus creuisset & dignitatibus, Magistrum sibi constituit, Medicum circa valetudinem: Iurisconsultum in possessionibus; Theologum pro conscientia: & quidquid illi responderent, pro oraculo habebat, cui refragari nefas putabat. Admiranda sane animi demissio, vt qui profundæ sapientiæ solertisque erat iudicij, vt omnes docere nosset; ab eorum consilijs perpetuo pendere voluerit.

Eodem tempore Nosocomium excitauit Lutetiæ, ægris insanabilibus, quo Vrbs Regia carebat: cuius mercedem ne ab hominibus reciperet, nunquam suum dici passus, cum aliquando rogaretur vt *in suum Nosocomium*, ægrotum quemdam admitteret; *Falleris amice* (respondit) *ego nullum habeo nosocomium: veruntamen precibus meis, B apud illius præsides te libenter iuuabo*. Quod cum audisset Præses, gratitudinis ergo, stemma Cardinalis gentilitium Ecclesiæ præfixit hospitalitiæ, non sine Cardinalis molestia, quæ vt abraderetur, vrgere nõn cessabat; at ne gloriæ fuga gloriam ipsam quærere videretur; rationem illis obtendit ingeniosam: fore nimirum, vt qui insignia illa conspicerent, à facultatibus huic domui elargiendis prohiberentur, ad cuius perfectionem multa deessent, quibus ipse par non erat: raros autem esse, qui proprijs sumptibus alienos velint amplificare honores. C Fuitque illi insita hæc animi modestia, atque nominis contemptus, vt vix facile illius vestigia ext are pateretur in ipso S. Genouefæ Templo.

Singulis Annis, librarum circiter quindecim millia seu ponebat ad eleemosinas: si quid Anno vertente residuum habebat (Residuum autem sæpe faciebat frugalitas, amorque pauperum) id totum egenis accedebat.

Cum in anteactam vitam mentis oculos aliquando referret, recogitasetque in amaritudine animæ suæ, suos annos priores, ac in primis translationem suam a sede Claramontana ad Syluanectensem, D in causa fuisse, quod rusticorum, quam sibi proposuerat, eruditionem neglexisset; numerata pecunia Religiosos conduxit, qui in agrum Auernensem immissi ad agricolarum pagos, & mapalia longius excurrentes agrestibus semina inycerent Christianæ Doctrinæ quos cum abundantem messem in horrea Domini congregasse, relatum

esset Cardinali; gaudio ille exultans, ac in futurum de simili expeditione sollicitus, cum ijsdem de stipendio annuo pactus atque perpetuo, pro eorum alimonia, qui hanc Sanctam expeditionem subirent; quique Sacris initiandos per octiduum docerent Sacerdotij dignitatem, & officium: sic cum a Rege, vel Pontifice Monasteriorum donaretur Commendis, non quæreret quid, quantumue de illis caperet, sed quid in illorum vtilitatem expendi deberet. Humilis corde, vanitatis contemptor humanæ, Dignitatis vero propugnator Ecclesiasticæ, ea constantia ac fortitudine honorem sacrum manutenuit, vt in Regio Consistorio cum Magister Equitum diguierius sessionis locum ei præripere tentaret; obstitit Card. intrepidus promptum manu atque audacia hominem repellens, capitis iacturam minus facere quàm dignitatis Ecclesiasticæ, palam Regi contestando; cui tantum valuit auctoritas viri Dei, vt paucos post dies pronuntiauerit in Consistorio, Magistros Equitum, in ordine sessionis, minores esse S.R.E. Cardinalibus.

Honoris Zelator Diuini, impurissimum quendam Poetam, vel Scurram, & ganeonem *Theophilum* per antiphrasim dictum, qui turpibus impijs cantilenis Diuinum Numen, Cælites, Sacramenta ludicre tractabat, & Curiam pene omnem infecerat, & iuuenes in come Stationibus ad Atheismum prouocabat, quamuis sub tutela Magnatum, non cessauit Cardinalis verbis, libris insectari, Regem, Consiliarios ad vlciscendam Diuinæ Maiestatis iniuriam permouendo, donec nebulo ille carceri datus, & morti, palinodiam canere coactus fuerit. Sancta virtutum fama cum remotissimas etiam Mundi regiones peruagata esset; in Romanis Comitijs pro eligendo nouo Pontifice, mouit Antonium Zapatam Card. S. Balbinæ quamuis Regi subiectum Hispano, Francisco etsi Gallo suffragari. Redargutus a suis Zapata, quòd Gallum promoctere tentasset, respondit, *votum negare viro Sancto anima non sustinet*. Idem fecit Bellarminus cum decem alijs Purpuratis.

Ingrauescente ætate, cum imparem se aulicis curis agnouit, honesta missione a Rege impetrata, quasi ergastulo solutus, honoribus omnibus, ipsaque S. Geneuefæ præfectura vltro cedens, Hora quinta matutina, dum integræ esset valetudinis, inter tacitas preces lecto se eximebat, Rosarium ore perpetuo euoluebat, Actus contritionis sæpissimè iterabat: ad pedes Sacerdotis quotidie accedebat tanto animi dolore, vt audientes ad penitentiam prouocaret. Sacris operabatur quotidie quousque stare potuit: sedens inde audiebat. Ad octauam stomachum fouebat iusculo, & nonnullo cibo postquam senuit. Inde ad dictandum vertebat animum, vsque ad decimam. Sæpe illi voluptati fuit, cum legendo oculi dolerent, longas horas imaginibus contemplandis impendere. Animum cum diu saturasset, in hæc verba secreto erumpebat. *Quàm suauis est ista cum sanctis conuersatio*. Post prandium in Ecclesiam descendebat; ibique orando sedebat, donec aduesperasset.

Diuino quodam præsagio cum mortem sibi instare sentiret, audita Iubilęi Indulgentia exhibita ab Innocentio X. quod in proximam Quadragesimam reposuerat Archiepiscopus Parisiensis; eò se peruenturum negans Rupefucaldus, diem sibi abbreuiari postulauit, repetitaque peccatorum confessione, sacro se præmuniuit Viatico; post cuius sumptionem, sequuta mox sensuum defectione, eadem die quæ Dominica erat, non solum pro Iubilęi clausula, sed vitæ. Postremus illi dies fuit Martis, 16. Februarij 1645. æt. 87. quem transegit, ante meridiem preces recitando, & benedictionem accipiendo à Religiosis, qui ad eum accurrerunt. Inter eos Bagnius Archiep. Athenarum, & Nuntius Apost. qui à Cardinale benedici optauit; quo negante, nisi prius ipse Papæ nomine bene precaretur. Fecit Nuntius, & caput illico Cardinali cruce signandum submisit. Idem præstitit Lemouicensis Antistes, qui præsens aderat. Moxque precationes Morientium recitante Nuntio, inter quas nouissima Cardinalis verba fuere. *In te Domine sperani, non confundar in æternum*. Hora IX. & dimidia, animam, eadem qua vixerat tranquillitate efflauit. Audita tanti viri morte, visa est Regia ciuitas quasi suis mota sedibus, in eius domum confluere. Alij videre, alij tangere corpus, alij de vestibus, aut de ipso corpore quidpiam decerpere. Pauperum vis erat maxima, non fictis lacrymis plorantium parentem amissum, vimque fecissent vt ad lectum sublimem accederent, nisi satellites prohibuissent. Visit eum magnæ Britaniæ Regina, quam Cardinalis de Sacro fonte susceperat, cum aula Regia. Die septima cadauer sepulchro illatum: cor argento inclusum ad ædem Collegij Claromontani Soc. Iesu, a Canonicis Regularibus S.Geneuefæ delatum. Vtrobique magnifice parentatum, a Sodalibus Soc. Iesu, Sacris Nunzio operante Apost. perorante Gallice Andrea Castiliono Soc. Iesu. Iura eidem persoluerunt sui Regulares Canonici, apud quos corpus iacet in crypta S.Genouefæ, ante Altare S. Ioannis, perorante Petro Bertherio Vticensi Præsule. Intestina in loculos plumbeos dispertita, vt postulantium pietati satisfieret, Syluanectum, Reomaum, Trenorchium, Nemprodorum, Randanum transmissa, vt pote eius natalitia loca, vel sedes Episcopales, aut Abbatiales. In Monasterijs, vbi disciplinam reparauerat, certatum est studijs. die 20. in Collegio Claromontano, repetito funere, Nicolaus Sanguinus eius in Ep. Syluanectensi Successor celebrauit, perorante P. Nicolao Nau.

Eius laudes non tacuerunt Cardinalium Nomenclator: San Iulianus Baleurreus Cabilonensis Decanus in *Antiquit. Burgundiæ*. Marquisius *appendice ad Genebrardum*. Gualterus *Chronol.* Frizonius *Gallia Purpur.* Claudius Robertus *Gallia Christiana*. Petrus le Moyne *in eiusdem Paneg.* M. de la Moriniere S. Aug. quorum hi duo postremi acta nostri Cardinalis historicè, & oratorie posteris

steris tradidere. Petrus Rouerius & Nicolaus Nau Soc. Iesu, ex quibus historiam & vitam Francisci Rupefucaldi deduxit Ludouicus Donius d'Attchii *in floribus Cardinalium*. A' Cardinale Surdiseo, *sui temporis Io: Eleemosinarius* appellatur. A Claudio Roberto *Cato Christianus*. A' Petro Rouerio, *Pauperum subsidium, religiosi status præsidium, Fidei atque Ecclesiæ propugnaculum, Ordinis Ecclesiastici lumen, Regni columen, verarumque virtutum apud omne genus hominum, exemplum.*

12. *Tota pulchra es, & macula non est in te.* A
Cant. 4.



HIeronymus Xauerius Cęsaraugustanus in Aragonia natus, alumnus Dominicanorum, in Collegio Salmanticensi, scientiarum cognitioni incubuit: mox Philosophię, ac Theologię declarandę adhibitus, in Accademia Cęsaraugustana publice docuit ingenio subtilis, facundia grauis, doctrina celebris, mandante Philippo Hispaniarum Rege, cęnobia Benedictinorum, & Vallisoletanum Collegium visitauit. Prouincialis dictus Aragonię, Romam venit, & toti Ordini pręfuit Magister Generalis. A Philippo III. ab Exomologesi assumptus, eoque instante, a Paulo V. die x. Decemb. 1607. Presb. Card. sed absque titulo, quod Romam haud venerit. B

Deuotione affectus erga V. Deiparam, auctor fuit vt Festum S. Mariæ ad Niues sub die 5. Aug. inter Prædicatores celebraretur. Anno 1602. in comitijs generalibus prohibuit, ne quis originali peccato Virginem Mariam pollutam assereret. Modum introduxit Rosarium recitandi in Choro alternatim: iussitque Prędicatores suos populum excitare ad hanc deuotionem, Societatem propagando in omni loco, & terra, dumodo milliario C loco distarent.

Obijt Vallisoleti die 12. Septembris 1608. ibique sepultus cum Epitaphio.

Hieronymus Xanieree Cæsarangustanus
Familia S. Dominici sodalis
Salmanticæ studijs sacris decursis,
& in Pasria Philosophia,
Ac Sacras literas Annos plurimos professus
Nascente ibi recens Accademia
Præfectus Prouinciæ Ord. Præd Generalis
etiam Romæ electus
Anno Sæculari Sacro M.DC.
Hinc Regi Cathol. à Sacris & confessionibus.
Card. a Paulo V. creatus An. M.DC.VII.
In sequenti, vita decessit Vallisoleti, Æt.LXII.
Tumulo ibi a suis sodalibus erecto.

In Patriam postea relatum Cadauer cum inscriptione

D. O. M.

Fr. Hieronymus Xauierre Cæsaraug. S.R.E. Card. quem ob eminentem sapientiam, incorruptam integritatem, admirabilem prudentiam, singularem ac prope diuinam pietatem, in patria primaria Theologiæ nascensis Accademiæ Cathedra; B. P. Dominicus totius Ordinis gubernatione; Philippus III. Regij Confessarij, ac Status Consiliarij munere; Paulus V. P. M. Sacra purpura ornare properarunt. Virtutum quadriga sublimis obijt Vallisoleti die xii. Septemb. An. suo LXII. Christi M.DC.VIII.

Heu qualis quantusque vir, cui charissimo fratri, Patrique hoc cœnobium mæstum posuit.

De eo Michael Rio *de Viris Illustribus*. Chron. Dominican. Anton. Sander. *in Elog.* Hippolyt. Marracin. *in purp. Mariana*. Balthass. Porregnus in *in elog. Card. Hispan.* Vincentius Blasius de Lanuza *to. 2. rer. Aragon c. 42. ita cecinit*

Vrbs Salduba potens, Augustaq. nomine, rebus
Insignis multis, Cælo, gazaq. situq.
Et fluuijs, fabrica, templis, Musisq. forisq.
Imperio celebris, equitatu, plebe; Senatu
Lux nostri Regni, mirandaq. portio Mundi:
Respice plaudenses populos, alteque sonantem
Lætitia gentis, tum exultans nobile Regnum
Purpureo, & Sacro quod sit redimita galero
Pauli Quinti opera, XAVERI tempora nostri.

13. *Constitues eos Principes super omnem terram.* 44. Psal. 17.



LVdouicus III. à Guisia Henrici Guisiæ Ducis Blesis mortui, & Catharinæ Cleuensis Comitissæ Augensis tertius filius nascitur xi. Augus. 1582. multorum cœnobiorum Abbas Commendatarius, more corrupti sęculi, puta S. Dionysij Parisijs, Cluniaci, D. Remigij Rhemis, Corbeiæ in Picardia, Vrsi Campi Ordinis Cistercienssis, in Diœc. Nouiodunensi: Derui; in diœc. Catalaunicà, Coriloci, denique S. Vrbani, in Archimonasterio (obserua lector ex ex tantis diuitijs magnifica gesta) S. Dionysiano campanam maiorem vocatam *le gros bourdon* proprijs impensis restituit. Titulos & monimenta eiusdem Abbatiæ tineis, & blactis exposita, humi iacentia sine ordine, in ordinem redigi, vt facile possint inueniri ordine alphabetico. Ad dignitatem assumitur Cardinalitiam a Paulo V. die 20. Decemb. 1615. promotione sexta; Galliæ etiam Protector dictus, licet nunquàm Romam adierit. Offici cum solummodo fungeretur Diaconali, licet Rhemorum Archiep. designatus; Regem Ludouicum XIII. in ecclesià Rhemensi sacro vnxit oleo Franciscus

ciscus Card. *de Loyense*, Ludouico Archiepiscopo & Capitulo Rhemensi consentientibus, in Belgium translatum est corpus S. Alberti martyris Card. id postulantibus, religiosissima legatione, Principibus Alberto Archiduce, & Isabella Clara Eugenia infante. Moritur Ludouicus 21. Iunij 1621. Annos natus 29. Mediolani Xantonum, anteactæ vitæ sordes eluens morte pia, & contritione exemplari. Rhemi sepelitur in tumulo propatrui Caroli Card. à Lotharingiâ, sine epitaphio.

Eius memoria in Archimonasterio San Dionysiano, cuius maiorem Campanam proprio ęre restituit: Titulos & monumenta eiusdem Abbatię proprijs impensis in ordinem redegit. A

De eo lege Frizonium *In Gallia Purpurata*. Claudium Robertum *Gallia Christiana*. Theod. Amyden. *V. M. S.*

Pater dimitte illis, quia nesciunt, quid faciunt. Lucæ, 33.



HEnricus Gondius de Rets Gallus ex Alberto Francię Polemarcho & Claudia Catharina Claromontana secundis nuptijs iunctâ nascitur vir prudens atque mitissimus. Legatus Albertus in Angliam, Metensis Prouincię præfectus à Carlo IX. Gallorum Rege, & ab Henrico III. B Pro Rex in Prouinciam ad Rhodanum quatuordecim vrbes & oppida intra Anni spatium ad deditionem constrinxit; Triremium Regiarum Præfectus, Locum tenens in Marchionatu Salussij, spatio trium Mensium omnia Regiæ potestati restituit, Dux & Par Franciæ, octauo in exercitu Regio Summus Antesignanus nullum vnquàm re, aut verbo læsit, quòd rarum in aulâ. Militari prudentiâ singulariter enitens in pugna Rentianâ, Grauellinea, Laurentianâ, Sandionysiana, & Sarnacensi aduersus Caluinianos, in Moncontur ianâ iterum aduersus Sectarios, C in Driensi, in obsidionibus Rothomagensi, & Rupellanâ glande plumbeâ vulneratus; in obsidione Portus Gratiæ; in itinere Henrici III. ad Sarmatiæ coronam, per operta & aperta Germaniæ loca Regem ducens Albertus securum collocauit in Regno. Ex tanto parente Henricus progenitus memoria fęcundâ, quâ totum recitaret Psalterium Dauidicum, & quæcumque ad pensi Ecclesiastici Breuiarij; absque codice memoriter repeteret. Canonicus Parisiensis, deinde Episcopus, patruo resignante, Anno 1608. carus omnibus, ob mores dulcissimos, iusta persoluit Henrico magno. Habitis trium Ordinum Franciæ Comitijs Lutetiæ, An. 1614. cum Canonicus. . . . Parisiensis multa in Capitulo contra Præsules effudisset, huic non ignota, sed ad syllabam relata; obuium factum Canonicum in Ecclesia Metropolitana Henricus præuius amplexatur, seque amicum profitetur: Sic eum quidam causarum forensium patronus nomine . . . . libello edito famoso Episcopum perstrinxisset insitiæ accusans idiomatis Latini, incidit iste Sycophanta in manus Io: Francisci de Gondij. Fratrem monuit frater, tempus esse opportunum iniuriæ vindicandæ. Henricus verò Christum imitatus dicentem, *Pater dimitte illis, quia nesciunt quid faciunt*, misit ad fratrem, vt hominem dimitteret, monitione solumodo emendatum, vt in posterum saperet. Inter Cardinales assumptus à Paulo V. promotione octaua, die 26. Martij 1618. qua duo soli purpuram acceperunt Henricus Gondius, & Franciscus de Sandoual Hispanus; Anno sequenti Præceptor dicitur seu Commendator Regiæ militiæ S.Spiritus, & Regi à secretioribus auctor fuit cum Francisco Card. Rochafoltio, & Io: Perronio Archiep. Senonensi, repetendarum ab hæreticis, vrbium, *le Villes d' Ostage*, quas abhinc multos Annos, munierant contra Regem,& Regnum. Multis Ecclesiæ & Regni distracto negotijs datus est Coadiutor Io: Franciscus de Gondij frater Ecclesiæ Decanus, & S.Albini Andegauensis Archimandrita, qui primus omnium huius cathedræ Archipræsul creatus est, procurante fratre Cardinale. Hęreticos per Galliam insequente Ludouico Rege, vitam posuit Cardinalis Gondius de Rets, Biterris, die 2. August. 1622. Lutetiæ humatus in Ecclesiæ maioris Gondiano Sacello, iuxta patrem, & patruum, funebrem Orationem recitante Philippo Cospeano Belga Præsule Adurensi die 6. Septemb. 1622. *Frizonius* Ioannes Dartes in præfat. libri *de Suburbicarijs Ecclesijs*, quem ei inscripsit.

15. ***Iustus cor suum tradidit ad vigilandum diluculo ad Dominum, qui fecit illum*** Ecc.39.



MIchael Angelus Tontus Italus, Ariminensis ignobili patre natus, Cæsenate, instigante natura, literis incubuit, & Bononiæ Lauream adeptus Iurisprudentiæ, Musicam adiecit, cuius beneficio in Xenodochium S. Rocchi Romæ, ad organa pulsanda receptus, eodem tempore strepitosi fori subsellia calcauit non sine fructu. Causarum namque Procurator constitutus à Francisco Burghesio fratre Camilli Cardinalis, futuri Pontificis; eo regnante negotia omnia tractauit Burghesiæ Domus, Scipioni mox Cardinali Burghesio, Auditor causarum datus, qua occasione tantum actoritatis subijt, vt breui negotia omnia Palatij expediret Apostolici. Canonicus interim D Lateranensis Basilicæ, die 5. Decemb. 1608. Episcopus Nazarenus; die 24. Nouemb. 1608. Presb. Cardin. *tit. S. Bartholamei in insula*, Datarius, Episcopus Cæsenas, eam sibi apud Paulum V. auctoritatem conciliauit, vt ipsi Camillo Burghesio, existimatione præualere videretur. Portentum naturæ dicam, vel artis, vt etiam Cantores sederent inter inter Ecclesiæ Principes. Acerrimo viguisse gine-


ingenio, & moribus innocentissimis, Curia testatur Romana, cuius munera sui triennio regiminis, nonnisi dignis distribuit, plaudente vrbe in promotione meritorum atque virtutis; donec fatigata fortuna Tontum deseruit; erga eum frigescente gratia Pontificis. sua, an aliena culpa? incertum. Aula relicta ad creditam sibi descendit Ecclesiam, exilium sustinens voluntarium, quam varijs donarijs, & Sanctorum Reliquijs locupletauit. In patria templum S. Euphemiæ incendio deformatum reparauit, Cathedram pretiosa suppellectili, varijsque donis munificus auxit. Censum instituit ad alimoniam trium adolescentium per Capitulum nomi- A
nandorum, qui Iuri operam darent. Defuncto Paulo V. Romam redijt ad comitia Gregorii XV. à quo ad titulum translatus *S. Petri ad Vincula*, & inter Consultæ Cardinales adscriptus Collegium à suo nomine *Nazarenum* dictum, in proprio palatio erexit, moriens hæredem reliquit. Gratus memoriæ Pauli V. pro eius suffragio Sacrum perpetuo peragendum in æde Lauretana instituit: cum eodem Canonizationi subscripsit S. Caroli Borromęi. Sic plenus meritorum die 21. Aprilis 1622. vita decessit; in templo sepultus S. Ignatij, ante eius Altare eum sequenti Epitaphio

D. O. M.
Michaeli Angelo Tonto Ariminensi
A. Paulo V. P. M.
Prudentiam fidemque viri sæpius experto
Primum Dataria Præfecto, postea Arch. Nazareno
Postremum S. R. E. Cardinali creato
Atq. ad intima quæq. adhibito
Quo tempore post coniunctam cum florente
Principis gratia
Singularem modestiam habuit
Vnde in aduersa quoq fortuna constantiam exerceret
Dignus qui nonnisi reflorescente gratia, diem obiret
An Dom. M.DC.XXII. Ætatis suæ LVI.

Antonius Tontus auunculo,
Et Collegium Nazarenum ab illo institutum
Et Sacra Rom. Rota Audit. patrocinio commendatum
Patrumq. Pauperum Matris Dei disciplinæ traditum.
Parenti optimo posuere. An.D. MDC.XXXVII.

De eo lege Vincentium Cusentinum, qui ei librum de Carnium abstinentia nuncupauit. Stellam supereminentem gladiis gentilitiis ad modum crucis inclinantibus cum haberet Tontus Stemma adiecit, quando gratia expoliatus Pauli V. exilium subijt voluntarium, *Ab Alto*? ne Scipionem Burghesium offenderet, quo impellente, ministerio ceciderat, Cruci remissus vitæ priuatæ.

16. Et reliquit Lysiam hominem nobilem de genere regali, super negotia regia. 1. Machab. 3. *n.* 32.



FAbritius Verallus Romanus Matthæi filius ex Iulia de Corbara, Hieronymi Card. Veralli nepos, affinis Vrbani VII. à Patribus S. I. in Collegio educatus Romano, post Philosophiæ studia, Canonicus dictus Basilicæ Vaticanæ, ab Vrbano VII. Sedente Clemente VIII. V. S. Referendarius, Quæsitor Apost. abiit ad Melitenses, inde Nuntius apud Heluetios missus à Paulo V. & ab eodem Presbyter Card. *tit. S. Augustini*, die 24. Nouemb. 1608. suggerente affine Card. Millino, Episcopus pręfuit Ecclesię S. Seueri in Regno Neapolitano Canonizationibus subscripsit S. Caroli Borromęi, Patronus Hiberniæ, Seruorum B. V. Minorum de obseruantia, Neophytorum in Vrbe; comitiis interfuit Gregorii XV. & Vrbani VIII. Monasterium B. Agnetis semi milliario ab Vrbe distans cum Ecclesia restituit, picturis ornauit, lampades octo coram altari perpetuo ardere voluit: Descen-
B sum à Monasterio ad Ecclesiam lubricum, & difficilem marmore strauit: eiusque in ornatum, quidquid præopibus valuit, erogauit, vt ex notis.

Fabritius S. R. E. Card. Verallus
Templum D. Constantiæ ruinæ propinquum
Restaurauit, & ornauit An. Dom. M. DC XX.

Ad ianuam eiusdem Templi.

Fab. Card. Verallus.

Congregationi adscriptus S. Inquisitionis, Episcoporum, Regularium, Sacrorum Rituum, Eccle-
C siam resignauit S. Seueri, vt facilius aulæ vacaret Romanæ, die 23. Martii 1615. Romæ, obiit 17. Septemb. 1624. ætatis 54. sacello exceptus gentilitio, in Ecclesia S. Augustini, cum inscriptione sequenti.

D. O. M.
Fabritio Verallo Romano
Hieronymi Card. Veralli fratris filio
A Paulo V. post Nuncij Apo. munus
Apud Heluetios impigre admin.
Ad Sacram Purpuram admoto
D *Cui promerendæ Vrbani VII. consanguinei sui*
Apud quem adoleuerat
Exemplis instructus, O. Pontificis mores expressit
Dignusque habitus
Qui sublatum repente Principem
Aliquando representaret.
Obijt An. Dom. M.DC.XXIV.
Ætat. suæ LIV.

De eo Patres S. I. Anno 1640. à fundata Societate centesimo, sequentibus.

Certatim

Certatim Heluetij, Melitaq. operosa merenti.
Purpurea agglomerant vellera Fabritio.
Septimus ipse suam Vrbanus *laudabat alumnam*
Laus eadem à Paulo *Principe quanta fuit?*
Vota quid enumerem Roma meruisse duorum?
Vrbani & Pauli *oracula non satis est?*

Hannibal etiam Adamus in sua Pallade Purpurata alludens ad Rosam gentilitiam Purpuream.

Et Rosa Fabritio Sacra quoq. purpurat Ostro
O Rosa Vere Alio *nata pudoris Amor!*
Non consanguineo pinxit Te Vrbanus *amore,*
Pauli *virtutis nomine pinxit amor.*
Sanguine purpuream capiti duxisse coronam
Grande erat, est, merito grandius esse tuam.

A

De eo Philippus Piccinellus in Orbe Symbolico, Roseam nympham erexit sub lemmate *In intimis Aurum* colore purpureo Cardinalem annuens, cui Rosa est gentilitia; eamque clausam pingens & non expansam, arcana mentis annuebat sancta equidem licet incognita. Eodem argumento, eidem Cardinali idem Piccinellus adiecit, *Sub Sole patebit*. iuxta illud, *Nil apertum, quin reueletur*.

De eo lege præfationes Fr. Antonij de Pactis *in Viridaria Coactoa*. Fr. Paulum Fabulotti *De Potestate Papæ*. Epistolas Bartholomæi à Saluthio. Martinum Tondi. *Ode*. Literas Tolomæi. Vghellum. Amydenum *V. M. S.*

17. *Fiducia magna erit coram summo Deo eleemosyna omnibus facientibus eam.* 4. Tobiæ 12.



IO: Battista Lenius nobilis Romanus, inter pauperes pauperrimus, affinitate contracta cum Scipione Card. Burghesio Militensem primo Ecclesiam in Calabria obtinuit à Paulo V. dein die 28. Nouemb. 1608. Presb. Card. *tit. S. Sixti* renunciatus, cum titulo commutauit *S. Cæciliæ*. Anno 1611. Ecclesia relicta Melitensi, Ferrariensem regendam accepit, & per resignationem Scipionis Card. Burghesij, Archipresb. Lateranensis Anno Sal. 1625. portam Sanctam aperuit, clausitque

C

Vrbani VIII. auctoritate
Io: Bap. Card. Lenius Basilicæ Archipresb.
Portam à se ineunte An. Sal. M. DC. XXV.
apertam, exeunte clausit.

In eadem Basilica Lateranensi Sacellum ad latus Sacrarij restituit, dicauit S. Io: Baptistæ; moriens Crucem cum vasibus & candelabris argenteis legauit. Ex ditissimis Sacerdotijs ei collatis à Paulo V. magnam sepofuit pecuniam, Moriens heredem ex asse instituit Ecclesiam S. Caroli ad Cattinarios: vnde eius beneficio exurgit superba Templi facies cum notis.

S. Carolo Borromæo
Io: Bap. Lenius S. R. E. Cardinalis
Ep. Ferrarien. Ss. Lateran. Bas. Archipresb.
Quod Templi huius, reliquum erat
perficiendum obtulit
Tiberius Petronius Romanus S. D. N. Referend.
Lenij eiusdem Consobrini,
sibi vltima declarata voluntate
Sacello Deiparæ Virginis Matris a se erecto,
Facie à fundamentis excitata.
Tholo Virtutum Imaginibus,
Fornicibus aura decoratis
Apside fundata perfecit Sal. An. M. DC. XXXVIII.

In exteriori eiusdem Templi facie

Io: Baptista S. R. E. Card. Lenius Archiep. Lateran.
M.DC.XXXV.

B

Ex vsu vini generosioris, coagulatis calculis decessit die 3. Nouemb. 1627. ætat. 54. in medio eiusdem Templi sepultus absque memoria. Comitijs cum adfuisset Gregorij XV. Vrbani VIII. cum illo Canonizationi subscripsit S. Caroli Boromæi; cum isto, S. Ignatij.

De eo Vghellum lege, & Amydenum. Histor. Ferarien. Rasponum *De Basil. Lateran.*

18. *Et dabo tibi thesauros absconditos, & arcana secretorum.* 45. Isaiæ. 3.



LAnfrancus Margotius in obscuro pago natus agri Parmensis, ignotus patre & patria Romam venit communem patriam absque aura & auro, in familiam adscriptus Cinthij Cardinalis Aldobrandini, gradatim Cardinalis ipsi a cubiculo factus, postea in conscribendis epistolis, cui doctissimorum hominum industriæ anteiret, acutè prauidendo, dilucide explicando, sententias miscendo, quæ pondus & dignitatem referrent eius, qui scriberet, & ad quem scriberet; à Clemente VIII. R. P. in Cubicularium assumptus, mox Protonotarium, deinde in scribendis literis cum operam ei nauasset semper fidelis, Clemente mortuo, solus huius familiæ in suam à Paulo V. assumitur, cum non sine laude ab epistolis adfuisset Italicis: propterea ab eodem, die 28. Nouemb. 1608. inter Presb. Card. *tit. S. Callisti* cooptatus, Viterbiensem Episcopatum regendum suscepit, quem nunquàm inuisens

D

sens per Vicarios administrauit. Elati vir animi, etiam cum summis viris genere, diuitijs, dignitate præstantibus certauit, atque pecunia superior sumptus cęteris largior semper fecit. Nec mirum: etiam in purpura, aleis vt plurimum ludendo nunquam fatigata fortuna, audebat Principes ipsos prouocare, qui cum eo in arenam non descendebant absque timore. Diu tamen in purpura superuiuere Deus eum non permisit. Lethali namque pustula in brachio dextero corruptus fato cessit. Interroganti Paulo V. qui ad eum consolandum accesserat, *Si re aliqua indigeret?* respondit magnanime: *Indigeo, vt mihi preteritæ vitæ noxas auctoritate tibi diuinitus concessa dimittat*. Romæ obijt relicto grandi epistolarum volumine, pridie Kal. Decemb. 1511. æt. 53. ad S. Petrum in Vinculis sepultus.

Lanfranco Margotio Parmensi
S.R.E. Card. tit. S. Pet. ad Vin.
Qui duorum Pontif. M. Clem. VIII. & Pauli V. negotijs cum Vrbis Principibus summa prudentia, stiloque aptissimo, candidè, perractatis, in eoque Vnus omnem ætate sua laudem promeritus, à Paulo V. in Sac. Card. Colleg. cooptatus prius vita, quàm gloriæ cursum visus est obijsse.
Octauius Margotius Fr. M. P.
Vixit An. LII. Men. II.
Obijt An. M.DC.XI. prid. Kal. Decem.

In eadem Ecclesia legitur etiam prope Cardinalis sepulchrum.

D. O. M.

Vt Sacrum quotidie pro animabus Card. Laufranchi, Fratris eius ac suorum fiat. Io: Franc. Margotius Parmensis Scuta mille huic Ecclesia reliquit.

In Ecclesia S. Honuphrij in Ianiculo prope sacrarium legitur etiam

D. O. M.

Quotidie celebretur Sacrum pro Illustris. Card. Lanfranco, & Io: Franc. Margotio.
Anno M. DC. XIV.

De eo Vghellus, Amydenus. Petrus Corretinus *De Episc. Viterb.* Nicius Erythręus *in Pynacotheca.*

19. *Nonne Deo subiecta erit anima mea, ab ipso enim salutare meum.* Psal. 62.



Decius Carrafa patritius Neapolitanus, Marchionis Ferdinandi filius, sub Marij Carrafę Archiep. Neapolitani patrui disciplina, nobilissimæ indolis iuuenis adoleuit virtute omni exornatus nomen cum dedisset Ecclesiæ ad Lusitanos missus Collector Apostolicus Anno 1598. In Vrbem reuocatus, *in demortui* (inquit Vghellus in Italia Sacra De Archiep. Neapol.) *Cardinalis Aquauiua locum destinatus est Archiep. Neapolitanus Anno 1605. sed antequam ad examen prodijsset; Clement vniuersæ carnis viam ingressus, Successorem habuit Leonem XI. à Deo magis ostensum, quam datum, qui in ipso suæ exaltationis die Neapolitanam Ecclesiam in Aquauiuum Cardinalem exeratus transfudit, quam Paulus V. post paucos dies Leonis successor eidem Cardinali adfirmauit, Decius vero oleum tunc, & operam perdidit.*

A Contradictionem tamen hic Lector aduertat; quomodo enim *in demortui Cardinalis Aquauinæ locum* destinatur Decius Archiep. Neapolitanus; si idem Card. Aquauiua ad exclusionem Decij, viuens occupat Archiepiscopatum, & vsque in Annum 1612. superuiuit, quo tempore postea Decius Aquauiuæ Cardinali successit. Vghellum itaque corrige, & dic à Clemente VIII. designatum Decium Archiep. Neapolitanum non in locum Aquauiuæ demortui, sed Alphonsi Cardinalis Gesualdi, Sede vacante Neapolitana quasi Annis duobus. Admiratus itaque Paulus Decij modestiam & temperantiam, eum in Damascenum elegit Archiepisc. & in Belgium legauit ad Albertum Archiducum, mox in Hispaniam, ad Regem Philippum; quo in munere dum versaretur, die 17. Aug. 1611. B absens Presb. Cardin. creatur *S. Laur. in pane & perna: postea tit. S. Io: & Pauli:* Anno vero sequenti die 7. Ian. 1613. defuncto Cardinale Aquauiua Archiep. Neapolitanus, quam Ecclesiam accepturus non erat, nisi Pontificis accessisset imperium, quod ad eam iam destinatus à Clemente VIII. per Leonem XI. fuisset iniustè depulsus. Die ergo 8. Martij 1614. ed eam solemniter ingressus, Annis XIII. administrauit, restituto pristino splendore, Diœcesim perlustrando, Cleri mores reformando, eaque peragendo, quæ decent Pastorem Sanctum. Palatium auxit Archiep. multa & perampla domicilia C vsui profutura Archiepiscoporum parauit, inter quæ aulam ambulatoriam amplissimam ac pulcherrimam. Odeum iuxta veterem morem in medio Cathedralis, e nuceis lignis affabre cęlatis extruxit, e posteriori parte ornamenta adiecit marmorea, vbi diuorum Neapolitanæ Vrbis Tutelarium Simulacra collocauit marmorea, ijsque adnumerauit Statuas SS. Maximiani Cumani M. & Caroli Borromęi, cuius pręcordiorum partem à Federico Cardin. Borromęo dono acceptam theca inclusam argentea reposuit in Thesauri Sacello. Baptisterium quoque Cathedralis è Pario marmore elaboratum concinnauit, gradus, per quos ad ipsum ascenditur, D vermiculatis marmoribus illustriores reddidit. Laqueare, siue interiorem tecti partem eiusdem Ecclesiæ, deauratum, magnifique iconibus insignium artificum confectis extruxit, nobili Ecclesiæ ornamento, cui inscriptum.

Decius Card. Carrafa desponsatam sibi Ecclesiā nuptiali laquearium ornamento contexit An. 1621.

Sacrario sex mille aureos dono dedit, ex quorum redditibus eius Ecclesiæ cultus nitidior, ac splendidior reddi posset. Sanctos aliquot Neapolitanæ Vrbis, quorum memoria multis ab hinc sæculis exciderat, in Ephemeride Neapolitana & Synodo Diocesana notari iussit; quorum catalogus typis traditus, cum historia cuiusque Sancti. Extra Vrbem Anno Salut. 1617. Ecclesiam in loco *Fonseca* dicto, sub titulo Virginis Annunciatæ erexit, dotauit. Ecclesiam Neapolitanam tredecim Annorum spatio pie, prudenter rexit, ab eaque nunquam abfuit, excepta causa Comitiorum; neque in eum vel fabula ausit ei vel criminis vmbram impingere. Vere Pastor vt sponsam nec moriens desereret, corpus varijs grauatum morbis auspiciens, Sepulchrum sibi & Mario patruo, in Choro aptauit cum literis.

D. O. M.
Mario Carrafæ Neapolit. Ecclesiæ splendori
Decius S.R.E. Card. Carrafa
Vt duos Archiep. dignitate affines Familia,
vnanimes amore
Vnus Lapis ad Resurrectionis gloriam
expectandam contumularet
Gratitudinis defuncto, Mortis sibi memoriæ
Monumentum
Viuens sibi condidit An. D. M.DC.XVI.

Comitijs cum adfuisset Gregorij XV. Vrbani VIII. viuere desijt die 24. Ianuarij 1626. ætatis suæ 70. Neapoli, ob eius vitæ integritatem, iustitiæ ac Religionis, prudentiæ laudem, totius Vrbis luctu, celebrato funere, & lacrymis populorum extructo Mausoleo. Nullus enim Nobilis vel Popularis; quin ad oscula pedum accederet, vti ad virum Sanctum, cuius memoria in benedictione est.

De eo lege Vghellum. Tolomei literas. Iulium Natum qui eius laudes carmine celebrauit Hetrusco. Chiocarellum *De Archiep. Neapol.* Cæsarem Engen. *Neapoli Sacra.* Macrarinum *in Purpura Mariana.* Ios. Silos *H. Cler. Regul.*

20. ***Dominus illuminatio mea, & salus mea, quem timebo.*** Psal. 26.



Dominicus Riuarola Ianuensis nobilibus ortus parentibus, adhuc iuuenis literis ex cultus Canonicatum obtinuit in patria, in Ecclesia S. Laurentij, cuius occasione tricas plures passus cum Horatio Card. Spinula Archipræsule Genuensi, vt eius iram declinaret, Romam venit, & intercedente Gallorum Legato, in Familiam admissus Scipionis Card. Burghesij, quamuis Domino inuisus fidele semper & assiduum soluit Officium, donec cum arduum & per dificile negotium incidisset cum Paulo V. R.P. tractandum per aliquem ex Burghesij familiaribus; ab æmulis Riuarola seligitur, vt Pontifici æquè ac Cardinali redderetur inuisus. Aliter tamen Causa decernente causarum, præter omnium spem, ad colloquium admissus, ore pulcherrimus, in exponendo negotio gratus eloquens obtinuit, non sine Pontificis admiratione, qui venustæ ac modestæ eloquentiæ non satisfacere credens inciuile; discedente Riuarola, accedentemque Cardinalem Tontum interrogauit, *quis ille famulorum Burghesij, qui modo discessit? est Genuensis*: respondente Tonto. *Nobilis ne?* subdit Pontifex? *Nobilis* affirmante Cardinali, *Huic similes ad Principes* (adiecit Papa) *ablegandi, qui animi conceptum, oris & mentis pari candore exponant.* Ab hac die cœpit Burghesius Card. Dominicum colere; Tontus verò spetie honoris persequi Zelotypia Riuarolæ concepta; vnde Ecclesiæ vacanti Aleriensi in Corsica, Tontus tanquàm Papæ Datarius Anno 1608. Dominicum præfecit non tam vt beneficium faceret, quàm vt titulo Residentiæ eò relegaret. Agnouit Paulus arcanum Tonti, (causa forsam ex causis, ob quas erga Tontum refriguit ardor Pontificis) propterea mandauit Dominico Romæ subsistere, deditque auditorem Nepoti Burghesio Cardinali. Paulo post Nazarenum electum Archiep. legauit ad Henricum IV. Galliæ Regem qui conscripto milite Galliam inuadere meditabatur; cæsum porro Regem inueniens, Vbaldinum Nuntium Apost. decumbentem, in eo Reipublicæ turbulentissimo statu plures subijt labores, quibus tamen cum laude exantlatis, Romam totius Aulæ gratulatione reuersus, insolens inuenit ortum dissidium inter Reate & Cantalisium. Vrbs illa Dominij Ecclesiastici: Oppidum hoc Regni Neapolitani. Quod cum in dies exardesceret fouentibus tacite Hispanis; adhoc sedandum Riuarola mittitur. Aduolat iste citatis equis, & rem in apertum bellum excreuisse videns, clausas locorum portas milite custoditas, recludi iubet, captos restituit, armorum ablegata origine, paucos post dies cum vix in prouinciam aduenisse crederetur, Romam redit admirantibus aulicis. Hinc die 7. Aug. 1611. Presb. Card. tit. *S. Martini in Montibus* adscriptus, Anno exeunte Æmiliæ summa cum potestate præfectus prouinciam grassatoribus, alijsque nebulonibus capite damnatis, quibus misere vexabatur, intra paucos menses purgauit; miris laudibus eum propterea extollente Paulo apud Patres, quorum inuidia impedire non voluit; vt Dominico Prouincia tertio prorogaretur, quam rexit vsque ad obitum Pauli, & per menses etiam sedente Gregorio XV. sub Vrbano VIII. Iurisprudentiæ nouo labore incubuit, ne inter Patres in suffragia iret more Cæcorum, præeunte socio. Patriam reuisendi cupidus, mari vectus in regressu tempestate petitus morbum contraxit, quo absumptus Romæ die 3. Ianuarij 1627. ætatis 52. vita migrauit dignus vita longiore. Moriens fratrem fœminea prole grauatum hæredem instituit, pensionum tamen translationem negauit, nec vllo Cardinalium exemplo adduci

adduci potuit in eorum opinionem. In S.Maria iacet de Victoria, eo translatus ex Ecclesia S.Mariæ de Scala, vbi iusta suscepit.

Vghellus. Amydenus *V. M. S.*

21. *Dicite filiæ Syon. Ecce Rex tuus mansuetus*, Matth. 21.



Metellus Bichius patritius Senensis Alexandri, & Cosæ Bandinellæ filius, Senis vbi ius ciuile plaudente Accademia, A publice profitebatur, Romam vocatus a Burghesijs fratribus hospitio exceptus, eisque intercedentibus à Clemente VIII. Suanensis electus in Hetruria Episcopus die 15. Iunij 1596. Ecclesiam rexit vsque ad assumptionem Camilli Burghesij in Paulum V. qui Metellum Romam vocatum Sacræ Consultæ adscripsit, & Canonicum S. Petri renuntiauit, Paulo post Presb. Card. tit. *S. Alexij*, die 7. Aug. 1611. tandem Senensem promouit Episcopum, cui præfuit vsque ad Annum 1615. doctrina ac morum honestate. Vir aspectu venerabilis, statura procerus venustatem dehonestauit podagra, qua corpore gibbosus atque deformis animo tamen integer, nulli iniurius, omnibus officiosus, publicis curis consenuit. Romæ decessit Anno ætatis 78. Kal. Iulij 1619. Sepultus ad S. Alexium nobili exceptus Sepulchro, cuius B in pauimento legitur.

D. O. M.
Ossa Metelli Bichij S.R.E. Card. Senensis.

Ad statuam verò eiusdem Cardinalis.

D. O. M.
Metello Bicchio Patritio Senensi
tit. S.Alexij Card. Amplis.
Cuius par nobilitati virtus
Pauli V. P.M beneficio
E Suanensi Episcopatu adRomanæ purpuræ lucem
Ad Senensis Archiepiscopatus euecta fastigium
Illustrissima sed breuissima effulsit
Vincentius & Bernardinus prærepto
fratri mæstiss. posuere
Hoc tamen vno triste mitigant desiderium
Quod virtutis Illustrissimæ extinctæ
Cinis etiam purpurat.
Obijt Anno natus LXXVII. Kal. Iulij.
M.DC.XIX.

Vghellus. Amydenus. Isidor. Azolinus *pomp. Senen.*

22. *Quomodo potestis credere, qui gloriam abinuicem accipitis, & gloriam quæ à solo Deo est, non quæritis.* Io. 5.



Io. Baptist. Bonsius Florentinus Dominici, qui Duci Hetruriæ primus a Secretis erat, filius ex Constantia Victoria, Patauij Laurea ornatus Iurisprudentiæ, Romæ causarum patronus, a Magno Hetruriæ Duce arbiter electus in controuersia finium regundorum aduersus Pontificem; re bene gesta, Senator quamuis ætate impar creatus, postea ab Henrico IV. Galliæ Rege Biterrensis nominatus Antistes Thoma intercedente Baptistæ patruo, Anno 1598. Toparchiam Castri Noui, Syluano Pompeio distractam redemit: Presbyteros conduxit S.Ioannis, vt literis excitandis vacarent: ab Henrico Mommorenciaco turrim dono accepit, quam bello rugiente ciuili iuxta domum excitauerat Episcopalem, optimaque instruxit Bibliotheca: S.Claræ Moniales reformauit: Anno 1600. nuptias Mariæ Medicea conciliauit cum Henrico IV. propterea Mariæ dictus Magnus eleemosinarius, atque Abbatijs remuneratus Anianæ, & S.Guillelmi de Desertis, die x. Maij 1605. Biterris Fidei Sacramentum suscepit à Petro Dalmasio Abbate S. Aphrodisij: die 25. eiusdem B Mensis, Valiani Toparchiam, quæ antea iuris Episcopalis erat refuso pretio redemit ab Hieronymo Mercorantio: Minimos Regulares, ac Recollectos Biterris accepit Anno 1607. eodemque Anno, a Capitulo Monspelliensi portionem Feudi in ciuitate Biterrensi, pretio librarum 3150. emptam mensæ adiecit Episcopali. Gastonem a Francia die 25. Aug. 1608. Sacro abluit lauacro.

Santis meritis suffultum Paulus V. die 7. August. 1611. intercedentibus Gallorum Rege, & Regina, absens Presb. Card. assumitur, discidiumque com- C posuit Iesuitarum cum Monialibus S. Spiritus, ea lege vt libras 600. Moniales annuatim soluerent. Anno 1615. Burdegala in Vrbem Moniales accersit S.Mariæ; Prouinciæ nomine, Parisijs, comitijs adsuit Generalibus Regni. Inde Romam veniens titulum accepit *S. Clementis*, congregationibus Rituum, & de Propaganda admissus, grauiores atque difficiliores controuersias ob summam iuris peritiam decidit: cæterorum Conciliarius & Magister. Assumpto postea Coadiutore in Episcopatu Biterrensi, Dominico Bonsio nepote, ambitu occupatus ac spe futuri Pontificatus, Romæ substitit, comitijs adfuit Gregorij XV. post cuius electionem, D die 4. Iulij 1621. ætatis 67. Romæ decessit vir probus, pius, vere Ecclesiasticus, si demas ambitum, quo in senectute corruptus. Eius laudes cecinit Hetrusco carmine Iulius Natus. Cadauer Florentiam relatum apud Theatinos condi curarunt Sorores Helena & Elisabeth: hæc Ioanni nupta Capponio, quæ virtute celebris laudatur, vita edita à Bapt. Castal-

Castaldo Theatino. Illa Petro Nerio Leonis XI. nepoti. Epitaphium Bonsij sequens fuit,

D. O. M.

Io: Bap. Bonsio Thomæ Episcopi ex fratre nepoti, Dominici & Constantiæ Victoriæ fœminæ nobiliss. filio, Senatoria dignitate præclaro I.V. C. celeberrimo; Francisco & Ferdin. Magnis Hetruriæ Ducibus apprime charo, qui post sedatas inter Clementem VIII. & Ferdinandum Ducem limitum controuersias, Biterras appulsus, Ep. infula ornatus Diœcesim suam optimis in Visitatione Sanctionibus imbuit, & instruxit. A *Pias in Vrbem virorum & Mulierum domos admisit; quaque in Hæresum, bellorumque ciuilium tenebris diu iacuerant, singulari eius ope emerserunt. Mox ab Henrico M. Rege IV. ob matrimonium cum Maria Medices ineundum in Italiam missus. Magnus eiusdem Mariæ Eleemosinarius mirum sibi amorem in Regia Curia conciliauit. Tandem Rege petente a Paulo Pp. V. purpura illustratus, Romæ pluribus & arduis pro Sede Apost. & Regno Galliæ negotijs summa cum laude peractis, eximiæ candoris, prudentiæ, pietatis, & integritatis exempla reliquit.*

Obijt Romæ die 4. Iulij, An. M.DC.XXI. Iacet Florentiæ, in æde S. Michaelis Patrum Clericorum Regularium.

ptionem, cum aucupio delectaretur, aere petitus insalubri, Romæ decessit die 27. Septemb. 1621. An. æt. 45. Sepultus apud S. Carolum de Cattinarijs, *Bancum* deinde transferendus, vt quiesceret cum maioribus suis.

De eo Patres S. S. in Romano Collegio, cum sequenti elogio.

Quo se Religio armas & timetur
Amictum horridulum tenens Philippus
Hac in veste Deus triumphat, inquit
Tanti Purpura nostra non est?
O vim paupertatis, amabilem, coruscum,
A quo Sydera mutuantur aurum
Paupertas vbi Numen explicauit;
Sordet purpura. Purpurantque sordes.

Hannibal Adamus sequentia adiecit in *Pallade Purpur.*

In Philonardos, Pauli conspiratis honores
Quàm bene Farnesius, tam bene Burghesius.
Sic gemino gaudet sub Principe lumine Cælum
Sic gemina felix luce carina volat.
Sanguine vos similes, & non virtute minores
Quidni igitur similis Paulus vterque foret.

Legge Vghellum.

23. *Et ascensor equi non Saluabit animam suam.* Amos. 2. B



PHilippus Philonardus Scipionis, ac Brigidæ de Ambrosijs nobilis Anagninæ filius, trium Antistitum nepos Pauli Æmilij Ep. Auenionensis; Alex. Ep. Aquinatis, & Flaminij Ep. item Aquinatis, in Hernicis nascitur, municipio *Banco* dicto, Anno 1582. post literas humaniores in Roma- C no Collegio, Pisas Iuri incubuit, inde laureatus Romam venit celebri fama perfecti Iurisconsulti, cum gratiam promeritus Pauli V. & patruo Flaminio Successor datus die 24. Nouemb. 1608. in sede Aquinatè, non longe post Firmanæ Vrbis in Picæno præfectus, dein Prolegatus ac Gubernator Auenionensis cum eo in munere suæ integritatis, atque prudentiæ periculum fecisset, Præsb. Card. tit. *S. Mariæ de Populo*, die 7. Aug. 1611. atque Collegatus Auenionis assumptus, Congregationes Episcoporum, Regularium, Indicis, Boni regiminis, Secretioris Consultæ, consilijs impleuit. Referunt alij Philippum assumptum ad purpuram D fuisse intercedente Ennio Philonardo Pauli V. pernecessario; qui a Papa ad purpuram destinatus rogauit, nepotem sibi seni substitui Philippum, & obtinuit: vt ex infra posito epigrammate Hannibalis Adami.

Comitijs adfuit Gregorij XV. post cuius assum-

24. *Verbum Christi habitet in vobis abundanter, docentes & commonentes vos psalmis, hymnis, & canticis Spiritualibus.* Colos. 3.



PEtrus Paulus Crescentius nobilis Romanus Virginij, ac Constantiæ Draconis filius, Perusij laureatus Romam venit V.S. Referendarius, & Abbreuiator literarum Apost. sub Paulo V. Auditor Cameræ (munus quod pecunia acquiritur numerata) die 7. Aug. 1611. Presbyteris Cardin. tit. *SS. Nerei & Achillei* adscribitur; & die 4. Iulij 1612. ad Sedem subuehitur Rheatinam, in ijs numeratus, qui Signaturæ Gratiæ, Sacræ Consultæ explent Senatum. Comitijs interfuit Gregorij XV. à quo ad Vrbeuetanum translatus Episcopatum Anno 1621. in ea Sede mirum pietatis studium professus iuxta præcepta S. Philippi Nerij cuius institutione vsus, & a quo magnus Præsul in Ecclesia præditus fuerat, tam in prospera, quam in aduersa fortuna erga Virginem Matrem, præsentia sua dum Rosarium populus recitaret, in templo exercitium promouit. Imaginem B. Virginis, quæ in Templo primario Vrbeuetano ab Annis colitur quadrigentis, loco moueri, nouoque collocari voluit, vt antiquam populi pietatem nouis incitamentis excitaret. Singulis Sabbathis multa prælucentium facum copia eamdem imaginem velo subtracto adorandam, dum numerosis musicorum vocibus Litaniæ, instituit: quo tempore non solum

solum aderat flexis genibus ante imaginem, sed verba exhortatoria habere solebat ad populum: quæ si per occupationem non licerent, piæ alicuius lectionis pabulo gregem suum recreabat. Stemmati gentilitio, ternæ scilicet Lunæ Imaginem sedentis Deiparæ super imposuit cum Lemmate. *Luna sub pedibus eius.*

25. *Dedit ei Deus Scientiam Sanctorum: honestauit illum in laboribus, & compleuit labores illius.* Sap. 10.



AVgustinus Galaminius Brixichellensis in Flaminia, humili loco natus, parentum ac natalium obscuritatem ab obliuionis interitu vindicauit. Nobili præditus indole, ad pietatem, ad literas natura propensus vitam eligens cœlibem ac religiosam Dominicanis Patribus à puero nomen dedit. Schola egressus, Philosophiam, Theologiam in cœnobijs Fauentino, Anconitano, Foroliuiensi, Mantuano, magna cum laude professus, per gradus literarios, maiores conscendens; sui Ordinis dignitates, Brixiæ, Placentiæ, Genuæ, Mediolani Sacræ Inquisitionis munere functus, Commissarius Generalis, sub Paulo V. Magister Sacri Palatij, Anno 1607. mox vnanimi Fratrum consensu, totius Ordinis Generalis Antistes, dum Parisijs moraretur, à Paulo V. Card. Presb. dictus *in Ara Cæli*, Ecclesiæ præfectus Lauretanæ, mox Auximana decoratus, ad cuius regimen tertius Lauretanus Episcopus, & primus inter Purpuratos qui eam sit moderatus Ecclesiam. Vigilantissimus ergo Seminarium Lauretanum adauxit, eidem propria domo attributa; inceptumque à Rutilio Benzonio Episcopale Palatium absoluit, pretiosa Supellectili, picturatisque parergis exornauit: Synodos annuas coegit, plebem verbo, Domini pauit, Clerum exemplo erudiuit, vtrique leges Sanctissimas, & Statuta saluberrima dedit. In purpura eandem seruauit vitæ regulam, ac in claustro. Idem ei victus, amictus, familiarium tantum, dignitatis intuitu, numerus auctus: ipse sibi paruus, in familiares liberalior; quos loco fratrum habebat. Quod ex Ecclesiæ supererat prouentu, in pauperes semper distribuit. Summo visus dignus Pontificatu, nisi vna hac notula inureretur, quod vni famulo omnia, imo seipsum permitteret. Ad supremæ Sedis honorem à multis fuisse expetitum scribit Ludouicus Donius; nisi potentissimi cuiusdam Principis ministri sua potius quærentes, quàm quæ Iesu Christi, tantæ virtutis viro locum Ecclesiæ primarium inuidissent. Hispani erant isti, qui timorem simulantes, ne in articulo Conceptionis ab eo in Pontificem assumpto aliquid decerneretur contra Conceptionem Immaculatam Deiparæ, abhorrebant. Hæc in speciem; re vera namque honores, festiuos ignes recogitabant à Gallis excitatos, dum Lutetiæ Parisiorum stans nuntium suæ promotionis Galaminius acceperat. Franciscus de Castro apud Pontificem Hispanus Orator, relatione missa ad Regem contra Galaminum, Hispanos in eum concitabat. Cum enim in locum Galaminij ad purpuram assumpti, in Generalem Ordinis Magistrum, Fr. Dominicum Diegum Stellam, Hispaniarum Orator posceret Magistrum Sacri Palatij à Paulo V. qui ad supremum Magisterium hominem Italum designauerat; ne Hispanos offenderet, Galaminio arcanum remisit, Oratori respondens; cum Cardinali ageret Aræ Cœli. Frequentissime ergo Galaminius ab Oratore conuen- A tus, cum semper generice responderet; libera esse suffragantium vota, nec posse costringi; subiratus Orator adiecit: *Fr. Stellam præteriri non posse absque Regis indignatione, qui loco & tempore vindictam exigeret, errantium sera & inutili pænitentia.* Respondit protinus Cardinalis, birrethum tenens præmanibus; *Si crederem, quòd dignitas Cardinalitia uim inferat conscientiæ meæ; modò Birrethum discerperem.* Tandem ne Hispanos ad iracundiam prouocaret, ad supremum Ordinis gradum, Seraphinum Siccum Papiensem Italum quidem, sed Hispano subditum promouit: quo minime contenti Hispani, tam in Gregorij XV, quàm Vrbani VIII. comitijs vindictam quærentes Galaminium excluserunt. Ille tamen incredibili constantia præditus, immoto quietæ mentis oculo rotam aspiciens variantem, in sua mansit B solita Auximana statione, commisso sibi gregi studiose inuigilans, donec apparente Christo Pastorum principe, vt pie creditur, immarcessibilem percepit gloriæ coronam die 6. Septembris, vel Iulij 1639. ætatis 83. cum Cardinalis vixisset Annos octo supra viginti; Auximi ibidem in Cathedrali sepultus cum cænotaphio ei posito à Congregatione de Propaganda, quam hæredem ex asse scripserat.

D. O. M.

C *Fr. Augustinus S. R. E. Presb. Card de Ara Cæli*
E Galaminia ac Recuperata familijs antiquis
ac honestis
In terra Brisighellæ ortus,
ex Caligaria in Florentina oriundus
Prædicatorum Ordini ab adolescentia adscriptus
Per omnes eiusdem Ordinis gradus
ad Commissariatum S. Officij
Ad Magistratum Sacri Palatij,
ad Generalatum Dominicanorum euectus,
Exinde ad Cardinalitiam Purpuram,
ad Ep. Recinetensem & Lauretanum
Ac demum ad Auximanum promotus
Magna Sanctimoniæ vita vixit & obijt
D *Hærede scripto S. Congregat. de propaganda Fide*
Quæ, vt tantæ beneficentiæ gratitudo,
Tanti viri memoria
Ac tantum virtutis exemplum posterorum
exemplo & stimulo conseruaretur
In hoc Sacello ex suprema ipsius Testatoris
voluntate ornato

Præ-

Præſens voluit extare monumentum Curatoribus
M.Card.Lante Ep.Oſtienſi. B.Card.Spada
Ep. Albanenſi
P.M. Diacono Card.Burgheſio
executoribus Teſtamentarijs.
Natus Ann.Sal.MDLII. Obijt M.DC.XXXIX.

Vniuerſus Dominicanorum Ordo ſequens tribuit encomium in Capitulo Generali Valentiæ, apud Hiſpanos celebrato, dirigente Thoma Turco Generali Mag. An.1647. ſub titulo. *Fratres & Sorores qui glorioſe obierunt.*

Auximi obijt Eminentiſſimus ac Reuerendiſſimus D.D. Auguſtinus Galaminius S.R.E. Cardinalis, de Ara cæli nuncupatus, dictæ ciuitatis Epiſcopus &c. quondam noſtri Ordinis magiſter Generalis, vir morum innocentia, humilitate, caritate, patientia, cæteriſque Virtutibus toti orbi conſpicuus: quem Summi Pontifices in priuatis colloquijs, Sanctum nominabant, Chriſtiani Verò Principes tanti eius Sanctimoniam faciebant, vt nonnulli non alia de cauſa ad eum ſcripſerint, quam vt ſe, & ſua regna eius Orationibus commendarent. Regularis obſeruantiæ Seueriſſimus cuſtos, foris purpuræ Splendorem oſtendent. intra domeſticos lares auſteritates ordinis, quantum poterat, experiebatur, ferè nunquam lineis ad Carnem vſus exceptis Vltimis Vitæ ſuæ diebus; quibus ad lectum linteamina expreſſo & B *pluries repetito medicorum conſilio vix paſſus eſt adhiberi. Cilicio, & flagellis adeò innocens corpus affligebat, vt ex eo Sanguis efflueret: verè pater pauperum; & ſalutis animarum Zelantiſſimus, non ſolum contentus fuit omnium neceſſitatibus Viuens opitulari, ſed moriens etiam perpetua legata in pias cauſas inſtituens, Sacram Congregationem de propaganda fide hæredem ſuorum bonorum eſſe voluit. Tandem ſenio, & laboribus fractus nonagenarius, poſt Vigeſimum octauum annum ſui Cardinalatus, in palatio Epiſ-* C *copali, adſtantibus duodecim fratribus noſtri ordinis, & alijs quam pluribus, ſuſceptis deuotiſſimè Eccleſiæ Sacramentis, placidiſſimè obdormiuit in Domino, die 6. Iulij 1639. maximum ſui deſiderium relinquens. Ad cuius tumulum frequentiſſimus fuit Vicinarum ciuitatum concurſus, & multi à varijs languoribus ſe eius interceſſione liberatos profitentur.*

De eo Michael Pius *de nobili progenie S. Dominici*. Claudius Robertus *in Gallia Chriſtiana*. Vghellus: Ludouicus Donius d'Attichij, ex quo præſenti de cerpſimus. Amydenus Maracinus *in Purpura Mariana.* D

Plura Galaminius reliquit monimenta pietatis moriens & viuens. Viuens vt Magiſter Generalis Ordinis voluit, quod in Feſtis duplicibus, S. S. Virginis officium in choro a Religioſis recitaretur. Ep. Auximanus aureos mille Eccleſiæ contulit S. Marci, vt Sacellum exornaretur S.S. Roſarij, & vt parti-ceps fieret Sacrificiorum quæ fiunt in æde Lauretana, huic ædi viginti loca Montium teſtamento reliquit ad vſum olei, ceræ &c. Cænobio Meldulenſi B. Mariæ de Oliuo, vbi Monachum induerat, decem loca Montium dedit pro Miſſa ibi celebranda perpetua coram Virgine Deipara: obtulit etiam lampadem valoris 200. aureorum, vt ex vltimis tabulis. Eccleſiæ S. Mariæ de Ara Cęli Lampadem legauit argenteam 300. aureorum. Poſt obitum, termillia Miſſarum pro ſuffragio animę ſuę, Deo offerri voluit.

A 25. *Homo quidam fecit cenam magnam.* Lucæ. 13.



HOratius Lancellotus Romanus, Io: Pauli filius Rotæ Auditor Romanæ renuntiatus a Greg. XIII. intercedente Scipione Lancelloto, quum ad purpuram promoto, vt ſibi nepos in Auditoratu ſucceſſor daretur Annum agens ætatis XIIX. Magiſtratum hunc cum ſine ſtrepitu geſſiſſet, quamuis mediocris literaturæ, a Paulo V. die 7. Auguſti 1611. ſuadente Cardinali de Nazareth, Prẹsbyter Card. dicitur tit. *S. Saluatoris in Lauro*; & Vice Protectoris Minimorum S. Franciſci de Paula non ſemel functus. Parenti iam defuncto, teſte Io: Bap. Lauro, epitaphium poſuit, quod ſibi viuens parauerat.

Io: Pauli Lancelloti I.C. Clariſs. Tumulus.

Qui fuerim, & quid viuens egerim, forte ſi quæras. Hominem ſcito fuiſſe me, quem parandis ſluxæ vita commodis intentum, nec opinantem Mors oppreſſit. Tu ſi ſapis, aliena ſtultitia ad tuum compendium vtere; idem enim te cito manet caſus. Quamdiu vixerim, quaue nocte obierim, ego nec diuinare potui, & tua nihil intereſt ſcire.

Horatius Lancellotus filius poſuit.

Eccleſiam Simeoni Prophetę Sacram Anno 1610. reſtaurauit, vt ex notis. *S. Simeoni Prophetæ H. Lancellotus.*

Romæ obijt die 9. Decembris 1620. ætatis 49. ſepultus in Laterano, Sacello gentilitio. Sex milla nummorum cum legaſſet Patribus Congregationis Pauperum Matris Dei: illi Orati animi ergo in proprijs ædibus inſcriptionem poſuere ſequentem.

Horatio S.R.E. Card. Lancellotto.
Ob ſex mille nũmos argenteos teſtamẽto mandatos
Et in huius Domus emptione expenſos
Congregatio pauperum Matris Dei
Primo ſuo benefactori meritiſſimo (ſoret
Quod grati animi teſtimoniũ & poſteris exemplũ
Monumentum hoc poſuit.
Obijt die IX. Decemb. M.DC.XX.

26. Dili.

26. *Diligebat non verbo & lingua, sed opere & veritate.* Io. 1.



GAspar Borgia Hispanus, Francisci Gandiæ Ducis,& Ioannæ de Velasio filius, B.Francisci Borgiæ pronepos, Theologus laureatus in Accademia Complutensi,eiusdem Accademiæ Decanus, ac primus ex Magnatibus Hispaniæ,qui ea ornaretur dignitate. Canonicus inde Toletanus, A à Paulo V. die 7. Augusti 1611. qui ante adeptum Pontificatum cum Legatum ageret apud Hispanos, Gasparis patrem familiarem habuit: propterea amicitiæ memor, Franciscum clanculo sollicitauit, vt Gaspar eius filius Regis nomine postularetur. Postulatus, Presb. Card. eligitur tit. *S.Susanæ*, die 7. Aug. 1611. quem postea cum *S.Crucis in Hierusalem* commutauit, quo titulo, Canonizationi subscipsit S.Andreæ Corsini. Annos natus 22. Romam venit, & Curiam magna virtutum laude repleuit, mores præseferens religiosos, pios. Regularibus valde addictus, tertiam S. Francisci Regulam professus, teste Gaspare Iongellino *in catalogo Cardinalium Ord. Minorum*, pauperes summa dilectione quæsiuit, in eosque dum Romæ vixit annuatim decem millia effudit aureorum. Virgini Sanctissimæ addictissimus, Romæ Ecclesiam S. Mariæ B *de S.Ioannino* nuncupatam pia liberalitate refecit.

Legationem Romæ pro suo Rege gerens, comitijs adsuit Gregorij XV. & Vrbani VIII. quo sedente, cum vndique victor & triumphator per totam Germaniam Suecus ingrueret cum suo Luthero quamuis mortuo & fœtido, eius cineres spargens & suscitans quasi Sancti Legislatoris Reliquias; Ferdinandus Imperator Romam misso Oratore Rabata ad Vrbanum R. P. vt in causa Religionis, aurum conferret & Crucem, ipse autem post in vtiles te. giuersationes, paupertatem accusans errarij iam ex- C hausti, ob importunas Germanorum excursiones in Italiam; Scriptura in Consistorio producta ab Austriacis, Duce Cardinali Borgia, qua negligentiæ arguebatur Papa, & omissæ erga sibi commissum costodiæ gregem; vt se apud Orbem purgaret Catholicum, loco Cruciatæ, Iubilæum indixit, Decimaque imposita Ecclesijs Italiæ, auxilium non exiguum cumulauit pro Cęsare. Cardinalium verò, qui vulgatis declamationibus eum auferant redarguere, alios diuturna : fecit molestia ;alios edi- D ta noua Residendi Constitutione, ad suos remisit Episcopatus; inter quos Borgiam; qui licet Constitutione non includi contenderet: quod habenti duo beneficia Residentiam requirentia; Satis esset in digniore residere; vt ipse Borgia, qui vltra Hispalensem, Ecclesiam etiam tenebat *Albanam*; quæ vna ex Cardinalitijs, cęteris dignior erat; & in ea residere offerebat; tamen Boui suo gentilitio lemma addens *Ad vtrumque paratus*, ad laborem scilicet & obedientiæ sacrificium, in Hispaniam redijt, vbi vix Hispalensis possessione capta, ad Toletanam translatus Ecclesiam, & Regio adscriptus Consilio, Matriti consenuit, vbi Anno ætatis suæ 61. Salutis 1645. Mense Nouembri moritur, Cardinalis cum vixisset Annos quatuor supra triginta. Roma discedentem turmatim prosequuti pauperes, magnoque eiulatu *Parentem* appellantes, graui mæstitia & luctu in vultu populi aspersa est ciuitas. Plura munera subijt semper cum laude, pro Regis in Regno Neapolitano; inter Purpuratos S. Officij Quæsitor: in comitijs director promotioni Vrbani VIII. (quamuis promotus à Paulo V. Ludouisio Cardinali magis adhęrebat quàm Burghesio,eo quod proniores Burghesios expertus fuisset Ossunæ Duci hosti suo, quàm sibi) pondus astulit, vt tandem cęteris anteferretur.

De eo lege Tolomei literas: Io: Eusebium Nierembergh *in vita B. Francisc. Borgiæ*. Hieronymum Caium *in oratione de aduentu Spir. S.* Hieronymum Nutum *in carmine Heroico*. Gaspar. Porregnum *elog. Hispan. Card.* Vghellum *to. 1. Italiæ*. Luca Vvadingum *de Concept. B.M.* Amydenum *V.M.S.* Marracinum *pur. Mar.*

27. *Et fecerunt dedicationem Altaris diebus octo.* 1. Maccab. 4.



FR. Felix Centinus Italus, Asculanus,obscuris natalibus, sed pietate & virtute clarissimus, Procurator Gener. Ordinis Minorum Conuentualium, quam dignitatẽ gradu literario prometitus,Consultor S.Officij à Paulo V. dein die 7. Aug. 1611. Presb. Card. tit. *S.Hieronymi Illyricorum*, exeunte eodem Mense Augusti Episcopatus Militensis diœcesim perlustrauit, Synodum Coegit, Ecclesiam argenteis candelabris, pretiosisq. ornamentis, Canonicos verò proprijs donauit insignijs. Comitijs interfuit Gregorij XV. a quo ad Ecclesiam translatus Maceratensem, Cathedralem in parte superiori picturis, opere fornicato ornauit. Crucem argenteam ad vsum Cleri in processionibus cum Thuribulo, vase, candelabris argenteis donauit. Seminarium Clericorum instituit, ęre suo emptadomo, in qua diuersarentur alumni. Vsum capparum cum pellibus Armellinis ad normam Vaticanæ Basilicæ impetrauit.

In eo cum doctrina & Mores certarent emendatissimi, in honorem Deiparæ, Maceratæ Societatem Stellarij fundauit, cuius recitationi, quolibet die festo in Ecclesia semper interfuit. In eadem ciuitate Ecclesiam consecrauit Cappucinorum vt ex epigraphe.

Die XII. Octob. MDC.XIV.

Illustrifs. & RR. D. Fr. Felix Centinus S.R. E. Presb. Card. Asculanus Ep. Maceraten. hanc Ecclesiam in honorem Immaculatæ Conceptionis B.V.

B. V. Mariæ consecrauit; eamque in eius Anniuersario visitantibus centum dies de vera Indulgentia concessit.

Paruam Deiparæ V. imaginem argento inclusam, semper è collo appensam gerens, vt omni momento in eius excitaretur obsequium, sæpe tenera oculorum deuotione inspiciebat, impressis osculis filiali affectu salutabat. Comitijs adfuit Vrbani VIII. cum quo Canonizationi subscripsit S. Ignatij Loyolæ; diemque obijt extremum, 25. Ianuarij 1641. in Ecclesia sepultus S. Francisci Ordinis Conuentualium, vt ipse Testamento præscripserat.


De eo Gaspar Iongellinus sequentibus lusit.

Dum morti insidiat, fatumque euadere Felix
Tentat; in aduersum mors inopina furit.
CENTINO clypeum Pallas, dat Phœbus & arcũ,
Non expectanti mors tamen arma iacit.
Occidit heu felix, mors occidit, hoc tumulo mors
Conditur heu felix conditur & tumulo.
Ergo Mors moritur? moritur cum fama superstes
Candida, quem ipsa vorat, non finit illa mori.
Quid felix viuit? viuit super æthera clarus
Viuet, & æternum docta per ora Virum.

Titulum S. Hieronymi cum mutasset sedente Paulo, in *S. Laurentij in pane, & perna*, dein *S. Sabinæ*, tandem Episcop. *Sabinus*, Cardinalis tamen *Asculanus* semper est appellatus in comitijs præcipuè Vrbani VIII. in quibus cum eius conditiones B librarentur, pro eius assumptione in Christi Vicarium, cum externè personam gereret Sixti V. præcipue in rigore, ita in reliquis animi dotibus, impar creditus tanto regimini, quod extra claustrum nullas tractasset habenas imperij, præteritus abijt.

De eo Iulius Nutus in *carmine Heroico*. Franciscus Pelicanus, & Alexander Sapillius, qui ei nonnullas orationes inscripserunt.

28. *Omnis caro fœnum; & omnis gloria eius, quasi flos agri.* Isai. 40. C



FRanciscus Vendraminus patritius Venetus Marci Senatoris filius ex Maria Contarena Simeonis filia, die natus 10. Octobris 1555. literis in domo paterna incubuit, postea Pattauij adoleuit, donec ad publica munera vocatus, Orator Reipublicæ abijt ad Ducem Sabaudum, Hispaniarum, Gallorumque Reges, inde ad Cæsarem, tandem ad Romanum D Pontificem Paulum V. Absens a Senatu Veneto Patriarcha renuntiatus Venetiarum Anno 1608. dignitatem hanc supremam solent Veneti ciuibus de Republica meritis, præcipue eis, qui in Legationibus patrimonia insumpserunt, distribuere. Tantum virum cum Paulus Romæ expertus fuisset omni virtutum genere exornatum, ac purpura dignum, Cardinalibus adscripsit Præsb. titul. *S. Io: ante portam Latinam*, die 2. Decembr. 1615. Romam venit rubrum acceptum galerum magna pompa, ac nobilium stipatus corona, exhibitisque de more obsequijs ad Ecclesiam redijt Patriarchalem, in qua consenuit & obijt vir prudens, pius, benignus, a fastu alienus, in pauperes liberalis, in literatos pronus, erga Deiparam Virginem, cuius tutelæ adscribebat suæ dignitatis incrementa, amore eximius, cuius miraculosam imaginem ex prophanis ædibus in Sacrum Templum *D. Mariæ Formosæ*, cuius sub Parochiali cura domus erat paterna, solemni A ritu, ornatuque transtulit, cum sequenti inscriptione a Francisco Pola Veronensi concinnata.

Testimonium huic esto Immortale
Propensi huic domui Cæli
In hac parietis parte depictum Mariæ Virginis
Matris simulacrum
Suum præstantissimum Numen
Varijs eximijs Miraculis significauit, probauit
Quod vti religiosius coleretur & sanctius
FRANCISCVS VENDRAMINVS
PATRIARCHA
Circumspectissima sanctione
Ex hisce priuatis, præfatis ædibus
Ad illam publicam Sacram Ædem
Quæ MARIÆ FORMOSÆ dicata est,
rite transferri curauit,
Ad Aramque deuotam collocari M.DC.X.
Aloysius Donatus F.
hunc titulum memoriæ causa & venerationis.

Eius memoriam habes super portam Sacrarij. S. Mariæ Cælestis.

Deo, D. Mariæ in Cælis Assumptæ
S.S. Benedicto, & Bernardo Abbatibus
FRANCISCVS VENDRAMEN:
Patriarcha Venetiarum, Dalmatiæq. Primas
Leonardo Donato Principe consecrauit,
Innocentia Vallaresia Abbatissa
Prudentiaque Iustiniana Sacrista curantibus
VI. Kal. Maij. M.DC.XI.

NVMMISMA.

Occurrit, in quo Imago Cardinalis cum notis, *Franciscus S. R. E. Cardin. Vendramenus Patr. Venet.* Ex aduerso Leo cuius in dextera Gladius, in sinistra Crux, sub lemmate, *In Fide, Iustitia & Fortitudine.*

Effigiem Cardinalis Vendrameni affabri penicillo pictam habes in aula Patriarchali Venetiarum vbi legitur.


Olim Franciscus Vendramenus Venetæ Vrbis.
Et Patriarca pius, dignus, & Ecclesiæ Atlas aut
à Paulo V. creatus (Cardo
Inclyta progenies, moribus ingenuis
Fert Fraternæ Euangelistæ Crux simulacrum
Vexillum Christi, mors tenet illa, manu.
Franciscus S. R. E. Card. Pat. XVII. Anno Domini
M.DC.XVI.

Inscriptio-

. Inscriptionem hanc repetitam habes in Capella, ab eo erecta, in Basilica Patriarchali Venetiarum, Assumptæ Deiparæ sacra, cuius in latere pictam habes eius in Cardinalem assumptionem: iuxta eam, Crux erigitur; Angelis deferentibus, & Morte inuolucrum explicante, in quo supradicta legitur inscriptio. Surgunt in eadem Capella, Statuæ octo Virtutum hieroglyphica; opus Michaelis Vngari. Eius effigiem pariter habes in laqueari aulæ Patriarchalis depictam a Iacobo Palma cum Virtutibus Theologalibus, & tribus puerulis, quorum primus birethum nigrum sustinet Sacerdotale: rubrum secundus Cardinalitium: Cornu Ducale tertius: quod Ducalis Familia fuerit Vendramena. A

De eo lege Franciscum Sansouinum in sua *Venetia*. Imaginem Venetiarum.

29. ***Aufer à me tumultum carminum tuorum, & cantica lyræ tuæ non audiam.*** Amos 5.n.24.



ROBERTUS Vbaldinus Florentinus, Marci Antonij filius ex Lucretia Gherardesca Leonis XI. Sorore, Laurea Pisis ornatus Iurisprudentiæ Florentino donatus Canonicatu, in aulam se recepit auunculi Alexandri Medicei, quo in Pontificem assumpto, spes magna Roberto honorum affulsit; at post dies 27. Alexandro defuncto, Paulus V. qui Leoni successerat, hominis misericordia motus, quem de tanta fortuna repente cernebat deiectum, sui delegit præfectum cubiculi, inde adhibere consilijs; & si aliquando res maioris incidisset momenti, puta cum Regibus scribendum, vel Principibus, scribis cæteris reiectis, Robertum euocabat, quòd neminem inueniret, qui maiori sententiarum pondere animi sui vota exprimeret. His cum magna Pontificis beneuolentia vnà & aulicorum inuidia consurgerent præcipuè cognatorum; suasere Pontifici Legatum mittere ad Regem Galliæ, vt spetie honoris cum relegarent. Mansit in ea Legatione per Annos nouem, & talem se præbuit, qualem Pontifici confirmauerant. In Vrbem reuersus, die 2. Decemb. 1615. Presbyter Card. tit. *S. Matthæi in Merulana* assumitur cum pensionibus & Abbatijs, quibus dignitatem commode gereret. In proximis Gregorij XV. comitijs, a Burghesianis discors, qui Camporam exaltare curabant, propterea à Cardinali Pignatello nota quasi ingratitudinis redargutus, quod creatura Pauli V. ab eius nepote dissentiret; respondit *se non immemorem officij, quod memoriæ debebat Pauli V. Veruntamen cum birethum à Paulo se recepisse non muricis, sed Martyrum & Christi Sanguine tinctum; Dei gloriam, & Ecclesiæ exaltationem, proprio sanguine procurare teneri. Non mouet, quod cum Burghesio D S. Illustrissima pro Campora conspiraret: Sicuti enim nostræ promotionis non vna causa, non idem principium, sic finis noster diuersus. Impar nobis erga Burghesios est debitum; & minus ego forsam obstrictus. Officio meo non aberrabo; quando non aberret Burghesius, virum proponendo Ecclesiæ vtilem, & dignum thiara.* Gregorius itaque XV. cum plene cognosceret, quantum promotioni suæ contulisset Robertus, Bononiensi Legatione donauit; Ludouisius verò Cardinalis Gregorij nepos Villam adiecit in Tusculano magnificam, vt ea viuens frueretur.

Ad titulum *S. Pudentianæ* translatus, dein S. Alexij, postea *S. Praxedis*, Canonizationi subscripsit S. Andreæ Corsini. Grauis Politicus, raro dicitur à scopo aberrasse, quem collimabat, licet non semper saluo iure. Singularis eruditionis, Poetas amauit, domi aluit, quemadmodum & Musicos ac Symphoniacos, cum quibus conuersabatur libentissime, eorumque inopiam larga manu subueniebat. Augustinum Mascardum licet sibi infensum, & in conuentibus amicorum, ac aulis Principum obloquutum agnosceret, cum graui implicitum morbo, in lecto decumbere ab ijs destitutum accepisset, quos in Cælum laudibus efferebat, rerum omnium inopia laborare, vltro eum adijt verbis consolatus humanissimis, centum donauit aureis. Francisco Balduccio insigni Poetæ egestate fatigato nummarium attulit subsidium. Hinc Poetas omnes arctissimas habuit familiaritate coniunctos, Io: Bap. Marinum ad quem carmen scripsit Hetruscum, cui Marinus politè respondit: Franciscum Bracciolinum, Porphyrium Felicianum Fulginatium Episcopum, qui in extrema Senectute, Roberto Odarum librum dicauit. Familiam suam liberalissime habens, ac Christiane procurans, famulos infirmitate correptos visitabat, Sacro Viatico reficiendos aderat, ministrabat, omnia supplens, quem Principem decent Christianum. Sedente obijt Vrbano VIII. die 22. April. 1632. in dolore calculi, Hærede scripta Congregatione De Propaganda ex asse. Plura legauit Ecclesiæ Politianæ, quam vsque ad Annum 1622. administrauit. Mandauit etiam Leoni XI. sepulchrum erigi cum statua Algardi manu elaborata, in æde S. Petri. Ipse apud Mineruam iacet.

De eo lege Tholomæi literas.

30. ***Quod ergo Deus coniunxit: homo non separet*** 19. Matth. 6.



TIBERIUS Mutus nobilis Romanus Caroli Vallis Mutiæ Ducis filius, vt affinis Pauli V. R. P. Canonicus primo S. Petri, eiusdem Pontificis pincerna, ab eodem die 5. Decemb. 1612. Episcop. Viterbiensis, die vero 2. Decemb. 1615. Presbyt. tit. *S. Priscæ*, synodo in sua Cathedrali coacta, non legum rigore, sed morum exemplo Clerum, Moniales ad obseruantiam clericalis disciplinæ, socios habuit. Ecclesiam dedicauit Monialium Cisterciensium; ædem consecrauit Capucinorum: Studijs deditus non congregandis di-

uitijs,

uitijs, veri Ecclesiastici personam exhibuit. Sponsam, quam semel assumpsit, nunquam dimisit, nec ab ea abfuit, quàm occasione comitiorum Gregorij XV. & Vrbani VIII. sub quo die 18. Kal. Maij 1636. Viterbij decessit, in Cathedrali sepultus cum sequenti Epitaphio.

D. O. M.

Tiberio tit. S. Priscæ S.R.E. Presb. Card. Muto Romano, Viterbiensis, ac Tuscullanensis Ecclesiæ Episcopo, pio, munifico, iusto Ecclesiasticæ libertatis propugnatori Populis sibi commissis non exemplo minus, quàm legibus Anno XXV. gubernatis, restauratis Episcoporum commoditati Palatijs, cõmuni ciuium luctu, ex humanis erepto XVIII. Kal. Maij An. Sal. M.DC.XXXVI. Æt. LXXII. A

Eius memoria in Canonizatione SS. Andreæ Corsini; & Ignatij Loyolæ cui subscripsit.

31. *Mulier amicta Sole, & Luna sub pedibus eius: & in capite eius corona Stellarum duodecim.* Apoc, 12.



GAbriel Tressius seu Treio Pansaqua Hispanus, Salmaticensis Accademiæ Doctor, Archidiaconus equestris Ordinis Colatrauæ, Regiæ Curiæ iudex, tertiarius S. Francisci, intercedente Philippo III. Hispaniarum Rege, die 2. Decemb. 1615. Presb. Cardin. dictus tit. *S. Bartholomæi in Insula*, postea *S. Pancratij*, pileum accepit Anno 1617. in Quirinali, pro Immaculata Conceptione Virginis Deiparæ totus incubuit. Vir vndequaque præstans, & rerum gerendarum peritia celebris auctor dicitur geminæ scripturæ in lucem datæ a Cardinali Borgia; prima Vrbanus ipse Pontifex sugillabatur, quod Sueco irruente in Germanos cum Lutheranorum turmis, causam Vrbanus religionis Catholicæ desereret. Altera, Borgiam ab Vrbano VIII. noua constitutione ad residentiam sui Episcopatus in Hispania remissum, non obligatum ostendebat, quòd Episcopus Borgia cum esset *Albanus*, satis esset, in hoc residere. Hinc a Romanis Curiæ parum addictus accusatur. Archiepiscopatum cum obtinuisset Salernitanum, Annis rexit duobus, quod Anno 1627. ad Malacensem electus in Hispaniam redierit, supremi etiam Consilij in regoo Castellæ Præses renuntiatus resignauit. In vrbe obijt Malacensi & sepelitur die 12. Februarij 1630. ad cuius sepulchrum Gaspar Iongellinus sequentia appendit.

Non te Mors rapuit, neq; virtus interit vnquam
Sed sua adhuc viuit gloria, viuit honos.
Nam te Parca senem eripuit, Cæloque locauit
Vt Superum assessor, nunc quoque iura colas.

Canonizationi subscripsit S. Philippi Nerij, & S. Ignatij Loyolæ.

De eo lege Franciscum Biuarium, qui Commentaria dicauit Flauij Lucij Dextri. Amydenum. Iongellinum *in purpura D. Bernardi*, & *Catalogo Cardinalium Ordinis Minorum*. Vghellum *to. 7.* Balthass. Porregnum *in elog. Card. Hispan.* Marracinum *Purpura Mariana*. Vvadingum *de Concept. B. M. V.*

32. *Pater eram pauperum, & causam quam nesciebam, diligentissimè inuestigabam.* Iob 29.



BAlthassar Sandoual Moscosus Hispanus Lopetij de Moscoso Osorij, Comitis Altamuræ, & Eleonoræ de Sandoual, & Roxas filius die oatus 9. Martij 1589. in Salmaticensi Accademia Lauream adeptus Theologicam, eidem Rector præfuit in iuueoture senex, & moribus venerabilis. Toletanus Canonicus & Decanus, Archidiaconus Gudalaxarensis, Sacerdos Regij Sacelli, annum agens ætatis suæ 26. intercedente Rege Philippo III. die 2. Decemb. 1615. Presb. Cardinalis, Romam venit post Annos 15. sedente Vrbano VIII. a quo pileum accepit cum titulo *S. Crucis in Hierusalem*, Episcopatum cum rexisset Giennensem, & Sayensem, in quibus coactis Synodis, lustrata Diæcesi, fundata Domo Cappucinorum, ea io gregem sibi commissum vsus est B liberalitate, vt miraculi genus esset, quomodo tantis expensis alendi Xenodochia, dotandi puellas, vestiendi pauperes, census sufficeret. Familiam aluit Apostolicam, in qua nullus Iudas. Angelos omnes dixisses, vel Sanctos de Cælo missos. Hanc Romam duxit, vbi pauperes semper conuiuas habuit. Ad eum si accederes, cænobiarcham inueoires non Principem; munificentiam si demas, quà omnes superabat. De eo si cum purpuratis sermo; virtus non audiebatur sine rubore, Speculum namque effulgebat, in quo pèr aotiparistasim vitia effulC gebant aliena. In Hispaniam a Rege reuocatus Toletanæ præfuit Ecclesiæ, Hispaniarum Primas, & Castellæ primus Cancellarius, primusque a Regis secreto. Toleti obijt ætatis suæ Anno 77. Mense Septembri 1665. Pauperes quos viuens summe dilexit, moriens instituit hæredes.

De eo lege Ioannem de Lugo, qui Librum *de Incarnatione* ei dedicauit. Gabrielẽ de Heoao *Scientiam Mediam historice propugnatam*, Sebastianum Izquierdam, *Pharum Scientiarum* Franciscum Ouiedo *Cursum Philosophicum*: Franciscum D Labatam *Apparatum Concionatorum*. Eius memoria in oppido Calcatæ prope Vrbem.

Sacrosancto Iesu Christi D.N. Præputio
Quod antea sub humili ac perangusto ornamento recondebatur
Quo decentius asseruaretur
Eminentiss. Princeps Balthassar
S.R.E. Card. de Sandoual

Dum

Dū id præsens est veneratus, Centū aureos donauit.
Paulus vero Canesius
Infinitæ Dei erga se, suosque beneficentiæ
ac liberalitatis memor
Ad grati animi perenne documentum
Hoc opus sui sumptus magnifice persolui curauit A
Anno Domini M.DC.XXXVI.

33. *Leuaui oculos meos in montem, vnde veniet auxilium mihi*. Psal.120.



MElchior Kleslelius in Austria natus patre pistore, ingenij tamen acerrimi opere, induaria, scientia præstans quasi supra naturam, ita animo & moribus aulæ accomodatis, vt in ea per gradus tessellatæ fortunæ persurrens, gratiam tandem Matthiæ Archiducis Austrij ita aucupatus, vt ad imperium Matthias assumptus, illud ex arbitrio Klesselij regeret, Hispanorum minime studiosi, æque Princeps ac Minister. Hinc Anno 1613. poscente Hispano neptem Vincentij Mantuani Ducis iam defuncti sibi tradi, vt Mediolani educaretur virgo; neganti patruo Ferdinando, Matthias tanquam supremus Feudi dominus cum ex natura omnia abhorreret, quæ arridebant Hispanis, quod imperium apud Italos veluti vmbra sola Cæsaris esset, pro Ferdinando adiudicauit. Sic Anno Salutis 1618. a Comite Turrensi concitatis ad rebellionem Bohemis, expulsis Patribus Societatis Iesu, & tribus Cæsaris Consiliarijs ex præalta fenestra furiose præcipitatis; Matthias volens furentibus occurrere, collegit Militem sub Imperio Ferdinandi ex fratre Maximiliano nepotis, ita tamen legibus alligati, vt nomen Ferdinando daretur directoris, directio verò Consiliarijs; frementes propterea Maximilianus Matthiæ frater, & Ferdinandus, qui Klesselium accusabant auctorem diffidij, vt discordia gliscente in domo Austriaca solus ipse regnaret, Matthiæ pro libitu abutendo nomine & auctoritate. Flammam igni injiciebant Hispani; quod in Italia bello pacem præferens, Mantuanos Duces ab eorum oppressione exemisset. Dubij ergo quomodo eum de medio tollerent, necem abhorrentes sacrilegam, quà Purpura pollueretur, & in ipsa Vrbe Cæsarea quasi super Altare mactaretur Episcopus, Theologus insignis Concionator eloquentissimus qui Hæreticos multos ad veritatem traduxerat Catholicam vnde facili negotio ad Episcopatum primo Viennensem, deinde, postulante Cæsare, inter Presb. Card. adscriptus die 2. Decemb. 1615. non tamen declaratus sed in pectore reseruatus, & die 11. Aprilis 1616. in Consistorio declaratus Romam cum sub Paulo V. minime venisset titulum non habuit, quem a Gregorio obtinuit XV. Romæ, post carcerem libertati iam restitutus vespere quodam ipso in palatio Cæsareo, in custodiam obtruderunt, inde celeri cursu Æniipontum transmiserunt sub custodia centum equitum. Factum postea cum retulissent Matthiæ Imperatori, violentiam excusantes specie Religionis, ac necessitatis, quasi Cæsari ipsi, Klesselij captiuitate, restitueretur libertas; incredibile dictu, quàm acerbe Matthias tulerit in præcordijs offensus dilectionis, & maiestatis: propterea etiam in Comitijs exlamare auditus, *Klesselium reddite, Klesselium reddite*. Fuit qui diceret; cogitasse Matthiam cum seditiosis conspirare Bohemis, ad vindictam. Veruntamen Cardinale Dietrichsteino interprete ad clementiam reuocatus Regem audijt Ferdinandum, & Archiducem Maximilianum, qui errati veniam humiliter deposcentes, promiserunt arcanis abstinere imperij. Reliquum vitæ mæstitia ducens atque molestis cogitationibus, Nemesim recogitabat supernam spolium eidem retribuentem Maiestatis, quam ipse paulo ante a fratre extorserat Rudolpho. Klesselij carcer tuba fuit, & tumba Domus Austriacæ. Anna namque Imperatrix, Maximilianus Archidux cum alijs breui in cineres obierunt. Custoditi Klesselij, per publicum tabellionem & Comissarium B descriptis bonis, inuentus est minus habens, non agros, non fundos, non pecuniam possidere; cum aliàs venalis accusaretur thesauros congessisse. Captiuitas hæc cum valde Pontifici displiceret Romano, cogitatum de innodando censura Ecclesiastica delinquentes omnes. Rigorem tamen Censurarum auctoritas mitigauit Card. Bellarmini asserentis, non spernendas omnino rationes Cæsarianorum dicentium, permissum esse Cardinalem retinere captiuum, quando Respublica magni alicuius detrimenti periculum subiret: hoc enim Klesselio C opponebatur. Cum hæreticis conspirare, domum diuidere Austriacam, vt solus regnaret. Custodiæ itaque Klesselio tradito cuiusdam Abbatis, Monasterio incluso; rogarunt Pontificem iudices in Germania delegare, qui causam cognosceret: ille ex aduerso, conspirante Sacro Cardinalium Collegio, eum sibi tradi, vt Romæ iudicaretur, postulat: & cum vterque in proposito staret: Papa eò Fabritium Verospium mittit Auditorem Rotæ, vt Klesselium sibi traditum Romam ducat. Abijt iste, omnique industria curauit mandata implere Pontificis, re tamen infecta redijt. Paulo post è viuis sublato Paulo V. Sacrum Collegiũ apud Gregorium XV. seDrio egit de liberando e carceribus Klesselio; qui petitionibus Cardinalium annuens, remisit secundo Verospium ad Germanos, cum mandatis, ne Romam rediret absque Klesselio: Post multa cum Verospius promulgando anathemati proximus esset; cessit Cæsar datis mandatis, vt Cænobiarcha Verospio Klesselium traderet. Verospio itaque ad Monasterium accedenti iussit intrepidus Klesselius sistere, donec Deo Hostiam immolaret incruentam. Absoluto Sacrificio, Cardinalis Legato obuiam processit, *Eamus* (inquiens) *quò iusserit*. Ducuntur ambo ad Rhedam, quam Klesselius Cardinalitiæ non immemor dignitatis, primus ascendens, primum occupauit locum, Nuncium penès se sedere

dere iubens. Roma cum venissent, in arce Hadriani Klesselius alioquin clausus, causam suam ea dixit eloquentia, vt à carcere liberari meruerit innocens iudicatus.

Comitijs interfuit Vrbani VIII. a quo ad Ecclesiam suam Viennensem, non inuito Cæsare remissus, ibidem vixit cum honore, vir magnanimus, qui nullo sinistro euentu concuti potuit. Parci somni, parcioris vini, sanus, corpore validus, ad labores natura compactus, in Austriacos nullam vnquam auditus proferre querelam. Viuere desijt Mense Octobri 1630. ætatis suæ 75. in Ecclesia sepultus Viennensi; postquam cum Vrbano VIII. A Canonizationi subscripsisset S.Ignatij Loyolæ, notis sequentibus. ✠ *Ego M. Presb. Card. S. Mariæ de Pace Klesselius.*

De eo lege Bap. Nanium *Hist. Veneta*. Philippum Brietium *in Annalibus*.

34. *Illic fontes amari obdulcati sunt ad bibendum: & per annos quadraginta annonam de Cælo consecuti sunt.* 5. Iudith. 15.

ALexander Lodouisius Bononiensis natus die 5. Idus Ianuarij 1554. Ludouici filius ex Camilla Blanchina, Romæ in Seminario Romano, literis instructus, Bononiæ lauream adeptus Iurisprudentiæ, Romam redijt Curiæ Capitolinæ primus iudex, dein V.S. Referendarius, mox Rotæ Auditor Romanæ, Beneuentum missus pro componendis dissidijs Pontificios inter ac Regios ministros, B dexteritate graui pacem restituit. Inde Archiepiscopus Bononiensis An. 1612. Legatus iterum ad procurandam pacem inter Sabaudos, & Hispanos, legatione durante, Presb. Card. dicitur tit. *S. Mariæ Transpontinæ*, promotione Cardinalium septima, die 19. Sept. 1616. Papa futurus nomine Gregorij XV. annonam semper procurauit, qua Legatus, Cardinalis, Papa Subditos habuit obsequentes.

35. *Non enim subtrahet personam euiusquam Deus, nec verebitur magnitudinem cuiusquam: quoniam pusillum & magnum ipse fecit, & æqualiter est illi cura de omnibus: fortioribus autem fortior instat cruciatio.* Sap. 6. C



LAdislaus de Aquino nobilis Neapolitanus, adolescens studio cum incubuisset legali, cælibatui se addixit, & sedente Pio V. nonnulla assecutus Ecclesiastica beneficia, Anno 1581. à Gregorio XIII. Episcopus dicitur Venafrinus sedente Paulo V. ad Heluetios legatus, legatione absoluta, Perusiæ Prætor, mox Presb. Card. tit. *S. Mariæ super Mineruam* die 19. Septemb. 1616. ac Ordinis S. Blasij D patronus, eam vitæ integritatem, atque humanitatem seruauit, vt omnibus fere Congregationibus adsciseeretur. In auscultandis Aduocatis, atque causarum patronis, præcipue in Congregatione Interpretum Sacri Concilij, eam adhibuit diligentiam, vt si Horas incœpisset recitare Canonicas, aduenientibus Causarum patronis, recitationem Sisteret, allegans munera publica esse præferenda priuatis. Improspera fatigatus valetudine, ac studiorum fractus vigilijs nunquã omisit in Curiam accessum, ne sua absentia fraudarentur litigiosi iudicum præsentia. Defuncto Paulo V. eà aulæ arridentis fortuna, comitia ingreditur, vt communi omnium plausu Principatum ei deferrent Ecclesiæ. Erant sane Patrum in eum prona suffragia; nisi tumidus & indiscretus Cardinalis Filonardus inciuilitate sua senem oppressisset. Cum enim Burghesius Campoporæ experiri fortunam meditaretur, hora septima noctis congregando creaturas Pauli V. in fauorem Card. Camporæ, per Filonardum mandauit Cardinalem de Aquino euocari, qui ad senem accedens in lecto iacentem; *Surge* (inquit) *Domine Cardinalis; quia D. Card. Burghesius vult inthronizare Card Camporam, & vti desiderat vestro Suffragio*. Ex qua contumacia tantam mæstitiam concepit bonus ille senex, quem vsque in illam horam lactauerant spe futuri Pontificatus, quòd morbo ingrauescente, spiritum linquere in eodem Conclaui fuerit coactus. Fuit Ladislaus moribus sanctis, præcipue clementia, dilectionis inimicorum adeo Zelotypus obseruator, vt vnici fratris occisori non solum pepercerit, sed pro homicida apud Pontificem intercesserit. Romæ obijt in Vaticano die 12. Februarij 1621. ætatis 75. in Ecclesia sepultus S. Mariæ super Mineruam, cum Elogio sequenti.

D. O. M.
Ladislao S. R. E. Cardinali
Excellenti & illustri nobilitate D. Thomæ Aquinatis Domus, magnis virtutibus claro in comitijs non ad Summum Terrarum, sed ad Cælestia Diuino Numine, & beneficio euocato. Obijt An. Dom. M.DC.XXI. Ætat. suæ LXXVI.

Io: Rietins de Piseia patrono clariss. grati animi ergo monumentum P.

Eidem sequentem inscriptionem posuit Io: Bapt. Vrsus S. I.

Ladislao
Expetente magis purpura quàm expetita
Cardinali de Aquino
D. Thoma cognatione Sanguinis,
affinitate Virtutum Gentili
Episcopo Venafrano
Multis infra se functo muneribus
Pontificijs in Comitijs, Votis omnium, studio Patrũ
Ecclesia gestientis humero
Summum ad fastigium vecto, euectoque
Ni ipso in articulo defluentis in sinum Imperij,
Subliminis ad solium Astra repetissent
Acerbo fato quamquam An. Sup. LXX.

De eo Vghellus. Amydenus. Chron. Comense. Heluetia Sacra. Ios. Sil *Istoria Cler. Regul.*

36. *In*

36. *In manibus tuis tempora mea*. Psal. 31.



OCtauius Belmustus Genuensis, Episc. Aleriensis electus a Gregorio XIV. die 31. Iulij 1591. qua in Sede perseuerauit vsque ad Annum 1608. Romam namque veniens, plura subiuit munera, quibus sibi conciliato Paulo V. Presbyter Card. dicitur tit. *S. Caroli ad Catinarios*, quò translatus fuerat, titulus *S. Blasii de annulo*. Breui tamen superuixit, nam die 19. Sept. 1616. creatur, & die 16. Nouembris, eiusdem Anni sepelitur, cum epitaphio, in Titulo suo.

D. O. M.
Octauio Belmusto Genuensi, S. R. E. Card.
Primo huius Ecclesiæ Titulari
Quem ex Aleriense Episcopatu
Per grauissima Romanæ Aulæ munera
Sub Paulo V. P. M. ob eximiam virtutem
ad Cardinalatum euectum,
Propera Mors spei florentissimæ subduxit
An. Sal. M.DC.XVIII. Ætat. LIX.
Augustinus Belmustus Hæres ex Testamento
Fratri optimo mærens P.

Eidem aliud scripsit Io: Bap. Vrsus Soc. Iesu.

Octauio Card. Belmusto Genuensi
Tit. S. Caroli, quo primus est insignitus
Magna indole, maiore fruge, consilijs & probitatis
Affatim in Episcopatu Aleriacensi
Vberius Romæ, munera inter ancipitia patefactis
Merito rerum gestarum, à Paulo V. Cardin. adlecto
Intempestiua lege Fati, Tempestiua Virtutis
Cuius ad iugum festinus euaserat,
An. IX. & L. desiderijs omnium erepto
Augustinus Belmustus Fratri suauiss.
Monumentum Officij, & doloris P.
An. Sal. M.DC.XVIII.

Lege Amydenum *Vita M.S.* Vghellum.

37. *Fornicatus est Ephraim, contaminatus est Israel*. Oseæ 5.



PEtrus Camporeus Mutinensis, vel in Carfagnana ad radices Appenini, inter Liguriam & Hetruriam natus literis in patria instructus humanioribus, Romam venit, in famulitium adscitus Cæsaris Speciani in Romana Curia Prælati, a quo loco stipendij, lectione donatus Iurisprudentiæ, factus est causarum procurator non ignobilis. Hinc post obitum Speciani, in familiam receptus Scipionis Cardinalis Burghesij tanquàm æconomus, cum munus ex omnium voto administraret, præfici meruit Xenodochio S. Spiritus in Saxia, cuius exornauit palatium, vt ex notis ad illius frontem incisis.

Petrus Camporeus Præceptor
Ex aqua Alsietina è finibus Mantianæ
A Paulo V. in Vaticanum perducta Fontē aperuit.
An. D. M.DC.XIV.

Non longe post Presb. Card. dictus tit. *S. Thomæ in Parione*, & Abbas Caramaniæ, sita hæc in Co-
A mitatu Pedemontino Superiori, & Astesio, die 2. Decemb. 1615. Burghesiæ Domus administratione etiam in Cardinalatu retenta, Patronus Camaldulensium, Congregationi datus Trid. Concilij, Episc. Regul. S. Officij. Fuit sane in æconomicis vir egregius, suaque parsimonia diuitias congregauit admirabiles. Paulus Vrbanæ Curiæ Oraculum appellabat: Philippus III. Rex Hispaniarum, industriæ prudentiæ miraculum: Dux Bauariæ ad se non semel inuitauit. Erga Virginem Deiparam, deuotionis monimento, in Sacello, quod suis sumptibus, D. Io: Bap. sacrauit, antiquissimam Virgini effigiem transtulit, ac singulis Sabbathis, musico concertu Litanias Lauretanas decantari voluit. In Ecclesia Lignanensi apud Mutinam Sacellum pariter adornauit. Cremonæ altare B. Virgini erexit in Ecclesia Castri Noui, ibique Sacrificium quotidie offerri
B voluit ad viciniæ commoditatem. Sua tamen & iste passus phænomena: post obitum Pauli V. cum a Burghesio Card. eius successor designaretur Camporeus, nec sine violentia in eius exaltationem vrgerentur Comitia; Vbaldinus, Vrsinus, Capponius Cardinales cum Bellarmino, Pio, Sfortia, Tonto aperte se opposuerunt dicentes tuta conscientia in eo conuenire non posse, propter delicta iuuentutis, qualia fuere Simonia, Homicidium, quorum quæstiones & acta vigebant adhuc & lecta fuere inter Cardinales, præcipue in cubiculo Beuilacquæ.
C Simultas accedebat expressa cum Gallis & Venetis, a quibus excludebatur aperte: propterea Vbaldinus Card. quamuis creatura Pauli V. obtulit Cardinali Burghesio, in reliquis omnibus conuenire, per eum proponendis, vno excepto Campora. Cum vero quasi ingratus notaretur memoriæ Pauli V. a Card. Pignatello; respondit Birretum accepisse tinctum sanguine Christi, ad exaltationem Ecclesiæ, non ad oppressionem: *Redderet ille memoriæ defuncti Pontificis, quod debebat: Quod ipse non immemor sui officij, conscientiæ vim facere non audebat. Vnum recordaretur: non omnibus Cardinalibus vnum esse finem & metam; cum vna non fuerit*
D *origo, principium, & causa*. Veruntamen ea fuit Cardinalis Burghesij industria im promotione Camporæ, vt non longe aberrauerit. Campora de sua confidens exaltatione, ipso in Conclaui se gerebat Pontifex potius, quàm Cardinalis. Accedenti namque Conseruatori Populi Romani, & de more thiaram præludenti tanquàm vni ex senioribus Cardi-

Cardinalibus, respondit. *Fidem damus, quod in altiori gradu cum erimus constituti, huius officij non obliti, omni dilectione populum prosequemur Romanum.* Exclusus tandem forti animo exclusionem tulisse dicitur. Ecclesiæ namque præfectus Cremonensi a Gregorio XV. nunquàm in Vrbem redijt, quàm Comitiorum causa. Cremonæ obijt Nonagenarius pridie Non. Februarij 1643. ibidem sepultus in Cathedrali, ad cornu altaris S.Petri, iuxta tumulum Cæsaris Speciani, cum sequenti epitaphio.

Primogenitus Mortuorum Deo, & Principi
Regum Terræ
In regeneratione viuificandus hic requiescit
Eminentiss atque ac mitissimus
Petri Card Camporeus
Ep Crem. Sidus pacis, tumultus inter sæper quietus
Episcopo Cæsari suo ita proximus tumulo
Vt animo mirifice grato.
Obijt An. M DC XLIII.
prid. Non. Feb. Ætat. Vndenonagen.
Longiore dignus æuo, si tempora meruissent.
Abb Honuphrius & Carolus Patruo opt. meritiss.
Grati animi, perennisq. memoriæ Monumentum P.

A

Sequens etiam legitur Elogium.

R. R. D.

B

Inspice quàm breui loculo clauditur amplissimum decus, alumnæ felicitatis. Semper maximo Petro Cardinali Camporeo hic Lapis inscribitur. Qui Cæsari Speciano Apostolicæ Sedis Nuncio ad Philipp: II. Hisp. Regem primum tunc ad Rodulphum Cæsarem arcanorum Secretarius talem se præbuit. Cum vt Rex prudentiss. sua vocis præconio laudatum, ac Regia pensione auctum discesserit. Cæsar nobilitatis Priuilegio, & Aquilæ sit participatione dignatus. Paulus V. Pont. Max. suæ suorumque Domui præfecit. Sancti Spiritus Commendatarium dixit. Sacra demum Purpura decorauit, in cuius locum omnium penè voce suffectus, ac Solium tenet erectior, & sublimior apparuit, quia non sedit: animi magnitudine, moderatione, ac tranquillitate admirabili, a Gregorio XV. Ecclesiæ Cremonensi Episcopus datus tamquam Sidus Pacis, illuxit sine occasu peruigil post vicenariam custodiam mitissimus omnium pastor qui virtuti suæ fortunam suppedaneam fecerunt.

C

Istic sibi si Respicit suppedaneum se præbet, ne iacentem putares qui numquam iacuit: sed quasi morte deuicta triumphum Coronatus tulit.

Vniuersa parentante Cremona abijt vnde nonagenarius

Prid Non Feb Ann. M.DC.XLIII.

Patruo optimo, & meritissimo posuerunt Hæredes.

D

In eius funere plura occurrerunt Eruditorum elogia cum symbolis, & hieroglyphicis, inter quæ *Rosa* sub lemmate, *Natiuo purpurat haustu*; & fuit Leonardi Velli volentis exprimere Camporam virtute magis purpurascere, quàm Dignitate. *Piesvellus lib. 11. c. 18.*

De eo lege Orationem funebrem M.Antonij Bossi. Vghellum. Amydenum. Marrac. *purpura Mariana.* Franc.Aug.ab Ecclesia *Chronol.*

38. *Respice de Cælo, vide, visita vineam istam, perfice eam, quam plantauit dextera tua.* Psal.79.



FRanciscus Cenninus de Salamandris humili parente natus in oppido Sarteani Diœcesis Senensis, literis pauper, ære pauperrimus Romam venit in familiam receptus Hieronymi Bernerij Card. Asculani, quo mortuo cum Paulus V. Bernerij familiares in suam recepisset Familiam, Cenninum negotijs præfecit domesticis Card. Burghesij, dein Anno 1612. Amerinorum declarauit Episcopum, eique signum Sacræ dedit Pænitentiariæ, inter Sacræ Consultæ Præsules voluit, & Congregationi adscripsit de Bono Regimine, eumque in votis habens Cardinalem assumere, Patriarcham dixit Hierosolymitanum, & ad Hispanos legauit, vbi degens Præsb. adscribitur Cardinalibus, & titulum accepit *S. Marcelli*, sedente Gregorio XV Ferrariensis Legatus iustitia magis fulsit, quàm ostro & purpura, in seueritatem pronior quàm in clementiam. Ex Amerina ad Fauentinam translatus Ecclesiam, hanc per Annos viginti rexit cura assidua, & pietate, eamque cum senuisset, libere dimisit in municipium se recipiens agri Senensis, magna parsimonia vitam ducens, qua in gratiam nepotum, rem auxit Familiarem senex sed vegetus. Concidit tamen repente, manuum & pedum vsu destitutus, quo non obstante, mente integer optare voluit *Sabinum* Episcopatum Anno 1641. & 1645. Portuensem. Vrbano defuncto deferri voluit ad Comitia, in quibus & si cadauer fetidum non abhorruit subire suffragia, promouente Hispano, viginti duo propitia numerans. Assumpto porro Innocentio, Congregationi præfuit Tridentini Concilij, non diu tamen Comitijs superstes, die namque 2. Octobris. 1645. hora quarta noctis, Annum agens nonum supra septuagesimum expirauit, ad S. Mariam Maiorem sepultus absque elogio, vt testamento mandauerat.

Eius memoria in hortis Episcopalibus Fauentiæ, quos diu cupita irrigat lympha ex Cennini liberalitate.

Munificentia Augusta
Francisci Card. Cennini Ferrariæ Legati
Episcopi Fauentini Lympha
Salamandra distincta Riuulis
Cupita diu Episcopatus potiuntur

Atria

Atria potiuntur Hortuli
Curante Fratre Cennino Fanentia
Gub. Patritio Senen.
M. DC. XXV.

De eo Amydenus *V. M. S.* Vghellus *in Italia Sacra*.

39. *De lectulo, super quem ascendisti, non descendes, sed morte morieris.* 4. Reg.



GVido Bentiuolus Ferrariensis Cornelij filius, Ioannis nepos, literis vrgente uatura, etiam in adolescentia deditus, Patauij inter Iure Consultos assumptus, Romam venit, a cubiculo datus Clementi VIII. Sub Paulo V. V.S. Referendarius, Archiep. Rhodiensis, Nuntius abijt Apostolicus ad Belgas, vbi veri Ecclesiastici relicta imagine, nulla in eum libidinis, vel appetentis animi audita querela, semper continens, laboriosus, splendidus, liberalis, nil ad suam referens vtilitatem, solam habens præ oculis Rempublicam, Acatholicorum animos etiam erga se beneuolos habuit. Translationi adfuit corporis S. Adalberti Ep. Leodiensis, quod Ludouicus XIII. Rex Galliarum Alberto Austriaco Belgarum Principi concessit. Inde ad Gallos Legatus, toto suæ Legationis tempore, Regi gratus & vtilis, Presb. Card. declaratur die 2. Ianuarij 1621. Romam redijt sedente Gregorio XV. à quo, titulo donatus *S. Ioannis ante Portam Latinam* translatus postea ad *S. Mariæ de Populo*; sub Vrbano VIII. *ad S. Praxedis*, dein *ad S. Maria Transtyberim*, Anno demum 1641. Ep. *Prænestinus*. Ad portam Viridarij S. Praxedis, scutum habes gentilitium Bentiuoli cum notis.

Viridarium Ecclesiæ S. Praxedis
Guido tit. S. Praxedis. S.R.E. Card. Bentiuolus
Ferrarien Ornauit.
Anno M. DC. XXXVII.

Literis etiam in purpura semper incumbens, Belgicam scripsit Historiam, vulgari idiomate, in qua cum de Batauis nimis depresse loquatur; illi offensi calamum in eum strinxere satis mordacem. Edit etiam Epistolas, & Commentaria rerum Ecclesiasticarum inchoata, a Pontificatu Clementis VIII. quæ *Memorias Historicas* appellant. Scripsit etiam suam Legationem Belgicam: item Troiæ descriptionem; ludi in Circo Agonail Romæ peracti, ab Antonio Cardin. Barbereno, coram Carolo Poloniæ Principe. Tanta hominis virtus, tantum Vrbis & Orbis lumen, cuius in honorem Romanos Pontifices conferre, æquum, erat diuitias, non solum ad tuendæ dignitatis locum, sed ad cultum virtutis, qua Purpuram honestabat; non solum de alimentis vitæ necessarijs sollicitus viuere cogebatur; sed ædes, quas in Quirinali & hortos possidebat amplissimos, emptoribus distrahere, ne ære consumaretur alieno; indeque alias minores conducere, aulicorum minuere numerum, vt fidem suam liberaret. Defuncto Vrbano, comitijs adfuit spe lactatus thiaram adipiscendi, quamuis improsperæ valetudinis conscius, ad sepulchrum pergere protestaretur non ad Conclaue. Nec aberrauit, dum enim intermortuis vocibus, Gallo modo Gallicè loquendo, modo Hispanum Hispane alloquendo prænsabat, vtique non ingratus, quod apud vtrumque legationem obijsset; lethali febri correptus, curationis causa, in finitima Conclauis cubicula delatus, paruorum dierum morbo consumitur, querens sibi non esse, quo grati animi significatione suam in familiares testaretur beneuolentiam. Die 7. Septembris 1644. ætatis 67. in palatio decessit Vaticano; impleto harioli vaticinio, *Bentiuolum in Vaticano moriturum*. Sine vlla funeris pompa, noctu elatus in ædem D. Siluestri, apud Theatinos in Quirinali, sine vllius honore monumenti, vel inscriptione iacet, qui decus & honor fuerat Purpuræ Romanæ.

De eo lege Puteani, literas: Thisiam Philosophicam, & Io: Bapt. Lasium *in lucubrutionibus*. Iacobum Gaddium *in elog. & to. 1. de Scriptorum non Eccles.*

40. *Obsecro vos fratres, vt digne ambuletis vocatione, quam vocati estis.* Ephes. 41.



PEtrus Valerius Patritius Venetus, Augustini Cardinalis nepos, nomen Ecclesiæ cum dedisset adolescens & literis, Ecclesiæ Patauinæ Canonicus eligitur promouente Marco Cornelio Ep. Patauino, deinde Archiepiscop. Cretensis, die 11. Ianuarij 1621. Presb. Card. tit. *S. Saluatoris in Lauro*; post Purpuram, Cenetensem rexit Ecclesiam, comitijs adfuit Gregorij XV. sine titulo, omnemque mouit lapidem pro exclusione Cardinalis Camporæ, ne patriam offenderet, cui infensum Camporam agnoscebat; A Gregorio titulum obtinuit *S. Saluatoris in Lauro*. Comitijs etiam adfuit Vrbani VIII. a quoad Patauinam translatus Ecclesiam, sacellum Familiæ de Zabarellis, a fundamentis ære proprio restituit, in Cathedrali Patauina; eo quod, Sacellum illud esset Deiparæ Sacrum. Eodem obsequio, in Ecclesia Sanctæ Mariæ Gratiarum, Insula est prope Venetias, Capellam nobilem suis sumptibus excitauit, & Sacerdotibus, qui eidem inseruirent, congruos redditus assignauit. Ibidem habes effigiem marmoream Augustini Cardin. Valerij, cum Epigraphe.

Aug.

Aug. tit. S. Marci S. R. C. Presb. Card. Valerius
Ep. Veronen.
Huius Congregat. Fesulanæ Protector.
Vixit An. 56. Obijt: An. 1606.

In sinistro latere effigiem habes Petri Cardinalis, cum notis,

Petrus tit. S. M. S. R. E. Presb. Card. Valerius
Ep. Patauinus
Hius Congregat. Fesulanæ Protect.
Vixit An. 54. Obijt An. 1629.

Veronæ etiam in Ecclesia principe, cui præfuerat Augustinus Card. Valerius, iu honorem eiusdem Virginis, Sacellum erexit pernobile, pro cuius perpetuo cultu, nouem Sacerdotia instituit, dotauit. Comitijs secundo adfuit Vrbani VIII. à quo ad titulum translatus *S. Marci*, & ad residentiam remissus, è vita migrauit Patauij, die 9. Aprilis 1629. ibidem sepultus, cuius Canonicos hæredes ex asse voluit: vt in Cathedrali Sacrario, sub Cardinalis imagine legitur,


Mem. Æter. Animæ sacræ colendæ
Petri Valerij S. R. E. Card.
Canonici Patauini
Concanonico olim suo, Episcopo, & Patrono
benemerentiss.
Hæredes ex asse grati & memores posuere.
M. DC. XXIX.

Romæ etiam in porticu Ecclesiæ Collegiatæ D. Marci, memoriam habes sequentem.

Piæ Memoriæ
Petri Card Valerij tit. S. Marci, Ep. Patauini
Qui liberaliter huic Ecclesiæ legauit
Sacram Suppellectilem
Et loca decem Annonæ secundæ erectionis
Vt singulis Annis pro se, suisque
Missa solemnis Anniuersaria
Et vigintiquinque priuatæ Missæ celebrarentur.
Quod vero ex fructibus superesset
In eiusdem Ecclesiæ sacrum vsum veteretur.
Capitulum & Canonici grati animi ergo Pos.
An. Dom. M.DC. LIII.

De eo Vghellus *in Italia Sacra*. Sansouinus *in Venet.* Marrac. *in pur. Mariana*. Amydenus *V.M.S.*

41. *Semper mortificationem Iesu in corpore nostro circumferentes, vt & vita Iesu manifestetur in nobis.* 1. Cor. 4.



A STelius Fridericus Comes Hoen Zollern Germanus, Caroli filius ex Anna Maria Badensi, a puero castra sequutus Ecclesiæ, Canonicus primo, dein Præpositus Coloniensis Romam venit inter Cubicularios Clementis VIII. quo mortuo in patriam restitutus ducta coniuge filiam procreauit, tandem ob mortem vxoris, matrimonio liber, intercedente Ferdinando Imperatore, die 11. Ianuarij 1621. Presbyter Cardinalis, Romam venit sedente Gregorio XV. a quo titulum accepit *S. Lauren. in Pane & Perna*, comitijsque adfuit Vrbani VIII. a quo spetie Residentiæ in Germaniam remissus, noua edita Constitutione, qua Episcopi omnes in suis Sedibus residere iubebantur; aduersus Germanos præcipuè & Hispanos emissa, qui oblata scriptura Pontificem ipsum quasi negligentem notauerant in auxilijs Cæsari submittendis, aduersus irruentem Suecum. Propterea Stelius ipse Olomucensis electus Episcopus, coactus fuit Curiam deserere, quam sibi nonnullorum Annorum B spacio, omni humanitatis officio sibi deuinxerat. Præsulem verè Apostolicum amisit Curia: Cæsar, cuius Oratoris absentiam Stelius adimplebat, fidelem ministrum, & in negotijs agendis solertissimum. Olomusium venit sed ad sepulchrum, veneno namque petitus à Canonicis Heterodoxis (Catholicis namque, & Hæreticis Canonicis Capitulum constat Olomucense) quod eos Ecclesia se exclusurum, in suo enuntiasset aduentu; obijt Osnabrugi, die 19. vel 25. Septembris 1625. graui Fidei Catholicæ damno, cuius incrementum Fridericus sua san- C ctimonia, virtute, auctoritate, genio, supra modum promouebat.

42. *Domine dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ.* Psal. 26.



D IVlius Roma Nobilis Mediolanensis, Pauli Camilli filius ex Catharina Coria Senatoris filia, Mediolani natus, Brixiæ primum apud Patres Societatis, Ticini postea in Borromæo Gymnasio institutus, legum studijs Perusiæ incubuit: inde Romam veniens, dato sibi ad Pontificem Paulum V. aditu, & ab eodem interrogatus, *cuius esset? & cui facultati studuisset, quodue illi, aut patri nomen, an fratres haberet?* Respondit ingenue, *sexdecim sibi fratres esse, omnes superstites: patrem suum vocari Paulum Camillum*;

missum; quod erat ipsissimum eiusdem Papæ nomen. Is iuuenis delectatus modestia, illiusque similitudine, excitauit eum in Curiam ascendere. Dicente porro Iulio, *dubitare se, an hæc esset parentis mens, eiq; fortuna faueret domestica, quod liberorum numero grauaretur*: Institit Papa, eique præcepit, vt parenti, suo nomine significaret; placere sibi, vt Romæ Sedem suam, ac fortunæ si geret domicilium. Hæc Mediolanum reuersus parenti cum significasset, quamuis in Federici Cardin. Borromæi familiam admissus, (qui solis sui Seminarij alumnis Sacerdotia distribuebat) considerans genitor genium Pontificis, Iulium filiorum suorum A primogenitum Romam continuo dimisit, vbi statim vacuum Consistorialis Aduocati munus obtinuit a Pontifice, atque orationem pro S.Carolo inter Cælites referendo habuit coram Sacro Collegio, tanta cum laude, & existimatione, quòd Papa cum suæ familiæ Burghesiæ causarum patronum, V. S. Referendarium, subinde vrbium Vrbeuetanæ, Camerinensis, atque Perusinæ præfectum constituerit. Quibus mira integritate peractis, Anno ætatis 36. Sal.1621. die 11. Ianuarij; inter purpuratos conscribitur (sed absque titulo) cum stipendijs annuis, quæ Cardinalibus egentioribus Camera pendit Apostolica, & Episcopatu Lauretano, & Recanatensi, quem pie ac laudabiliter administrauit sub Paulo V. quo mortuo comitijs adfuit Gregorij XV. Vrbani VIII. à quo titulum *S. Mariæ super Mineruam*, ad Tiburtinam Ecclesiam B summa illius Ecclesiæ gloria & vtilitate translatus Anno Christi 1634. palatium Episcopale angustum ac vetustate fatiscens laxauit, in meliorem formam redegit: & quamuis sacris prouentibus minus instructus, Cathedralem Basilicam temporum iniuria deformatam deiecit, regia munificentia restituit, vt eius fundator potius, quàm restaurator dici possit, vt ex notis fronti eius adiectis.

D. O. M.
Iulius Card. Roma Mediolanen. Ep. Tiburtinus
S. Laurentij Basilicam, temporis iniuria fatiscentē
Solo æquauit, & à fundamentis restituit.
An. Sal. M.DC.XL.

C

Quinto ante sacris lustratam Ecclesiam die, in Altari maiori corpora collocauit S. M. Generosi, Seuerini, Romulæ, & Redemptæ. Ab Ecclesia Collegiata S.Petri Archipresbyterum cum quinque Canonicis, Cathedrali aggregauit: Seminarium extruxit, dotauit; Clerum, Populum ijs instruxit moribus, vt in Christiana disciplina, cæteris exemplo essent. Aulæ porro occupatus negotijs, ne gregem desereret, per Vicarios diœcesim lustrabat, populum concionibus ad pietatem informabat, expensis non parcendo & labori, qua si ipse præsens adesset.

Exemplaris & irrepræhensibilis, qualem optat Apostolus, Sacrum Missæ Sacrificium, nullo vnquam die prætermisit. Horarum Canonicarum pensum Deo persoluebat solus, idque flexis vt plurimum humi genibus. Quotidie Sacrum Rosarium, Officium Deiparæ, ac pro mortuis recitabat, orationi mentali saltem per sesqui horam vacabat, vnde, ante prandium, neminem ad colloquium admittebat, quòd horas matutinas omnes sacræ daret lectioni, præcipue Annalium Ecclesiasticorum. Singulis quartis ferijs obstinebat a carnibus. Sabatho rigidum celebrabat ieiunium, vt solis fructibus, vel leguminibus vitam toleraret. Cupedias omnes prohibebat in mensa, edulio contentus vulgari. Sciens ventrem vino & cibo plenum facile despumare in libidinem; ieiunia nunquam soluit præcipue Quadragesimalia. Episcopalia munia exercens assidue, templo adstabat modestia incredibili, atque silentio, iuxta illud Psalmi 65. *Te decet silentium Deus in Sion.*

Æconomus prudens & optimus promocondus ita redditus distribuebat, vt ære nunquam grauaretur alieno: si quid in Anni calce supererat, locis pijs erogabat. Fratribus, vel fratrum filijs nil indulgens, solum moriens scripsit hæredes, vt sumptus compensaret, quos Romæ fecerat ex asse paterno. Munera, quæ oculos solent excæcare sapientum, nunquam admisit, vel in esculentis, nisi minimi essent pretij, & quæ minime constarent ipsi offerenti. Hinc quidam Canonicus præbenda donatus, Cardinali intercedente, volens aliquid mutuum reddere, quamuis de genere Comestibilium, proinde exiguum; quia tamen solito lautius, oblatum respuit, & offerentem cum indignatione reiecit.

Pudicitiæ zelantissimus custos raro cum fæminis admisit colloquia, nec nisi elatis, atque deductis ianuæ velis, vt ab omnibus conspici posset. Cumque matrona quædam egregiæ formæ, & vana illius ostentatrix iterum, atque iterum Cardinalem alloqui petijsset pro grauissimis negotijs; respondit vir integerrimus: *Si illud ad conscientiam spectaret; mitteret Confessarium: si ad familiam, Maritum mitteret.* Sicque periculosum ac inutile colloquium prudenter elusit.

Romæ diem clausit Angelis aggregatus honor Sacri Collegij, die 16. Septemb. 1652. ætatis 68. eadem die, & hora qua natus, cum comitijs adfuisset Gregorij XV. Vrbani VIII. Innocentij X. & Episcopus esset Ostiensis, & Sacri Decanus Collegij, cum antea Ecclesijs præfuisset Tusculanæ & Portuensi. Tumulo quiescit lateritio in Ecclesia S. Ambrosij, & Caroli Mediolanensium, Tibur deportandus in Cathedralem. In Ecclesia S. Caroli sequentem habuit inscriptionem.


D

Hic iacet
Iulius Roma Mediolanensis S.R.E.Card.
Ep. Ostien. & Tiburtin Sacri Collegij Decanus
Vixit An. LXVIII. eadē qua natus die, ac hora obijt
XVI. Septemb. M.DC.LII.
Nudā hāc inscriptionē vti Testamento præscriptā
In fraternæ modestiæ, ac propriæ obedientiæ monu-
Gregorius Roma Posuit. (mentum

Eius memoria in Synodo, quam edidit, Lauretana: In præfatione orationis funebris editæ à Matthæo Taberna Soc. I., Sic in libro *La Risoluzione per l'Eternità*, Didaci de Rosis, & in Machinosis miraculis Pyramidum à Flaminio Cribello.

Lege de eo Ludouicum Donium de Attichij, *in floribus Cardinal.* ex quo cuncta transcripsimus. Vghellum. Amydenum.

43. *Memento homo, quia puluis es, & in paluerem reuerteris.* Ecclesia in die Cinerum.



CÆsar Gherardus Perusinus, Iurisprudentia clarus, cum Perusij, ac Firmi plures Iura edocuisset, miseram dedignatus fortunam, Romam venit, vt cum Piscatorem hominum, laxatis retibus, sortem experiretur. Nec eum fefellit opinio. Biennium namque in aula nondum expleuerat, cum a Paulo V. die 2. Ianuarij 1621. admirantibus aulicis, Scipione intercedente Burghesio; cuius erat Auditor, & ab eo in Canonicum S. Petri promotus, ac V. S. Referendarius Presb. Card. assumitur. Comitijs adfuit Gregorij XV. sine titulo, vnde ab eo titulum obtinuit *S. Petri in Monte Aureo*, die vero 7. Maij 1622. Episcopatum Camerinum. In Comitijs Vrbani VIII. Burghesio promotori suo non inutilis ob scientiam, & probitatem, quam ei prodiga natura contulerat; licet auara vitæ, in fastigio felicitatis demerserit, vt humanitatem eum edoceret, quam ipse forsan erat oblitus. Romæ decessit Ætatis Anno 42. Salutis 1623. pridie Kal. Octobris, apud S. Franciscum sepultus prope Fluminis ripam, marmoreo sacrophago cum Epitaphio.

D. O. M.
Cæsari Gherardo Perusino S. R. E. Card.
S. Petri in Monte Aureo
Quem Perusiæ, Firmiq. XX. Ann. Ius Canonicum interpretantem
A Scipione Card. Burghesio Romam euocatum
Audiendisque apud se causis Præfectum
Pauli V. P. M.
Inter Vaticani Canonicos, & V. Sig. Patres retulit
Atq. in ampliss. Collegium optauit.
Gregorius XV.
Camertibus Præsulem dedit.
Mors An. XLVI. nondum exacto
Pridie Kal. Octob. M. DC. XXIII. *rapuit*
Dominicus Gherardus mæstiss. B. M. P.

De eo Vghellus. Amydenus.

44. *Sacrificia eorum quasi panis lugentium.* Oseæ 9.



A FR. Desiderius Scalia Cremonensis, origine Brixiensis, inter Prædicatores S. Dominici, a puero enutritus, pietatem imbibit & scientias, quibus ex Cathedra Theologica alumnos erudijt S. Dominici. Per gradus conscendens honoris, Magistratum obtinuit Commissarij S. Inquisitionis Romæ, ex quo Presb. Card. die 11. Ianuarij 1621. eodemque die Episcopus Melphiensis, comitijs adfuit Gregorij XV. a quo confirmatus titulum obtinuit *S. Clementis*, translatus etiam ad Sedem Comensem Anno 1622. quam postea Anno 1626. Lazaro Carafino resignauit, vt Congregationibus Romanis expeditior vacaret, & ipse spe haud vacuus futuri Pontificatus. In consilijs namque acer, viuidi ingenij, rectæ mentis, in benefactores gratus, B in amicos officiosus, in communi vita splendidus, munificus, oberatus decessit, quod supra vires & supra redditus beneficiorum suorum, expensas faceret quotidianas: qua de causa cum in comitijs Innocentij a pluribus in Pontificem expeteretur; Franciscus Barberinus factionis princeps dissensit. Interim titulo relicto S. Clementis, *ad Ss. 12. Apostolorum* translatus; *S. Caroli via Cursus* tandem obtinuit. Vrbanus enim VIII. titulo S. Caroli ad Cattinarios, titulum subrogauit *S. Caroli via Cursus.* Redargutus quondam a suo familiari, *quod tan-* C *tis expensis, vendere esset, non emere Pontificatũ*; ambitum sibi notans obiectum, hoc vno verbo se excusauit dicens: *Ex Cardinalibus Papam assumi*; haud negans se prænsare Pontificatum. Romæ decessit Septuagenarius Mense Iulio 1639. vel die 22. Aug. in titulo suo sepultus S. Caroli, cum inscriptione, quã ei posuit Diodatus Scalia Ep. Alexandrinus.

D. O. M.
Desiderij Scaliæ ex Prædicatorum familia Card.
Vita dum desideratur, eripitur
Et quod de eo condi potuit, sub marmore iacet.
D *Cæterum eximiæ eius virtutes per ora volant.*
Fr. Deodatus Scalia Ep. Alexandrinus
Auunculo beneficentiss. grati animi exiguum argumentum P.
An. Sal. M. DC. LIII.

Canonizationi subscripsit S. Andreæ Corsini, ac S. Ignatij Loyolæ. Eius memoria tam Brixiæ apud Prædicatores, quàm Cremonæ, vtraque enim suum ciuem asserit, quod vna genuerit, altera educauerit. De eo lege Aloysij Nouarini literas.

45. Redime me à calumnijs hominum. 118. Psal. 134.



STephanus Pignatellus Perusinus, Romæ educatus sub cura patrui, inde Perusij lauream adeptus iurisprudentiæ, Scipionem coluit Caffarellum Camilli Card. Burghesij ex sorore nepotem, qui memor officiorum Stephani, auunculo ad Pontificatum assumpto, Stephanum vocauit in Vrbem, ea vtens consuetudine, vt omnia, Stephani perageret arbitratu, non sine inuidia, & aulæ rumore, qui cum ad aures peruenisset Pontificis, iussus est Stephanus a Scipionis societate discedere. Obtemperauit protinus Stephanus mandato Pontificis, sed altiori mansit in loco apud Cardinalem. Tentatur interim longo & ancipiti morbo Cardinalis; ei præsto adfuit minister Stephanus, eoque assiduo famulatu hominem procurauit, vt ipsius Pontificis deleniita auersione, ab eodem pingui cohonestaretur Sacerdotio, nec longe Prælatus domesticus atque Apo. Protonotarius Pontifici accepit referenda negotia, cui iam gratior ascenderat, quàm Scipioni. Hisce inditijs aulici suspicantes Stephanum ad purpuram trahi potius, quam duci, per Cardinales antiquiores ac Principum Oratores, Stephani obiecta Pontifici exposuere crimina. Pontifici autem cuncta referenti Cardinalis respondit *Burghesius: in aula tela nunquàm inuidia deesse. Pignatellum virum semper probum extitisse: plures esse in Curia Romana Cardinales probitate claros, qui post exactam Pignatelli inquisitionem, iureiurando affirmabant, nihil eorum quæ Stephano obijciebantur, constare: imo plures esse in Vrbe, qui Stephani merita agnoscerent non vitia.* Hæc eadem procurante Card. Burghesio: Pontifici retulere Oratores Principum, & non pauci Cardinales: quibus placatus Pontifex die 11. Ianuarij 1621. inter Presb. Card. Pignatellum assumpsit, qui in comitijs Gregorij XV. cum adfuisset absque titulo, *S. Mariæ in Via* obtinuit, eidem tamen inuisus, propterea Curia relicta Romana, Morlupum recessit, parui nominis vicum Burghesiorum in agro Romano, ibique delituit vsque ad obitum Gregorij XV. quo mortuo Romam redijt & in comitijs strenuam nauauit operā pro exaltatione Maphæi Barberini, apud quem cum summam gratiam sibi promitteret, ne diu felix esset, febri oppressus acuta diem clausit Romæ, die 12. Augusti 1623. in æde Virginis sepultus super Mineruam, absque memoria.

46. Princeps induetur mœrore. Ezech. 7.



FErdinandus Gonzaga Vincentij, qui fuit Dux quartus, & Monsferrati secundus, filius ex Eleonora Medicea, Vincentij Frater, & Francisci Ducis Mantuæ quinti; die 10. Decemb. 1607. viuente patre, a Paulo V. R.P. Diaconus Card. dictus Romam venit & die 6. Feb. 1610. in aula Ducum,
A pileum accepit Cardinalium cum titulo *S. Mariæ in Dominica*, quem postea cum *S. Mariæ in Portico* commutauit. De eius assumptione Antonius Posseuinus *lib. 8. Gonzagæ Familiæ* habet. *Paulus V. inter cætera Ferdinandi Vincentij filij indolem, quibusque virtutibus annos supergrederetur, admiratus, cum sola ætas pueritiæ imputaretur, cætera senectutem propius aspicerent: ornando Purpuratorum consessui, puerum Cardinalem adsciuit. Nec ille Ecclesiasticas curas auersatus fuerat; sed scientiarum studiorumque tenax, vnum id poscere videbatur. Iam vero qua vicissitudine rerum, dignatione paucos post annos vsus sit,*
B *dicemus.* Mortuo namque fratre Francisco fratre, vna relicta prole fæminea. Ferdinandus deposita purpura, Roma relicta imperium tenuit, eodem tempore a Sabaudo discors qui filiam viduam defuncti Ducis Francisci reposcebat cum nepte, vt saltem Mediolani tanquam in loco neutro educaretur. Negauit Ferdinandus consilio & auro Venetorum suffultus, vnicam suæ Familiæ hæredem alienæ tutelæ permittere, tandiuque negotiationem protraxit; donec per nuptias cognatæ, quam in vxorem duxit vt semen suscitaret fratris defuncti, reconciliato sibi Sabaudò, etiam Hispanos sedauit. Vixit Dux Mantuanus vsque ad diem 30. Octob. 1626. quo homi-
C nem exuit mortalem, hæredem habens Vincentium fratrem, in quo linea recta defloruit inter libidines teste Nanio, quibus nominis existimationem polluerunt & vitam.

Titulo S. Mariæ in Porticu, cuius fuit Cardinalis, donauit Candelabra quatuor cælati argenti cum Cruce, pondus 30. fere librarum.

Scripsit Ferdinandus orationem in laudem Caroli Borromæi, publiceque recitauit coram Paulo V. antequam inter Sanctos Carolus esset transcriptus.

De Nuptijs Gonzagæ domus carmina inscripsit Ferdinando Franciscus Pola Veronensis, cum Elo-
D gio sequenti

Auspicijs tuis Auguste
Ferdinande Gonzaga Princeps Mantuane,
Card. Romane
Ætas cuius & vir adolescit adeo insigniter,
Vt cum prisci Maioribus Magnanimis ponendus sit
Quid quod & eisdem præponendus
Nuptialem hunc Centonem consarcinauit
Franciscus Pola Veronensis


Immanibus attonitus spectaculis
Quæ maximus tuus edit Genitor Humani
delitiæ Generis
Tibique deuotissimus M.DC.IIX. tertiò Non. Iunij
Mantuæ.

NVMMISMATA.

Aurea recurrunt ornata immagine S. Mariæ in Porticu; ac titulo Cardinalis. Alterum habes cum Sole sub lemmate *Non mutuata luce*. Ex aduerso *Ferdin. Card. G. Dux Mantuæ*.

De eo lege Bapristam Nanium *to. 1. H. Venetæ*. A Possevinum *H. Domus Gonzagæ*. Hippolytum Marrac. *Purpura Mariana*.

47. *Ambulabat in via immaculata, hic mihi ministrabat*. Psal. 100.



ALoysius Capponius patritius Florentinus, Francisci, & Ludouicæ Machiauellæ filius, Romæ literis enutritus, Laurea ornatus Iurisprudentię, plures retulit Abbatias, inde a Leone XI. Thesaurarius Cameræ Apostolicæ, postea a Paulo V. die 28. Nouemb. 1608. Diaconus Card. *S. Agathæ*, Bononiæ Legatus præfuit, vt ex nummismate cum effigie, & notis, *Aloysius S. R. E. Card. Capponius Bononiæ Legatus*. Canonizationi subscripsit S. Caroli Borromæi cum Paulo V. ac S. Andreæ Corsini. Post Pauli obitum comitijs adfuit Gregorij XV. a quo Archiepiscopus Rauennæ dictus, Anno Sal. 1645. Ecclesiam resignauit pronepoti Lucæ Torregiano. Comitijs etiam adfuit Vrbani VIII. Innocentij X. & Alex. VII. sub quo decessit Bibliothecarius iam dictus S. R. E. ab Innocentio X. & titulo acquisito *S. Laurentij in Lucina*; Romæ die 7. Aprilis 1659. in eodem titulo sepultus.

In celebratione anni sæcularis; Iesuitæ de eo cecinere

Cui clypeus niger & niueas, noctemque diemque
Palladis in clypeo gestat ALOYSIVS.
Clarius est spectaculum cui subditur vmbra nigella
In tunicæ amplexu clarior est oculus.
De clypeo Speculum fecit prudentia rerum
Exitus opposito cernitur in speculo.

D


De eodem Annibal Adamus in sua *Pallade purpurata*.

Quàm pietate micans, quàm maiestate decorus
Quàm mente illustris, quàm grauis eloquio!
Ne credas aliquem è Superis: CAPPONIVS hic est.
Qui vel in exiguo germine, magnus erat.
Hac eadem vellet pingi sub imagine virtus;
Scilicet hac virtus clarior Orbe foret.

De eo cum laude scripsit Homobonus de Bonis Cremonensis in præfatione *par. 2. Commentar. Resolutor.* Franciscus Boehius *in elog.* Albertus Draghi Carmelita in præfatione 4. *par. Conuiuiorum*. Ferrantes Albergatus, qui in eius laudem contentionem edidit Solis & Lunæ. Lege etiam Iani Erithræi epistolas. Iacobum Gaddium in sua poetica, qui de eo sequentia cecinit.

Diuitiæ ingenium, prudentia fulgor auitus
Astra super tollunt nomen Aloysij.

48. *Quid prodest homini, si vniuersum mundum lucretur; animæ autem suæ detrimentum patiatur*. Matth. 16.



IAcobus Serra patritius Genuensis, Clericus Cameræ Apo. dictus à Paulo V. mox Ecclesiastici exercitus Generalis Commissarius cum munus administrasset ad mentem Pontificis, Thesaurarius primo Generalis, mox Diac. Card. *S. Georgij ad Velum Aureum*, die 7. Augus. 1611. ad presbyteralem postea translatus titulum *S. Mariæ de pace*; Ferrariæ Legatus præfuit; patrocinium Canonicorum Regularium obtinuit, retento etiam munere Thesaurarij, iubente Paulo, cuius nomine imaginem Deiparæ in Basilica Liberiana, ex antiquo ad nouum transtulit Sacellum. Comitijs interfuit Gregorij XV. & Vrbani VIII. quibus solutis, vt proximi Conclauis calores, diebus namque celebratum Canicularibus, aura tenui compensaret, sub dio cænare sæpius voluit; ex quo febrim contraxit acutam, quæ cum paucis diebus interemit, Romæ obijt die 19. Aug. 1623. ætatis 53. sepulchro exceptus ad S. Mariam de Pace.

Huius Ecclesiæ S. Mariæ de Pace Canonici Regul.
Cong. Saluat. Lateran.
Recepto legato Scutorum mille ex testam.
Illustriss. Card. Serræ Ianuen. eorum Protectoris
ac eiusdem Eccl. Titul.
Capitulariter congregati se obligauerunt celebrare
quotidie perpetuo vnam Missam
Pro Anima eiusdem Card.
Cuius rei tabulæ extant apud Iulium Oliuellum A. C. Not.
Sub die XXVI. Aug. M.DC.XXIV.

49 *Potens opere & Sermone*. Lucæ 24.



CArolus Medices Ferdinandi primi Hetruriæ Ducis quartogenitus ex Christiana Caroli III. Lotharingi filia, Claudię Valesię sororis Hērici II. Galliarum Regis, Cosmi II. Hetruscorum Principis frater, patruus Ferdinādi II. & Io: Caroli

roli Cardinalium, Florentiæ natus die 14. Kalen. Aprilis 1596. Annum agens 19. Diaconiæ Cadinalitiæ *S. Mariæ in Dominica* præficitur à Paulo V. die 2. Decemb. 1615. Princeps sane pius Abbatias omnes S. Galgani Senensis, Æsinæ, Caræuallis, Insulæ, quas Commendatarius gessit, aucto diuino cultu amplificauit. Pratensis Ecclesiæ Præpositus iura sustinuit; Florentiæ Templum S. Michaelis Archangeli, eleganti structura Clericis Theatinis extruxit, vt ex memoria.


Templum hoc D. Michaeli Archang.
Cælestis militiæ Principi Sacrum
Quod vetusta Ecclesia solo æquata
CAROLI CARD. MEDICES
Præclara munificentia statuit.
Vbi XIII. Kal. Sept. A.S. M.DC.XXXXV.
Ob eximiam in Clericos Regulares dilectionem
Episcopus Sabinensis initiari voluit.
Thomas Saluiatus Ep. Aretinus quadriennio post
4. Kal. Sept. sacris Cæremonijs dedicauit.
Innoc. X. Sum. Pontif.
Ferninando II. Magno Duce Hetruriæ.
Petro Nicolino Florentiæ Antistite.
Qui ingrederis
Domum Dei & portam Cæli subire te cogita
Nam decet sanctitudo, per hanc iusti intrare debēt.
Caue ne sub oculis eius, qui est candor lucis æternæ
Maculas contrahas: si quæ sunt lacrymis erue
Ac Regi sæculorum immortali hymnum
& silentium redde.

Hispaniæ Protector, Ordinis Defensor Vallis vmbrosæ, tanquam Prior Diaconorum Innocentium X. sacra insigniuit thiara, quem pro viribus ad Petri Sedem extulerat, a quo Presb. Card. dictus tit. *S. Sixti*, dein *Ep. Sabinus* die 5. Martij 1645. Florentiæ inauguratur ab Hannibale Bentiuolo Archiep. Thebano, apud Ferdinandum II. Nuntio Apostolico. Eodem Anno ad Tusculanum translatus, die 29. Aprilis 1652. Portuensis, Ostiensis, tandem & Sacri Decanus Collegij, Florentiæ obijt die 19. Iunij 1666. ætatis 70. Cardinalatus 51. sepulchro exceptus gentilitio apud S. Laurentium.

Serenis. Princeps Carolus ab Etruria
Sacri Collegij Card. Decanus
Regnorum Hispaniarum Romæ Protector
A. D. M.DC. LXVI. die XIX. Iunij.

De eo lege Vghellum qui tomum 4. Italiæ ei dedicauit. Camillum Zaccagnium *de laudibus Leonis X.* Gherardum Saracinum *orat. funeb Catharinæ Mediceæ*. Odas Francisci M. de Riccio. Hillarium Fumentium *Armonia Orbium Cælestium*. Franc. Capponium *Cosmica Medicea*. Franc. Rossserminum *Orbes Mediceos*.


50. *Adolescentia & voluptas vana sunt.* Ecc. 11



VIncentius Gonzaga Vincentij Ducis Mantuani quarti filius, ex Eleonora Medicea, Ferdinandi Cardinalis & Ducis Mantuani frater, ad preces fratris Ferdinandi, Diaconus Card. dictus a Paulo V. die 2. Decemb. 1615. & omnibus pensionibus ac beneficijs hone-
A status, quas frater possidebat Ferdinandus, cum Romam nunquam venerit, nec pileum obtinuit, nec titulum. Imo inscio Pontifice, & fratre cum clandestino coniugio Isabellam Bozoli principem sibi desponsasset, quam sterillem offendens, vel ipse procreationi inutilis, dissolutionem quæsiuit matrimonij, vt neptem sibi desponsaret. Repugnante vero Romano Pontifice, & dispensationem negante; in Vincentio Stirps Ducum Mantuana inaruit; ita exigente Deo & abhorrente Principum lasciuiem. Successorem habuit Ducem Niuernensem, cui nupsit neptis Vincentij.

De eo Bap. Nanius *H. Veneta*.

51. *Regem Deum in decore suo videbunt oculi eius, cernent terram de longe.* Isai. 33.



B IVlius Sabellus Romanus Bernardini Albani Principis filius, V. S. Referendarius, Pauli V. Legatus ad Ducem Sabaudum, qua rite perfunctus, Abbas dicitur Ripaliensis & Diaconus Card. *S.* . . . . die 2. Decemb. 1615. Minime tamen Diaconia recepta, die 11. Ianuarij 1616. Anconitana Sede recepta, Presb. Card. assumitur tit. *S Sabinæ*; Anno 1630. ad Salerni-
C tanam translatus, eam postea nepoti resignauit Anno 1642. Bononiæ Legatus præfuit; Romæ, Germanorum, Sarmatarum protector, Cæsarem, Regem promouit, Pontificem non offendit. Comitijs adfuit Gregorij XV. & Vrbani VIII. sub quo, die 9. Iulij 1644. ætatis suæ 70. sepultus ad S. Mariam in Ara Cœli, sacello gentilitio cum Epitaphio communi etiam Fabritio Cardinali.

D. O. M.

Iulio Ep. Tusculano S.R.E. Card. Sabello.
Multas inter præfecturas integrè sanctèque versato. qui Pauli V. Nuncius fecialis conciliando
D *Philippo III. Hispaniarum Rege Carolo Sabaudiæ Duci, ad Regum Regnorumque tutelam Vnicè factus: Anconæ Infulas, Sacram Purpuram, Bononiæ Legationem obtinuit, vt compendiarijs Titulis tum in genere, tum in se magnus vtramque fortunæ ac Virtutis paginam impleret. Mox Auitis in Hispaniam Regiam meritis, & suis à*
Philip-

Philippo IV. in Salernitanæ Ecclesia destinatus aliorum Principum vota in se ornando prouocauit. Vladislaus Rex Poloniæ, Ferdinandus III. Germaniæ tuendæ Vindicem. & ad Vrbanum VIII. Friderici Ducis fratris loco Oratorem voluit: Dignum sanè qui Imperatorias vices non acciperet ipse, sed daret. Morum facilis, consilio præsens, animo supra ostrum eminens. Cum in omnium amoribus, atque admiratione vixerit. Indictis Pontificijs Comitijs Anno Salutis M.DC.XLIV. *septuagenarius omnium luctu deuixit contentus supremam dignitatem meruisse.*

Fabritio etiam tit. S. Aug. Presb. S.R.E. C. Sabello.

Qui transmisso in hæreditatem honoris merito Purpuratus Bononiæ Legatus, Salernitanus Antistes perduelles interregni Neapolitani turbas Regi Ciuium fidem, & Vrbem seruauit; ea auctoritate, quæ Principem decerent, ea pietate quæ præsulem, patruo similis hoc vno dispar, quod quinquaginta annos natus abiuit, vita breuiore non gloria, Anno M.DC.LV.

Iacobus Sabellus Albani & S.R.I. Princeps S.R.E. Marescallus perpetuus, Conclauis Custos, Aurei Velleris Eques. Pronepos, & Nepos grati Amoris Monumentum posuit

Anno M.DC.LXII.

Vt Geminus Purpuræ splendor cineribus superstes posteris hoc arderet in lapide.

Interfuit Comitijs Vaticanis. & suffragium tulit in electione Grogorij XV. & Vrbani VIII. quo regnante è vita migrauit.

52. *Iuxta mensuram ætatis plenitudinis Christi.* Ephes.4.



ALexander Vrsinus Virginij Vrsini Bracciani Ducis filius, in oppido natus paterno Anno 1593. primam pueritiam Florentiæ transegit cum Hetruriæ & Lotharingiæ Ducibus educatus, Senis Iurisprudentiæ operam dedit, Romæ Philosophos audiuit, Mathematicos amauit, ingressum quærens Societatis Iesu, iustas ob causas non admissus, Diaconis Card. adscribitur a Paulo V. die 2. Decemb. 1615. annum agens ætatis 22. *In quo dignitatis fastigio, mirum quantis bonarum artium ornamentis effulserit* (teste Philippo Allegambe) *Erat corpore sanguineus, succulentus, torosus, elegans, moribus affabilis, sed maturus & grauis, eloquens ac eruditus, integer simul ac constans, & candidissimi moris, atque pectoris, sine vllo cordisque dissidio: viuum deinde exemplar & speculum innocentiæ, castitatis & modestiæ, humilitatis, pudicitiæ, charitatis, patientiæ, mortificationis pænitentiæ. contemptus sui & mundi, integritatis, magnanimitatis, beneficentiæ. Zeli*

Succurrebat afflictis viduis, orphanis: agris in nosocomio sua sæpe manu cibum porrigebat, pedesque abluebat: quo facto nonnullos Sectarios virtutis splendore perstrictos Ecclesiæ lucrifecit. Bracciani sodalitium è ciuibus aulicisque instituit, in quo ipse præfectum, ipse concionatorem, ipse verberationis hebdomadariæ: & omnes Christiani officij antesignanum agebat. Christi Domini passionem tenerrima semper veneratione recoluit æneã ipsius Cruci affixi effigiem extantibus clauorum cuspidibus asperatam ad nudum pectus gestabat,
A *quam manu sæpius admota, non sine vulnera, & sanguine apprimebat. Preces horarias de passione Domini composuerat, quas quotidie recitabat.*

III. Sacrosanctam Eucharistiam officiosissimè coluit: Sacrum faciebat quotidiè, præmissa peccatorum exomologesi: sæpe Confessario sacrificanti ministrabat. Venerabile Sacramentum si quando occurisset, vel ad vilissima infirmorum tuguria, quamuis ardente die, aperto capite, longa via prosequebatur. Deiparam quoque impensè amauit, paratus si res ferret, eius causa vel sanguinem profundere. id ipse voluntaria flagellatione in omnibus eius peruigilijs faciebat. Tantus sui Corporis per cilicia, verbera, inediam castigator, vt indiguerit freno. Mansuetissimus suis inter iniurias, & earum magnanimus condonator fuit nonnemo, qui nulla læsus iniuria paratis insidijs Cardinali necem moliretur: quod cùm cessis-
B *ses ex sententia, contumeliosa epistola ipsius gloriam multiplici conuitio lacerauit. Reddita Cardinalis sunt Literæ Sacris iam iam operaturo. eas legit ijs oculis quibus leguntur officiosæ. Tum Cælum suspiciens:* Tandem aliquando oblata est, *inquit,* optatissima occasio iniuriæ condonandæ propter te, tuòque exemplo Deus. *Sic eloquutus, epistolam, & cum illa inimicitiam rescidit, & ne quod extaret iniuriæ vestigium, quod persequi possent olim consanguinei, mox ad ardentem cereum exussit.*

C *IV. Pecuniæ contemptor fuit in paucis. Legationem Æmiliæ bene quæstuosam sibi a Gregorio XV. commissam cum reditu suorum dispendio administrauit: nimirum annonam per tempus caritatis viliori distrahebat pretio in populum, quàm de suo comparasset. Retardatas, seu causas reorum in carcere, seu rusticanorum hominum in aula ad se aditus, ne quid vtrique vel impendij diuturnitate, vel quæstus iactura detrimenti caperent, erogata de suo pecunia compensabat. Societatem Iesu, quam iuuenis ambierat, teterrimè semper complexus est, eius incrementis æquè ac suis, & studuit, & gratulatus est. Regulas*
D *illius semper habuit ad manum, vt ex earum norma se formaret. Eius sese exercitijs quotannis excoluit, Denique mutuis cum Societate certauit officijs, particeps ipse effectus promeritorum eius, & viuens mortuusque Sociorum Suffragijs recreatus, quos ipse Defunctos suis vicissim tanquam vnus ex illis prosequutus est. Tandem cùm anno 1621.*

no 1621. de obitu Cardinalis Bellarmini Rauennæ intellexisset, quam ipse vt patrem, & ducem vitæ obseruabat, & quasi rarum Sapientiæ virtutisque exemplar intuebatur, Sancto quodam astro incitatus dedit ad R. P. Mutium Vittellescum Præpositum Generalem Societatis Literas, quibus Sepenitus (quoad dignitatis ratio patiebatur) cum vetitus esset eam dimittere, Societati dicauit, votis eadem temperatione nuncupatis. Quemadmodum de Francisco Cardinali Rupifucaldio nuper diximus: *vixitque deinceps, in Romanam Societatis prouinciam adscriptus, vsque ad* A *22. Augusti diem anni 1626. quo post octiduanam febrim, Sacramentis ritè procuratus, Bracciani cùm tenerimo pietatis Sensu, ac æternitatis vehementi cupiditate defunctus est. annos circiter tres & triginta natus, planè iuxta mensuram ætatis plenitudinis Christi, prout decebat ipsius Christi Domini cultorum amatoremque præcipuum. Cor Romam delatum ex eius voluntate in Bellarmini Sepulcro tumulatum est.*

Hucusque Allegambe, cui addas ad gloriam Alexandri. Pietate Vrsinus in Deum maxime floruit. Diebus singulis supplex præter horas Canonicas, & partem Rosarij, Passionis Dominicæ recitabat officium a se compositum. Per horas quotidie sacris vacabat meditationibus, quas piorum librorum meditatione præueniebat, vt se ad orationem melius præpararet. Vt verò per voluntarias corporis afflictationes corpus suum iuxta Aposto- B lum, hostiam exhiberet Deo viuentem, Crucifixi æream effigiem collo appensam semper gestabat, prominenti clauorum, & lanceæ acume sibi ad nudum pectus appositam. Singulis noctibus seipsum verberabat: in peruigilijs Deiparæ, flagro vtebatur aculeato, vt ei de suo sanguine aliquid offerret. Stata ieiunia cum maximo stomachi incomodo fideliter seruabat, tantaque erat abstinentia, vt nullum sæpe genus sumeret obsonij, nisi elixatum panis ciuis inspersum. Ad spiritualia exercitia annuatim per aliquot dies seccedebat, & per genera- C lem confessionem sexto quoque mense, animam recognoscens, ad meliora excitare satagebat. Deuotione tam constanti Missam quotidie celebrabat, vt nec in itinere omitteret difficillimo. Zelo incensus Fidei Catholicæ, lubentissimè posita purpura ad terras obijsset hæreticorum & infidelium, pro eorum procuranda salute, si a Pontifice fuisset permissus. Interim in nosocomio ægris ministrans, in sodalitio V. Deiparæ, suis etiam seruis socius, & omnibus exemplo prælucens.

D Iustitia & charitate in proximos singulari pauperes eleemosinis iuuit largissimis, atque vt plurimum secretis. Animus illi magnanimus, qui in grauioribus difficultatibus fiducia semper in Deum cresceret, qui sperantium in se robur, & fortitudo. Anno Sal. 1626. ætatis 33. celebraturus Bracciani festum Virginis Assumptæ, curauit subditos omnes Roma euocatos, assiduis concionibus & pænitentiæ Sacramento ad id præparari, iteratis mane & vespere pijs exercitijs, quibus ipse præsens semper adfuit: onde postmodum morbo petitus, Ss. Eucharistiam deuote quæsiuit, postea interrogans, an liceret ætati florenti Mortem optare, vt citius Deum videret? cum licitum id affirmaretur; iussit protinùs Psalmam alta voce recitari, *Quàm dilecta tabernacula tua, Domine, virtutum; concupiscit & deficit anima mea in atria Domini.* Paulo post purissimum reddidit Deo spiritum. Cadauer Bracchiano Romam delatum in Templo sepelitur Farnesiano, secus ossa Roberti Bellarmini, prout viuens impetrauerat, eius in funere perrorare Io:Bap. Ferrario, ac Tarquinio Gallutio, qui orationes suas etiam typis dedere.


Scripsit Vrsinus tam soluta, quam ligata Oratione elegantissime adeo vt Odam *de Christi Passione* Vrbanus VIII. qui eius generis carminum summus artifex erat, cum inspexisset, non solum laudauerit, sed modulatori modos construendos mandauerit, qui canerentur in Templis. Scripsit *de Sponso Deiparæ Iosepho.* Plura inchoauit, sed nil absolutum reliquit, quorum Princeps illud erat opus, in quo Sapientis Regis præcepta exposuit ita distributum, vt regni declararet initja sub Saule, qui illud fundauit, sub Dauide qui stabiliuit; sub Salomone qui conseruauit: sub Roboam, qui perdidit.

De Regum Vnctione alterum opus adornauit.

Vnum ei vitium, quo omnes fore laborant viri Principes, vt & ipsi alicui obediant & pene seruiant. Iuuenem enim habebat a cubiculo, cuius imperio cuncta fere regebat, & multis aureorum millibus illum donauerat. Canonizationi subscripsit S. Ignatij Loyolæ.

De eo lege Iacobum Fuligatum, & Syluestrum Petram Sanctam *in vita Card. Bellar.* Andream Victorellum in *Iordano Vrsino.* Gabrielem Pennotum, qui ei Historiam inscripsit Tripartitam, Ludouicum Donium d'Attichi *in floribus Cardinalium.*

53. *Dies nostri quasi vmbra super terram, e nulla est morte.* 1. Psal. 29.



Matthæus Priolus patritius Venetus; Antonij Venetorum Ducis filius Romam accersitus a Paulo V. Cubiculo adscribitur Pontificio, inde die 2. Decembr. 1615. Diaconus Card. demum Presb. tit. *S. Hieronymi Myricorum*, comitijs adfuit Gregorij XV. à quo translatus ad titulum *S. Marci*, cum corpore robustissimus longeuam sibi promitteret vitam, contabuit in purpura, vnde Annum agens 47. die 3. Idus Martij 1624. Romæ apud S. Marcum decessit, ibidem tumulo exceptus temporario, cum sequenti inscriptione.

Ossa Matthæi S. R. E. Card. de Priolis
Maria de Priolis & Leonardus Pisaurus
D. M.

D. M. Procurator
Coniuges & Nepotes posuere
An. Dom. M.DC.LVI.

54. ***Argentum & aurum non est mihi : quod autem habeo, hoc tibi do.*** Act.9.



SCipio Corbellutius Viterbiensis, eodem die natus, quo eius parens gestiente vrbe Consulatum inijt; Romam missus in Collegio Nardino adoleuit sub cura Patrum Soc. I. Inde Laurea ornatus Iurisprudentiæ, Duce Hieronymo Bernerio Card. Asculano, in caussis cognoscendis operam nauauit. Eruditionis studiosus antiquæ, & historicæ indagator veritatis cum viris illustribus semper colloquia miscens, famam quærens & aulam, quidquid scribebat, continuo typis dabat, quibus viri docti nomen collegit. Orationem habuit ad Clementem VIII. die prima Quadragesimæ, luculentam quidem, sed quam minime actio commendaret. Etenim voce gestu nihil valebat, statura pusillus, corpore gracilis, vultu inelegans, oculos tantumodo viuaciores tenebat, qurum lumen decus quoddam & maiestatem conciliabat. Opinio accedebat doctrinæ & probitatis, qua Card. Arrigonium primum Pauli V. ministrum sibi conciliauit quo interprete *Breuibus* præfectus, hoc munere aditum sibi parauit ad purpuram. B Diaconus itaque primo dictus Cardinalis die 19. Septemb. 1616. dein Presbyt. *S. Susannæ*, ac Bibliothecarius Apostolicus honores ea modestia subijt,. quamuis longo Principum vsu, ac bonarum artium gloria prænobilis, vt qui plures Annos Pauli V. ab epistolis fuerat; vas nullum haberet argenteum; plura vero tunc sibi, occasione suæ promotionis, donata, doleret Apostolicum illud amplius vsurpare non posse. ***Argentum & aurum non est mihi.*** Ad hoc porro fastigium euectus, vitæ sanctimoniam, victu cultu cæpit diligentius co- C lere, præclaris hominum ingenijs studere, eorum inopiam collatis stipendijs subleuando, ad honores promouendo, quasi parens filiorum vrgeret fortunam. Domum eius quasi Sapientiæ Sacrarium se recipiebant quotquot de litteris meriti, quorum sermo vel de Fide propaganda, vel de captiuis redimendis; vnde centennos quotannis aureos summitebat ad Pannones in eorum subsidium, qui Turcica præmebantur seruitute. Episcopo ab Oriente in Vrbem delato, atque ad suos redeunti Sacram suam donauit Supellectilem, in D quam mille quingentos nummos insumpserat, quãuis tenuis redditibus fultus paupertatem etiam in purpura coleret. Cardinalis factus ita diligens sui corporis custos euasit, vt qui antea hyeme & summa æstate totam Vrbem percurrere solebat, postea æstate media, caloribus maximis, nullo ne leuis quidem auræ sibilo obstrepente, lectica ferri pateretur aperta. Iam senex, vitæ præsentiens finem mortalis, Cassinensem, & Lauretanam peregrinationem religiose peregit. Lethali vlcere in bracchio tentatus, cum Medicus sine acerbissimo dolore secari haud posse prædiceret i summa animi fortitudine bracchium obtulit dicens: ***Seca, vt lubet; nam Christi Martyres multa his acerbiora, atque grauiora sunt perpessi.*** Moriens duobus se plurimum debere protestatus, Paulo V. qui purpura eum ex numero hominum segregauerat: & Scipioni Card. Burghesio, cuius artibus, spe fuerat deiectus Summi Pontificatus. Romæ obijt die 29. Iu- A nij 1627. ætatis 62. eius in funere, perorante Angelo Gallutio Soc. I. Hæredem ex asse scripsit Collegium Societatis Viterbiense, & nobili donauit Bibliotheca, quamuis multos haberet Cognatos. Sepultus iacet apud S. Susannam cum Epitaphio.

Ossa
Scipionis Corbellutij Card. S. Susannæ.

Ibidem Elogium legitur positum a Collegio Viterbiensi.

D. O. M.
Scipioni Cobellutio Viterbiensi S. Susannæ Card. Bibliothecario
Ecclesiæ dignitatis, libertatisque retinentissimo
In quem hoc Elogium Roma consentit.
Literis conciliatricibus Purpuram adeptum esse
Perpetuo Literatorum patrocinio
Gratiam literis reddidisse fructum potentiæ
Opportunitate benemerendi de pluribus æstimasse.
Obijt An. Dom. M.DC.XXVII. *Ætat.* LXII.
Collegium Viterbiense Soc. Iesu Testamento hæres posuit.

Comitijs adfuit Gregorij XV. & Vrbani VIII. cum quo subscripsit Canonizationi S. Ignatij.

De eo lege Laurentium Pignorium, qui librum ei inscripsit *de Seruis*. Iustum Ricquium, qui *de Capitolio*. Literas Tolomæi. Hieronymum Menghium *de virtutib. Theolog.*


55. ***Qui diligit Deum, diliget & fratrem suum.*** Ioan. 1.



FRanciscus Roias de Sandoual Hispanus Dux Lermæ, Francisci filius ex Isabella Borgia, primus Philippi III. Regis Hispaniarum minister coniugem duxit, filios procreauit, eaque mortua, Cardinalis assumi voluit die 19. Septemb. 1616. & Dux Lermæ nuncupari. Romam cum nunquam venerit, nec titulum habuit, nec pileum. Vallisoleti obijt 17. Maij 1625. Hispaniarum director cum magnas congregasset diuitias, earum magnam partem in Dei cultum impendit, pluribus restitutis virorum & fæminarum cænobijs, vel à fundamentis extructis. Ecclesias quàm plurimas exornauit;

nauit: Accademiis Salmaticensi, Valbicaletanæ, Complutensi in annuos redditus, nouem supra viginti illa aureorum assignauit.

36. Delitiæ meæ esse cum filiis hominum.
Prouer. 8.



FErdinandus Austriacus Philippi III. Hispaniarum Regis filius ex Margarita Austria, natus die 16. Martii 1609. statim ac natus a Margarita matre, Augustissimæ Cælorum oblatus Reginæ, adhuc puer A huius ope ex morbo conualuit mortali. Lacte enutritus virtutum, & numeris omnibus Princeps absolutus, ita ætate adoleuit atq. sapientia; vt non solum Hispaniæ sed Orbis terrarum ob suam affabilitatem, modestiam, deliciæ diceretur, omnium in se alliciens admirationem. Anno completo ætatis suæ decimo, die 19. Septemb. 1616. a Paulo V. Diaconus dictus Card. *S. Mariæ in Porticu*, annulum, pileum, titulum a Papa transmissum absens recepit. Id exigente Familiæ altitudine, meritis, Regia Maiestate, pietate, ipsiusq; Ferdinandi modestia, candore, probitate; insuper Apostolici Collegii dignitate, B cui nil honorabilius accidere poterat, quàm & tanti Regis filius, Cardinalis Infans nuncupatus Toletanum administrauit Archiepiscopatum, cum munere Legati Apostolici, in Lusitania, accepto suæ promotionis nuntio, illico Titulo suo S. Mariæ in Porticu scuta assignauit tercenta ex redditibus sui Archiep. Tolletani, annuatim exigenda a Patribus Matris Dei, qui illi Diaconiæ inseruiebant. Mortua Isabella Clara Eugenia amita sua Belgii Gubernatrice, gubernacula ipse suscepit nomine Philippi Regis. Hinc ex Hispania Italiam appulsus Mediolani aliquandiu substitit; inde collecto milite, Thoma secum ducto Sabaudo, in Belgium venit, & C pugnæ adfuit Nordlinganæ, qua fuso ad internecionem Sueco, victoriæ Cardinalis magnum attulit incrementum, vt ex trophæo a militibus inscripto teste Io: Bap. Vosi.

Principis inuictissimi Pannonici, Romaniq; decus ostri.

Cardinalis Ferdinandus Austriacus
Regum Hispanorum filius, frater, nepos

Caroli V. Cæsaris Pronepos.

Et Rex Vngariæ Ferdinandus Ferdinandi Cæsaris filius D
Fratres patrueles, Pii, Felices, Augusti
Gothici Maximi, Germanici Maximi
Prore Romana, pro nomine Austriaco Duces Auspicatissimi
Ad Nordlingam, ducem perduellium Vaimarum fidentem numero militum
Signaq; noctu audacius inferentem strenue repulsum
Cæso prope ad internecionem exercitu, versumq. in fugam
Iunctis hic profligauere auspiciis, iunctis fascibus.
An. Sal. Hum. CIↃIXXXIV.

Effigiem Cardinalis habes in nostra *Aquila Austriaca lib. 49. c. 2. n. 211.* Hinc in Belgium secedens, eo exceptus est gaudio, vt totius Orbis Monarchæ, triũpho maiori Belgæ occurrere non valerent. Lege Guillelmum Becanum *de Triumpho Ferdinandi*: quo Lectorem remitto, ne actum agam. Clauo potius in Picardiam armatus irruit, expugnatisq. non parui nominis municipiis, Parisios vsq. terrorem late circumtulit. Anno 1638. amissa Breda, Velonas primo, dein Ruremundam intercipit, & duarum vrbium accessu, vnius damnum restaurauit. Gallorum etiam propugnaculum non procul Antuerpia cum occupassent Batavi, duce *Vuilhelmo Comite Nassouio*, vt ibi figerent belli sedem; Hispani duce Ferdinando, collectis vicinis præsidiis, nil tale opinantibus Batauis, maiori vi ac numero priusquam illi defensionem colligerent; inuadunt, fugant, aquis demergunt, captis eorum 2500. cum 80. nauigiis, vexillis 45. tormentis 19. annona & militari apparatu. Hollandorum cladem auxit mors *Mauritii* filii Comitis Guillelmi Nassouii. Famæ iste auidus cum in Hispanos acrius prouectus esset, primo captus & in fidem receptus vbi suos resumptis viribus nouam vidit in hostem impressionem facere, elabi tentans, tribus glandibus traiectus interiit. Superos necem maturasse creditur. Pridie namq. occumberet Mauritius, Deiparæ Vrbis Antuerpiensis Tutelaris imaginem, quæ in Calloano templo colebatur, ignibus tradi cum proximis imaginibus S. Petri & Pauli, impie iusserat. Ex tantis laboribus febri contracta Ferdinandus, intra bimestre consumitur Princeps optimus, Religiosus, cuius affabilitate rapti Belgæ nomen propugnarunt Hispanum. Morti proximus ad conspectum Deiparæ Virginis Silueducensis, animum firmauit ad mortem, feliciterq; Bruxellis abiit die. 26. Nouemb. 1641. postquam Fratris nomine, Belgio præfuisset ProRex, Annos septem magna sapientiæ ac fortitudinis fama, Anno ætatis 32, De eo Io: Vincartius *lib. 3. de cultu Deiparæ.*

Dicitur Austriades, quum raptum Belgia luget.
Extremum fati sic subiisse diem,
Scilicet Hispanis dum Cingitur Aria castris.
Et patitur longas obsidione moras.
Ceperat hunc febris; sisti iubet ergo Mariæ.
Effigiem: ante oculos sistitur illa suos.
Crescit amor visu, pariter fiducia crescit.
At mala purpuream Parca premebat opus.
Membra labant: stabat maior tamen ipse periclo.
Austriacis virtus qualis inesse solet.
Ergo actum est Genitrix, ergo defungitur inquit.
Vt lubet, at vixi qualis, & vsque tuus.
Debeo primo tibi, debebimus vltima mater,
Sic melior cœpti finis amoris erit.
Desiit in lacrymis, lacrymæ decuere cadentem,
Venturi faustum funeris omen erant.

In eius honorẽ Carolus Bossus Lunã erexit in symbolum

bolum secedentem a Sole; adiecto lemmate, *Clara potensq;* recessu vt Ferdinãdi maiestatẽ exprimeret; cũ ab Hispania in Italiam secedens & Belgiũ, longe a Rege Catholico radios suæ virtutis expandit, quæ iuxta Regem obscura iacebat.

Cadauer Bruxellis depositum ad S. Gudulam, in Hispaniam postea relatum, regio quiescit in tumulo, cum inscriptione ei posita a Io: Bap. Vrsi.

Ferdinandus Princeps Card. Austriacus.

Germanorum Cæsarum, Regum Hispaniorum, par
Auis, Proauisq. proles.
Maturus consilij adolescens, nulli cupiditatum obnoxius, A
Quem vnus Ara, vnus fratris tetigit honos Ephebum

Ex Ephebis.
Gladium strinxit impigre, sed in loco
Bellator acerrimus, Victor mitis
Fortunam sibi seruire coegit Bellicam.

Fortunam Ciuicam.

Quo res cumq. tulit, suis tulit alis Victoria.
Belgium Romano Germanoq. Cæsare

Cæpit celerius, rexit humanius.
Fasces & secures beneuolentia stipatus popularium,
Indices habuit Imperij, non vindices.
Æquataq. superioris Æui fama.
Septem super triones, alta iecit fundamenta Gloriæ.
Cœlumq. noua reserauit indole,
Pudicumq. Iouem, paciferamq. Palladem
Beneficumq. Herculem, æquumq: ferens gladio Martem
Obsequium Deo, otium Terris
Bella sibi, supera quæsiuit Fratri.

Profunda cordis demissione pius erga Deiparam Virginem, non solum pro eius immaculata Con- C
ceptione literas dedit ad Gregorium XV. Vrbanum VIII. sed Bruxellis in templo Eremitarum, instituta sodalitate *Mancipiorum* B. Virginis, se se propria manu subscripsit, *EL Cardenal Infante esclano de la Vergen Maria*. Calloanam victoriam tutelæ referens Deiparæ, incendium cum eius narrabat imaginis, & lacrymis non abstinebat, & audientibus excitiebat. In Parochiali itaq. Calloana, imagine restituta Deiparæ, epigraphem inscripsit sequentem.

S. Maria de Victoria,

Ob liberatam mirabiliter Calloam
Libera seruitute sibi mancipatum
Ipsum Hæreticorum triumphatorem Ferdinandum
Eiusq. fideles subditos triumphans,

Victus cecidit Hollandus
Qui cecidit Ferdinandus
Virgini dat gloriam;
Vt hanc sæpe possit dare,
Tuq. Virgo triumphare
Ipse da victoriam.

De eo lege Aquilam nostram Austriacam. Io: Marianam, Emanuelem Sa, Petrum Lansellium in notis ad Bibliam sacram, & Io: a S. Stephano in synodo Brundusina.

Elogium habes ei positum in arcu triumphali a Genuensibus, cum eo diuerteret.

Ferdinando Austrio.
B *Regia Fratris potestate*
Exercitus, Classes, Terras, Maria, Bella, Pacem regenti
Ex. Sen. Con.
Quorum Religioni parum fuerat Catholicam fidem,
In tota Hispania firmasse
Eademq. lata quasi Maiestatis diuina lege sanxisse,
Quorum Magnitudini dimidiatus suffecturus non erat
Mundus:
Integer detegatur.
Ferdinando Austrio.
Sacra potestate æque ac Natalium prærogatiua,
Virtutis præstantia, morum suauitate animis imperitanti
Ex Sen. Con.

Mediolani etiam in arcu triumphali legebatur
Seren. st. Infanti Ferdinando Austriaco S. R. E. Cardin.
Archiep. Toletano, Hispaniarum Primati
Quod suo in Insubriam aduentu,
Populus in spem integræ felicitatis erexerit
Ciuitas Mediolanensis
Boni ominis & obsequij Monumentum.

Diaconi Cardinales.

57. *Recedite a tabernaculis impiorum, ne forte inuoluat vos malum.* Num. 16.



LVdouicus de Nogareto Ioannis Ludouici de Nogareto & Margaretæ Foxiæ Comitissæ de Candale filius, cuius duo fratres, natu maior Henricus Flussas dux Candalii, materno cognomine, secundum pacta matrimonialia: natu minor Bernardus dux Valettæ qui vxorem duxit Gabrielum nothami Henrici Magni Regis, natus die 8. Februarii, 1593.


D Abbas Ludouicus Grandis Syluæ in diæc. Tolosana, & S. Victoris Massiliensis, & S. Melanij Rhedonensis, & D. Saturnini Tolosæ; Archiepiscopus Tolosanus Francisco resignante de Ioyesu, Cardinalis eligitur a Paulo V. paulo ante obitum, XI. Ian. 1621. Cum autem dubitaretur quo in ordine Presbyterorum, quia Archiepiscopus; vel Diaconorum, quia nondum Presbyter esset consecratus? Romam adeunti titulus datur *S. Adriani* Diaconis dari solitus, vbi duos Annos transegit, in Galliam

redux

redux An. 1625. Magna inter eum & Canonicos Tolosanos orta controuersia, quòd Capituli esse dicerent regimen diœcesis tam in spiritualibus, quàm in temporalibus, quia Ludouicus conditiones non impleuisset præscriptas a Pontifice in diplomate Archiepiscopatus, quarum primaria erat, vt Sacerdos initiaretur Anno ætatis suæ 25. præcipiti ausu Archiepiscopatum Canonici declarauere vacantem; quo non obstante, quinquenii prorogationem obtinuit Cardinalis à summo Ecclesiæ Pastore. Iustè? Deus scit, & homines non ignorant. Torque aureo donatus a Rege, & Commendator adiunctus An. 1623. Dux Regii exercitus in Germania & Metensi Prouinciâ, Vrbis & arcis Gubernator Metensis, cui parens præfuerat Espernonius; Regii iterum exercitus Dux munitissimam Prouinciæ Cameracensis in inferiore Germaniâ vrbem Landrecium a Ferdinando Gonzaga nomine Caroli V. An. 1544. frustra obsessam, Candalii Duce fratre comite expugnauit cum aliis oppidis. Denique in Italiam missus, ditionem propugnauit Caroli Emmanuelis ducis Sabaudiæ, armis magis quàm litteris deditus licet in Theologicis subtilissimus esset & solidissimus. Tolosæ eo sedente, Carmelitæ habuere locum Anno 1616. Tertiariæ 1620. Benedictini Reformati congregationis S. Marci 1622. Eulienses 1623. Comitiis cum interfuisset Parisiensibus Anno 1614. & Cleri Gallicani Burdegalæ, Anno 1621. ac Lutetiæ. 1625. Riuolæ morbo correptus, secundo ab vrbe Taurinensi lapide, vita migrauit die 28. Septemb. 1639. Cadauer in Galliam relatum ad D. Saturnini templum deponitur, patre postea iubente Expernonio, Cadiliaci, sepulturæ traditur. Parentarunt ei Vitalis Theronus: Io: Samblacatus: Vincentius Rothomagensis religiosus tertiarius S. Francisci. Henricus Auberii: Antonius Canut: Petrus Possinus: pluresque alii Poetæ quorum carmina collecta loquuntur studio Caroli de Montchal eius successoris in Archiep. Tolosano.

De eo Frizonium, Amydenum; Bernardum de la Rocheflauin in præfatione operis *de Parlamentis*. Sic Iacobum Maranum *in Paratitla Digestorum*. Ludouicum Meratium *to. 2. in D. Thom.*


58. *Quamdiu fecistis vni ex fratribus meis minimis, mihi fecistis.* Matth. 25.



AVgustinus Spinula Genuensis, Ambrosii Spinulæ Bellici Imperatoris clarissimi filius, natus die 21. Maii. 1595. inter ephebos adoleuit Hispaniarum Regis, literis apprime addictus, celebris exiit Canonista atq. Theologus, Rege exposcente Philippo III. Diaconus Card. præficitur ecclesiæ *SS. Cosmæ & Damiani*, die 11. Ianuarii 1621. Lingua Balbus, quamuis medio sermone hæsitaret, in Congregationibus tamen Romanis doctrinam ostendit, atq. pietatem. Ad sedem promotus Tortosæ, mox ad Granatensem, inde ad Compostellanam, demum ad Hispalensem, triennio præfuit semper valetudinarius. Sacro in fonte Infantem abluit Regis Hispaniarum, ob pietatem singularem adhoc selectus. Episcopus namq. Hispalensis triginta scutorum millia inter pauperes annuatim distribuebat; detractisq. pro alimonia familiarium expensis, reliquum pauperibus erogabat. In familiam nullum detractorem admisit, non impudicum non vinolentum, omnes clericali habitu & tonsura venerabiles, quorum singuli curam gerere possent animarum. Ipse vel D. Patrum lectioni, vel precibus intentus, flagris sæpissime in se seuiens vsq. ad
A sanguinem, vt particeps fieret passionis Redemptoris. Hispali moritur die 12. Februarii. 1639. familiæ Spinulæ parte Villæ relicta, quam possidebat ex dote materna. Reliquum quamuis exiguum pauperibus legauit, quibus hæreditatem distribuerat viuens.

Eius memoria in præfationibus Gasparis Sanctij *in libros Regum*; & Antonii Quintanaduegnas *in Theol. Morali.*

59. *Perditio tua ex te Israel: tantummodo in me auxilium tuum.* Oseæ 13.



B MAuritius Sabaudus Taurini natus quinto Idus Ianuarii. 1593. patre Carolo Emanuele Sabaudiæ duce, matre Catharina Austriaca, fratribus in Hispaniam euocatis a Philippo IIJ. auunculo, ipse quartogenitus domi relictus, Anno Sal. 1607. ætatis suæ decimo quinto, die 10. Decembris, inter Cardinales assumitur à Paulo V. inde Abbatias S. Michaelis Clusini, S. Benigni Fructuariensis, Casæ Nouæ, S. Stephani Eporediensis præter eas, quæ in Sabaudia, & Gal-
C lia consecutus est. Præceptore vsus Iacobo Gorla, studia quæsiuit more Principum. Literatos tamen amauit, fouit. Anno ætatis XX. vices patris Nicææ gessit summo populorum plausu, instituto Canonicorum sæcularium Collegio, in Abbatia Fructuariensi. Sub Gregorio XV. Romam venit regio exceptus honore. Post obitum Gregorij XV. Gallorum protector omnem mouit lapidem pro assumptione Maphæi Barberini, qui maximam suæ assumptionis partem profitebatur.

Arma etiam Cardinalis non abhorruit. Anno Sal. 1616. iubente patre, Hispanis occurrit cum quatuor phalangibus, ne Padum traycerent, con-
D sertaq; manu præualuit. Maiorem vitæ partem Romæ insumpsit, vbi fastu Regali dominabatur in Clero, vt cum ad aulam accederet, ducentis curribus associatum videres, cum innumeris equitum præeuntiũ turmis, ditissimis vestibus superbè nitentiũ. Longa itinera pro domus suæ beneficio suscepit; Lutetiã Parisiorum bis, Anno primum exeunte 1618. vbi coniugium Christinæ Regis sororis cum Victorio fratre pactus, quamuis contradicente Hispano, pecunia etiam aulicis Galliæ corruptis, ne Chri-

stina nuptias iniret cum Sabaudo. Eas ergo Anno sequenti, qui fuit Salutis 1619. magno apparatu celebrauit. Anno 1630. Carolo genitori iusta soluit, qui alternantis fortunæ ludibrio impetitus fato cessit cum armis inuoluere Orbem meditaretur Christianum, conciliatis sibi pluribus Mediolanensium magnatibus, in quos primo Vere irrupturus erat, quorũ nomina moriens flammis absumpsit vnà cum siglis, ne posteris innotescerent. Plures reliquit filios, quorum primogenitus Victorius illicò cum Gallis conspirans, cis Pinarolio permisso cum vallibus clauem irruentibus dedit Italiæ. Assumpsit postea titulum Regis Cypri, vt pari passu incederet cum Cardinali Hispaniarum Infante, qui in Italiã venerat, vt Ligures cũ Sabaudo reconciliaret. Principibus minùs adprobantibus, quòd Victorius ob vltro permissas Gallo claues Italiæ existimationẽ reparare conaretur titulo vanido illius Regni quod Turcæ possidebant. Anno 1635. irruentibus in Insubriam Gallis manus dedit inuitus, quod vndiq. pressus Pinarolio & Monferrato, quò se verteret, ignoraret. Gallis itaq. nomine iunctus, Hispanis voto, istis molestus apparuit, illis inutilis: Dum enim arma tractat labore vel veneno consumptus, relictis duobus filiis masculis vltra tres fœminas, quarum tutelam assumpsit Christina mater, reclamantibus Mauritio Cardinali & Thoma patruis. Nouo namq. luctu, abrepto Hiacyntho Caroli primogenito, Carolus natura minus fortis in spẽ successionis erigebat Mauritium. Is Roma illicò secedens inuito etiam Pontifice, qui specie Legationis à bello euocare tentabat, ad limina venit Sabaudiæ, lege tamen Viduæ regnatricis accedere prohibitus, ad Ligures abiit, Hispanos inuocans, quorum manu suffultus Anno 1639. Mediolani cum Thoma fratre communicatis consiliis, conuenere: vt Vrbes, oppida quæ sponte cederent Principes Mauritius & Thomas occuparent: quæ armis expugnaretur, Hispanus custodiret. Ita datum, vt Hispanus Sabaudiam populatione, auxilio Galli lacerarent. Cæsar ipse ab Hispanis excitatus nullo declarato Victorii ducis testamento, pupillis Mauritium & Thomam tutores assignauit. Breui tamẽ ex calamo ad capulũ: cingulo militari Cardinalis præcinctus irruit aduersus viduã, forte nõ improspera, pluribus nãq. occupatis oppidis ipsum expugnauit Taurinum, nuptias cogitans, cum nepte Maria Ludouica natu maiore filia Victorii Ducis fratris defuncti, ea conditione, vt Villam Francam cum nonnullis oppidis regeret independenter, & à Christina arcanorum omnium, particeps fieret. Deposita itaq. purpura, Anno exeunte 1642. nuptias celebrauit, non sine Inconstantiæ nota quòd aliàs purpuram deposuisset, vt seruum se ostẽderet Virginis Mariæ, cui vt intimum profiteretur cordis obsequium, vnà cum præcipuis aulæ proceribus in publicum apparuit abiecta purpura, rudi amictu, catena obuolutus.

Diaconus Card. Canonizationi subscripsit S. Ignatij de Loyola cum Vrbano VIII. hisce notis ✠. *Ego M. S. Eustachij* Diac. Card. de Sabaudia. Diaconiam suam picturis ornauit. Sacrarium S. Mariæ in Via lata pretiosa ditauit suppellectile, vnde grati Canonici sequens ei posuere elogium.

Sereniss. P[illegible] Mauritio a Sabaudia
Hu[illegible] Tit. [illegible] Card.
Qui Regum [illegible] Regia liberalitate
P[illegible] exemplo
Pretiosiss. [illegible] instruxit
Et Ecclesiæ maiora [illegible] ornamenta meditatur.
Canonici
Æternum statuunt Gratiæ, & Honoris monimentum
An. Sal. M.DC.XXXVII.

Vice Cancellarij S. R. E. sub Paulo V.

ALex. de Monte alto Card. Diac. S. Laurentij in Damaso.

GREGORIVS XV. R. P. CCXXXVI.

GRegorius XV. Electus die 5. Idus Februarii. 1621. Obiit die. 8. Iulii. 1623. Eius adfuere comitijs

Episcopi Cardinales.

1. Franciscus Sfortia Ep. C. Tusculanus ex Greg. VIII.
   Sixti V.
2. Antonius Saulius Ep. C. Ostiensis S.C. Collegij Decanus.
3. Benedictus Iustinianus Ep. Portuen.
4. Franciscus Maria ex Marchionibus Montis S. Mariæ, Ep. Prænestinus.
5. Alex. Perettus de Montealto Ep. Albanus V.C. S.R.E.
6. Petrus Adobrandinus Ep. Sabinus. Ex Clem. VIII.

Pre-

Presbyteri Cardinales.

7 Odoardus Farnesius Prior Presbyterorum. Ex Greg. XIV.

Ex Clem. VIII.

8. Octauius Bandinus P. C. tit. S. Laur. in Lucina.
9. Bartholom. Cæsius S. Mariæ Transtyberim.
10. Bonifac. Beuilaqua S. Petri ad Vincula.
11. Robertus Bellarminus S. Praxedis.
12. Io: Bap. Detus S. Marcellini & Petri.
13. Dominicus Ginnasius de Castro Bononiensi S. XII. Apostol.
14. Antonius Zapata S. Balbinæ
15. Carolus Madrutius S. Cęsarei,
16. Io: Delphinus S. Marci.
17. Iacobus Sannesius S. Stephani in Cælio Monte,

Ex Paulo V,

18. Scipio Burghesius S. Chrysogoni,
19. Maphæus Barberinus S. Onuphrij.
20. Io: Garsias Millinus S. quatuor Coronatorum
21. Marcellus Lantes S. Quirici & Iulitæ.
22. Michael Angelus Tontus S. Bartholamæi in Insula.
23, Fabritius Verallus S. Augustini.
24. Io: Bap. Lenius S. Cęciliæ,
25. Decius Caraffa S. Io. & Pauli.
26. Dominicus Riuarola S. Siluestri & Martini in montibus,
27, Io: Bonsius S. Clementis.
28. Philippus Philonardus S. Mariæ de Populo.
29. Petrus Paulus Crescentius S. Nerei & Achil-
30. Iacobus Serra S. Mariæ de Pace.
31. Fr. Augustinus Galaminus S. Mariæ in Ara Cęli.
32. Gaspar Borgia S. Crucis in Hierusalem.
33. Fr: Felix Centinus S. Laurentii in pane & perna.
34. Robertus Vbaldinus S. Pudentianæ.
35. Tiberius Mutus S. Priscæ.
36. Iulius Sabellus S. Sabinæ.
37. Alex. Ludouisius S. Marię Transpontinæ in Papam nomine electus Greg. XV.
38. Ladislaus Aquinas S. Mariæ super Mineruam.
39. Petrus Camporeus S. Thomæ in Parione.
40. Matthęus Priolus S. Hieron. Illyricorum.
41. Scipio Cobellutius S. Susannæ. Bibliothecar.
42. Petrus Valerius sine titulo.
43. Iulius Roma sine titulo.
44. Cæsar Gherardus sine titulo.
45. Fr. Desiderius Scaglia sine titulo.
46. Stephanus Pignatellus sine titulo.

Diaconi Cardinales.

Ex Clem. VIII.

47. Andreas Perettus de Montealto D. C. S. Eustachii.
48. Alex. Estensis S. Mariæ Nouæ.
49, Carolus Pius S. Nicolai in carcere.

Ex Paulo V.

50. Aloysius Caponius S. Angeli in foro Piscium.
51. Carolus Medices S.M. in Dominica.
52, Alex. Vrsinus S.M. in Cosmedin,

Cardinales creati a Gregorio XV.

1, *Nemo carnem suam vnquàm odio habuit, sed fouet ac nutrit eam*. Ephes. 5.



LVdouicus Ludouisius Bononiensis, Horatii Comitis filius ex Lauinia Albergata, Gregorii XV. ex fratre nepos; Nicolai Venusiæ ac Plumbini Principis; & Hippolytæ Rossani Principis, Ducissæ Bracciani frater, Bononiæ natus die 22. Oct. 1595. emensis literarũ studiis, V, Signaturę Referendarius, patruo in Bononiensi subrogatur Archiepiscop. dein 15. Feb. 1621. promotione prima P. C. tit. *S. Mariæ Transpontinæ*, S.R.E. Camerarius, Legatus Auenionensis, Breuium Signaturæ præfectus, plurium ac nobilium Abbatiarum ad saeietatem Commendatarius, Sabaudiæ, Hiberniæ Protector senescentis patrui Pontificatum, iuste & honeste administrauit. Die a Patrui assumptione in Pontificem tertio Cardinalis assumitur non sine murmure; quod Papa prius de familia cogitaret, quàm de Ecclesia. Excusat tamen senectus, qua vrgente curam omnem imperij nepotibus permisit vnde Ludouicus inscio Pontifice, cuncta peragerer, institutis adhoc in Vaticano, virorum Accademiis, quibus otiosus Pontifex occuparetur. Erant Accademici [vt notauimus *in vita Gregorij XV*.] loco Oratorum & Principum, quos integra quandoq. hebdomada Papa non alloquebatur, neq. videbat. Solo biennio Pontificatus propterea immensos congregauere thesauros, & ex priuato nobilium gradu ad ditissimos Principatus conscenderunt; plebe mi-

ne

me offensa Romana, quam iustitia placauit & abundantia panis, & pacis: vnde viuo non insultauit, nec mortuo, Rempublicam hercle non perdidit familia imò in caritate charitatis studiosa, annonæ copiam etiam agrorum sterilitate sæuiente subministrauit; vrbē ipsā honorificentiorē excitatis ædificiis reddidit & pietati hospitia parauit. Templū primo occurrat augustissimum D. Ignatio Sacrum; cuius primum lapidem Ludouisius ipse Cardinalis in fundamentis posuit, sequentibus notis incisis in prima facie.

Ludouicus Card. Ludouisius S.R.E. Vice Cancellarius
Templum iacto ab se primo lapide fundauit
IV. Non. Augusti. An. Salutis. M.DC.XXVI.

In altera eiusdem lapidis facie

Erit lapis iste in signum meæ erga S. Ignatium,
Eiusq. Ordinem pietatis.

De huius Templi apparatu relationem habes typis datam ab hæredibus Bartholomæi Zanetti, in qua sequentia leguntur de Card. Ludouisio.

Quas hic famulari agmine Artes circumspicis,
Ludouice Card. Munificentissime
Tibi fabricanti molem Ignatio, operam locant
Æmulatura in Terris Templum
Quod non humana decempeda fabrefactū Patruus tuus
Greg. XV. P. M.
Ignatio apud Superos patefecit
Quodque tibi totidem in Cœlo artifices
E Diuinæ mentis Idea par tuis virtutibus moliuntur
Ludouicus Card. Ludouisius S. R. E. Vice Cancellarius
Ignatio.
Cui Greg. XV. P. M. patruus Sanctorum cultu decreuit
Colendo templum extruxit. An. Dom. MDC.XXI.
Pietas
A S. Ignatio multis Romæ fundatis operibus ædificata
Fundatori suo.
L. Ludouisij S.R.E. Card. ViceCancelar. manu domū ponit.
An. Dom. MDCXXVI.
Ludouicus Ludouisius S. R. E. Card. Vicecancell.
Templum
Ad Collegium omnium Nationum Seminarium
S. Ignatio
De Nationibus omnibus benemerito erexit
Anno Dom. MDCXXVI.
Ludou. Card. Ludouisius S.R.E. Vicecancellarius
S. Ignatij Templo
Vbi Patruus Gregorius ad sapientiam adoleuerat designato
Illi ex hoc gloriam
Huic ex illo suffragium quæsiuit.
Lud. Card. Ludouisius S. R. E. Vicecancellarius.
Templo Ignatij Sanctimonia
Ad Romanā Accademiā excitato magnū literis adiumētū,
Ab opportunitate Pietatis adiunxit.
Anno. Salutis MDCXXVI.

Moriens Cardinalis inchoctum iam templum, absolui mandauit in suo testamento, quod sancte impleuerunt Heredes, præcipue Nicolaus Cardinalis frater, vt ex sequenti inscriptione posita supra fores Templi.

Lud. Card. Ludouisius S. R. E. Vicecancell.
In honorem S. Ignatij Societatis Iesu Fundatoris
Quem Greg. XV. P. M. patruus inter Sanctos retulerat
Templum hoc a fundamentis extruxit.
Nicolaus Plumbini & Venusiæ Princeps frater
Aperiendum curauit auspicys
Innocentij X. P. M. Annum Iubilæi. MDCL.
Sanctissimè celebrantis.

A

Collegium etiam Romæ Instituit Hibernum cum annuis redditibus, ad instructionem iuuentutis Hibernæ non tam in scientiis, quàm in Religione Catholica. Vnde in foribus Collegii occurrit epigraphes.

Collegium Ludouisianum.

Plura in eius laudem collecta sunt carmina, elogia typisq. data Sal. An. 1628. inter quos Henricus Chisellius. Matthæus Caryophilus Archiep. Iconensis libro *Noctes Tusculanæ*, de eo sequenti lusit epigrammate.

B

Agmen aptum tenero quibus olim insederat ori
Index eloquij dulce fluentis erat;
Agmina tu diuum geris ore, & pectore toto,
Et maiestati gratia mixta nitet.
Est in fronte pudor, charites duo lumina cingunt
Et Maia genitus totus in ore sedet.
Vt spetie imperio digna Ludouisius heros,
Hermes Passionis non Ludouice fores,
Sed quale ingenium dederat natura creatrix,
Talis, & ingenitis conspicerere notis.

Eidem.

C

Flos viget ætatis, sed cano in pectore virtus
Tanta est, sis impar vt Ludouico tibi.
Te minor ætate es, maior virtate senili;
Et minor, & maior maximus esse potes.
Quid superest? crinum vinctus vt Nestoris annum
Et fias vni par Ludouice tibi.

In vitæ periodo visus Gregorius habenas repetere Pontificatus togatus namq. a Card. Ludouisio noua Cardinalium promotione, numerum supplere vacantem, absolute negauit, quasi metu solutus non amplius nepotem timeret, sed mortem: præuidebat enim nepotem, futuri Pontificis parare electionem, eiusq. arbitrium sibi accomodare; si ipse nouos Cardinales assumeret: propterea ne homini atribueret, quod Dei erat, negauit constanter. Defuncto Gregorio, comitiis adfuit creandi noui Pontificis, in quibus digna suo expediuit ingenio, creandoq. Vrbano VIII. contulit suffragium, sub quo varia fortuna iactatus vitam transegit in regimine ecclesiæ suæ Bononiensis. Nuptias cum dessignasset neptis suæ cum Virginio Vrsino; huius in Cardinalem assumptione disturbauit Vrbanus, su-


spectam

spectam habens harum gentium amicitiam vinculo illigatam affinitatis. Bononiæ degens graui podagra vexatus Ludouisius, cum morbum articularem inedia macerare instituisset; inedia ipse maceratus atq. confectus Bononiæ interiit, Annū agens septimum supra trigesimum die 18. Nouemb. 1632. hora diei, 20. in sua Metropolitana sepultus tumulo temporario, cum inscriptione *Ludouicus Card. Ludouisius S. R. E. Vicecancellarius.*

Romam postea translatus, & in templo conditus S. Ignatij.

Scripsit Ludouisius *sermones* plures Bononię euulgatos Anno 1625. Panegyrim in laudem S. Ignatii, cuius Canonizationi subscripsit cum Vrbano VIII. Insignia huius Cardinalis habes in ipso Greg. XV.


2. *Initiati sunt Beelphegor, comederunt sacrificia mortuorum* Psal. 105.



ANtonius Caetanus Romanus, cognomento Iunior Honorati VI. Ducis Sermonetæ filius ex Augustina Columna, Nicolai Caetani Card. pronepos Henrici Cardinalis nepos, frater germanus Bonifacii Card. Bononiæ sub disciplina Hieronymi Buccaferei literis incubuit. Maior factus à Paulo V. R. P. die 30. Aug. 1605. ad sedem Capuanam assumptus, eam vel nunquam vel raro inuisit per Annos XVII. quibus præfuit, & per Vicarios direxit, Legationibus occupatus Hispana & Germana. Die 19. Aprilis, 1621. Presb. Card. tit. *S. Pudentianę*, Capuanam ecclesiam Aloysio nepoti resignauit, vt venationibus, & aucupiis vacaret expeditior, ac vanitatibus sæculi; quibus consumptus, dum senex & imbecillis venationem Cisternæ exhibet Principibus Romanis, morbo correptus diem clausit 17. Martii, 1624. ętatis 58. in suo titulo sepultus, sacello gentilitio. Vir doctus, sed vanus alieni contemptor laboris, maxima iactantia, & calami mordacitate non tam literarios carpsit errores, quàm vitia aliena reprehendit sua non aduertens,

De eo Hieronymus Buccaferreus oratione habita in eius legatione Bononiensi,

3. *Lapis quem reprobauerunt ædificantes; factus est in caput Anguli.* Psal. 117.




FRanciscus Sacratus Ferrariensis, Thomæ filius nobilis Ferrariensis primi venatoris, Alphonsi Ducis, quamuis genitorem corpore validum statura excederet, viribus longe inferior, artibus desertis equestribus, Iurisprudentiam exactissime inquisiuit nec sine laude. Hinc Rotæ Auditor Romanæ, per Annos XXVI. in eo munere cæteris anteire visus, per Annos XIIX. nunquam ab vrbe discessit. Anno tandem 1612. æstiuis mensibus, quando tribunalia silent, patriā reuidere decreuit permitente Pontifice: quo tempore, Romæ obiit, Franciscus Pennia Romanę Rotę Decanus, cuius audita morte, Ferraria Romam protinus aduolauit Sacratus, vt locum sibi debitum occuparet; sed in petitione præuentus à Io: Bap. Coccino præsente, quamuis Magistratu posteriore, litem mouit. Paulo vero Quinto dissidium componi mandante per Cardinales Alex. Ludouisium, & Horatium Lancellotum Rotæ olim Auditores, lata sententia ad fauorem Coccini; Sacrato vt repararetur dignitas, A titulus collatus Archiepiscopi Damasceni, ita vt non *Auditor*, sed *Auditoris vicesgerens* diceretur, & in iudicio, Coccino cederet; extra iudicium, Coccino pręcederet. Ob hanc controuersiam Coccinus purpura excidisse legitur. Vicarius postea dictus Vaticanæ Basilicæ; cum Alexander Card. Ludouisius Romam ad regimen ecclesiæ Bononiensis discederet; omnes Rotæ Auditores, & Causarum Patronos non paucos eum comitantes vsq. ad tertium ab Vrbe lapidem, omnes beneuole amplexus Cardinalis, valere iussit: Sacratum, & Cauallerium tenerrimè osculatus ostendit, quo illos amore prosequeretur, & quanti faceret. Hinc Pontifex dictus B dilectionem suam illico Sacrato aperiens, *Datarium* designauit; die vero 19. Aprilis. 1621. Presb. Card. tit. *S. Matthæi in Merulana* tota plaudente Curia Romana, quæ ad sigillandum Paulum V. qui in promotione Cardinalium, Sacratum prætererat, scommate arguit sequenti, *Lapis quem reprobauerunt ædificantes, factus est in caput anguli.* sacrum namq. lapidem Sacratus in stemmate gerebat Gentilitio, & primus in hac promotione appellatus est Cardinalis. Ab hac die, Datarij munere liber, Accademiam in ædibus suis instituit Theologicam, quam ipse æque callebat, & in ea acriter disputabat. Vir moderatus, singulari pudore venerabilis, in peragen- C dis negotiis spectatę fidei, vere Ecclesiasticus Cęsanatem rexit Ecclesiam, & quam suppellectile non valuit, sanctis moribus exornauit, De eo Petrus Alagona in ep. nuncupatoria Compendii summę D. Thomę Aquinatis. *Tibi qui auctor mihi fueras, vt ederem in scribendum existimaui, neq. vt arbitror hoc insipienter, aut indecore; decet enim cum magni Aquinatis nomine, non cuiusq. appellationem misceri sed viri & generis, doctrina nobilitate præstantis, quam tu personam in hac Romana luce egregie sustines, & exornas; siue inspiciamus amplitudinem familiæ tuæ, quam ab Annis iam 600. claruisse viris, & opibus publica literarum, operumq. documenta testantur: siue attendamus legalem disciplinam,* D *qua tu & in ciuitatum regimine, & in Sum. Pontificum Gratiæ, Iustitiæq. Signaturis, & in Congregatione Examinis Episcoporum, & in duodecim Virali foro, per viginti postremo Annos, summa vbiq. cum laude versatus es. Quibus accedit, quod licet Iurisprudentiæ in primis operam nauaueris, non propterea aliarum disciplinarum scientia carere voluisti, nostra hac præcipue Theologica, quæ tuam mihi beneuolentiam, qua ego merito glorior, summopere conciliauit.*

Romę vitam posuit die 6. Septemb. 1623. annum æta-

ætatis agens 53. in Ecclesia depositus S. Mariæ de Anima, nulla inscriptione, nec pompa funeris.

De eo Vghellus. *In Italia Sacra.*

4. *Hæc requies mea in seculum sæculi, hic habitabo quoniam elegi eam*. Psal. 131.



LVcius Sanseuerinus Neapolitanus ex Bisiniani Principibus, die 2. Decemb. a Clemente VIII. Archiepis. Rossanensis electus, Annos præfuit viginti magna religione & pietate, in A ornanda namq. Cathedrali totum Christi patrimonium impendit, vnde ex paterna hæreditate familiam alere cogeretur. Fama præsulis cum peruenisset ad aures Philippi III. Hispani Regis, Salernitanum designauit Archiep. An. 1612. vbi pietate non minori, illustrata prouincia, morum placiditate Clero, & ad disciplinam reformato legibus Synodalibus, Nuncius in Belgium abiit Apostolicus, tandem die 24. Iulii 1621. Presb. Card. tit. *S. Stephani in Monte Cælio* assumptus comitiis adfuit Vrbani VIIJ. Innoc. X. sub quo Salernum regressus decessit die 25. Decemb. 1623. ætatis 58. moribus, pietate B doctrina morti superuiuens ad suæ tutelam ecclesiæ quam vnice dilexerat.

In Metropolitana iacet cum sequenti epitaphio.

Lucio S. R. E. Card. Sanseuerino, Salernitano Archiep.
Non minus virtutum omnibus charo
Quàm familiæ splendore claro
Viuenti humili loco, humile sepulchrum
Iubenti D. Aloysius Sanseuerinus Bisiniani Princ
Ex fratre N. posposuit. MDCXXIII.

De eo Vghellus. Victorellus. C

5. *Magnus fletus est omnium, & procumbentes super collum Pauli osculabantur eum, dolentes maxime in verbo, quod dixerat: quoniam amplius faciem eius non essent visuri, & deducebant eum ad nauem*. Act. 20.




M. Antonius Gozadinus, Italus, Bononiensis, Thomæ filius, & affinis Gregorii XV. laurea acquisita Iurisprudentiæ; Aduocatum egit in Curia Romana: inde Collaterialis in Capitolio munere functus, sedente Gregorio XV. intimus eius D Cubicularius, S. Petri Canonicus, die 21. Julii. 1621. Presb. Card. tit. *S. Eustachij*, & Ep. Tiburtinus assumitur Senatu Populoq. plaudente Romano, qui obrem bene gestam in Capitolio, quinque millibus ducatorum donarunt. Humanus, festiuus, hilaris, iustus, mitis, vere Ecclesiasticus Cimelyarchum restaurauit Diaconiæ S. Agathæ; Turrim Campaniariam senio claudicantem ære proprio detrusit: Viridarium Diaconale floribus, fontibus ornauit; pecunia etiam testamento legata ad restaurandum ostium eiusdem ecclesiæ, ad quam fuerat translatus. Comitiis adfuit Vrbani VIIJ. a quo ad sedem translatus Fauentinam, breui morbo correptus, oculos clausit Romæ, die 1. Septemb. 1623. ætatis 49 apud Theatinos sepultus in ecclesia S. Andreę de Valle, cum sequenti epitaphio magno totius populi luctu, cum ad mortem ęgrotare audiuissent.

D. O. M.

M. Antonio Gozadino Bononiensi S.R.E. Card.
Qui gentilium excitatus exemplis adolescens
Iurisprudentia in patriæ gymnasio consecutus lauream;
Tam in foro dici versatus, Iuriq. mox dicundo
In Capitolio præfectus cum integritatis fama Vrbem impleßet,
A Greg. XV. consanguineo insignitus est purpura
Haud longe post summe comploratus excessit
Ætatis suę An. XLIX. Sal. MDCXXIII.
Bonif. Gozadinus ex testam. hæres grati animi Testam. P.
Octauo Kal. Martij. MDC. XXVIII.

Victorellus. Vghellus. Io: Nicol. Pasqual. *de Ciuit. Bonon.*

6. *Dixit Iudas: quare hoc vnguentum non venijt trecentis denarijs, & datum est egenis: dixit autem hoc non quia de egenis pertinebat ad eum, sed quia fur erat, & loculos habens ea quæ mittebantur, portabat*. Io: 12.



COsmus de Torres Romanus, natura impellente ad studia vocatus, famosus euasit Iure Consultus. Protonotarius Apo. & in causis Signaturæ Referendarius cum neminem pateretur æqualem, sub Gregorio XV. Polonicam obtinuit legationem, ex qua Rege ipso petente, Presb. Card. tit. *S. Pancratij* die 5. Septemb. 1622. declaratus pileum recepit & annulum Anno 1623. Comitiis adfuit Vrbani VIII. a quo, Perusino donatus Episcopatu, ad ecclesiam tandem Montis Regalis transitum fecit, Rege promouente Catholico cuius cliens erat, & in Pontificis suffragatione scandalose se deuinxerat, vt pingui Sacerdotio debita solueret, quæ contraxerat in Polonia: cuius protector, ad titulum translatus *S. M. Transtyberim*, dum ecclesiam regeret sibi commissam, hydropisi grauatus, Romam venit aeris mutandi causa, vbi die 1. Maii 1642. ætatis 36. vitā posuit, in sepulchrū illatus maiorum suorum, apud S. Catharinam de Rosa seu prope tumulum Ludouici patrui Card. apud S. Pancratium, ex sequenti inscriptione.

D. O. M.

Cosmus tit. S. Pancratij, postea S. M. Transtyberim
S. R. E. Presb. Card. de Torres

Ter-

Tertius de familia Archiep. Montis Regalis
Poloniæ Protector.
Præstantiss. patrui virtutes, merita, dignitates, fortunamq. imitatus
Proxime etiam & pare tumulo sepeliri voluit
An. Dom. MDCXLII. Obijt Kal. Maij. ætatis An. LVIII.
Canonizationi subscripsit S. Andreæ Corsini; ac
S. Ignatii.

7. *Ægyptum inuocabant, ad Assyrios abierunt.*
Oseæ. 11.



ARmandus Io: Richelius ex A
Francisci Richelij toparcha
rerum criminalium præfecto, matre Susanna de la Porte de Vezins
fæminâ cordatissimâ, Lutetiæ
nascitur An. 1585. Literis nauauit
operam in regio Nauarræ gymnasio cum fratre Alphonso Cardinali Lugdunensi, insudauitq. Philosophiæ & Theologiæ, de quibus publicè respondentem in habitu Episcopali Gamacheus Theologus
celebris & Regius professor asserebat palam satisfacere vti Doctorem subtilissimum, nolleq. se cum illo linguam conserere. Lucionensis inauguratur B
Antistes Romæ, resignante Alphonso fratre, nec
dum consecrato Carthusiâ ingrediente, vt ibi profiteretur cum Sanctis. Romam profectus sedente
Paulo V. Anno 1507. Annum agens 25. à Pontifice
ætatis gratiam, admirante genium & literas obtinuit. Rex Magnus Henricus coram Maria Medicæa Reginâ matre, eum suum vocabat Antistitem
purpuræ augurio. Româ reuersus ad sedem statim
se se recepit episcopalem bonus pastor suo inuigilãs
ouili abhinc Annos sexaginta deserto, murum se
objiciens hæreticis pro domo Dei. Ab obitu Henrici Magni Parisios veniens, verbo Dei disseminando vacauit, præsentibus Regina matre, & Ludo- C
uico XIII. semper cum laude. Ad Regni generalia
Comitia vocatus, Anno 1614. finem ipse illis imposuit, oratione habitâ elegantissimâ Cleri nomine. Annæ Austriacæ Francorum Reginæ Eleemosinarius maior; Regi à secretis, Annos natus solùm
triginta, rebus turbatissimis Galliæ, Regina matre Blesas profecta, cui se comitẽ præbuit ex Regis
imperio, datusq. Reginæ magnus Eleemosinarius,
ac Regię domus supremus æconomus, breui post
tempore in Prioratũ de Coussaii abire iubetur (quâ
tẽpestate pręclarum edidit Codicẽ pro tuendâ Religione Catholicâ) postea Lucionum, tandem Auenionem. Episcopatum cessit Lucionensem Emeri- D
co de Bragelone pro Decanatu S. Martini Turonensis. Multorum cænobiorum Commendatarius, Blesas deferenti Reginæ matri Engolismam peritutæ
præsto adfuit Richelius, de pace stabilienda consulturus cum Rupefucaldio, Mercurio altero pacis
oleam deferente. Ostro induitur Cardinalitio, mense Septemb. 1622. a Gregorio XV. sed quia Romam
non vidit, Titulum non obtinuit. Omnium doctorum calculo, Sorbonę Prouisor electus admirandum
extruxit domicilium monumentum ære perennius.
Primus Regi à secretis & consiliis An. 1624. hoc
munus multos Annos sustinuit. Eius consilio,
Regis ac Venetorum gladio Vallis Telina restituta Rhetis, Hispanorum propugnaculis solo æquatis:
Carolus Emmanuel Dux Sabaudię defensus. Nanneti cæremonias celebrauit coniugales inter Gastonem Io: Borbonium Ducem Aurelianensem, vnicum
Regis fratrem, & Mariam Borboniam filiam Henrici Borbonii ducis Montispenserii. Architalassus
electus vt Oceano preæsset, rei maritimæ supremus
administrator suis auspiciis Rhæam Insulam defen-
A dit Anno 1627. Anglis cum classe centum nauium
& bis mille tormentorum concurrentibus in suppetias rebellium Hæreticorum, sed fugatis, deletis,
non pauca sunt reportata vexilla tholo ecclesiæ Lutetianæ suspensa. Obsidio inde subsequitur Rupellana, freno mari iniecto, & obstructo Oceano (quod
hactenus inauditum) vrbem alluente, per medias
vndas longo & mirabili aggere lapidum exædificato, hinc scaphis speculatoriis & pręsidiarijs, inde
serie illigata nauium fluitantium, postea arrectariis
tignis, tertio nauibus depressis, quarto machinis,
denique ordine nauium lunato, ne annona Rupellæ
ciuibus deferretur ab Anglis, Rupella capta, fax
B extincta seditionis, die 1. Nouemb. 1628.
Rege eam ingrediente cum suo Cardinali, qui Missam S. S. celebrauit, delatâq. per vrbem S.S. Eucharistiâ, eam expiauit post Annos septuaginta, quibus
contra datam fidem sectarii eam tyrannicè occupabant. Vrbanus VIII. literas scripsit gratulatorias
Regi Ludouico. Narbonensis Prouincia se vltro Regi obtulit in obsequium: Vrbes Hęreticorum munitæ deduntur numero triginta sex, quorum muri solo æquati. Soli Montalbanenses aliquantulum diffisi, mox Richelii præsentiâ emolliti spiritum deposuere ferocem, factâ vrbis deditione. In Italiam
postea profectus Armandus regii exercitus ductor
C supremus, Susam capit in radicibus montium Italię,
& ianuam patentem. Pignerollum obsidione cingit, & breui deditum accipit, Casali S. Euasii ad
Padum suppetias infert; decedentibus interim tribus hostium Imperatoribus Duce Sabaudo, Marchione Spinula Hispanorum ductore, Comite Collalto pro Ferd. II. Imperatore; Carolus Gonzaga
Dux Niuernensis Ducatui restituitur Mantuano, ac
Montisferrati. Hinc Dux & Par Franciæ Sen. Con.
Parisiensi: An. 1631. Nobilis Venetus à Republicâ
Venetorum; ProRex Britanniæ Armoricæ à Rege
declaratus, Primus Commendator Torquati Ordinis regii Fontis Bellaquei, curauit ab Egmundo
D Richerio cani palynodiam super editione libelli sui *de Ecclesiasticà & Politicà potestate* coram testibus
in eum finem accersitis, VII. Decemb. 1629. Fano
extructo in laudem D. Ludouici Regis frontem pulcherrimam posuit opere Corinthiaco, sub epigraphe, *S. Ludouico Regi Ludouicus XIII. Basilicam; Armandus Cardinalis Dux de Richelieu Basilicæ frontẽ posuit.* M.DC.XXXIV. In suam tutelam Fratres admisit *Charitatis*, pauperibus vacantes infirmis quorum fundator B. Ioannes Dei. Præsidem Petrum

Seguierium curauit Nomophii lacem creari: Cluniacenses Cænobitas reformari maxima Ecclesiæ fruge. Bellicos ac Litterarios omitto triumphos, quos legere est in *elogijs Petri L'Abbè Societatis* Iesu in honorem editis Armandi Richelii.

Vnum transcribam Anagramma ex Frizonio duobus verbis [*Hercules admirandus. Armandus Richelius*] expressum, vna tantum murata litera, cum disticho.

Sustinet Armandus, dum iusti pondera, franco.
Admirandus adest Hercules imperio.

Scripsit Armandus *Ad Parochos Institutionem Christianam*, opus sua mole paruum, sed doctrina refertum,

In Hæreticos Responsum.
De perfectione Christiana.

Parisiis obiit in suo palatio, ex vermium fætore e brachio scaturientium, die 4. Decemb. 1642. ætatis 58. nondum expleto hora meridiana, sepultus in sacello Sorbonico, cuius Basilicam, ędesq. vetustate collabentes, insigni structura in augustiorem formam excitauerat, postquam de hostibus de amicis, de ipso Rege Domino suo triumphasset. Coloniæ namq. Agrippinę defuncta Maria Regina matre, coniugę Sorore tantorum Europæ Regum, quasi in taberna mercenaria ab Anglis expulsa, a Batauis exclusa, ab Hispanis derelicta, B
fastigium auxerat Richeliæ fælicitatis. Detexerat Cardinalis inter Regios custodes, seditionis conscium Treuilleum sclopetariorum Ducem; Hunc exilio ab aula remiti cum postulasset a Rege, non solũ in vltimum suæ auctoritatis experimẽtũ, ac Regię patientię, sed voluit, Regẽ ipsũ adesse ad colloquium, extra oppidũ S. Germani, ea cõditione vt Regii suis immiscerentur custodibus pro sui maiori securitate. Excanduit Rex insolenti petione excitatus: veruntamen protestante Richelio nolle amplius arcanis pręesse; dubitans Rex bellum Richerii ambitione excitatum, arcana eius artibus inuoluta haud geri, C
nec ab alio solui posse, petenti annuit. Fortunam tamen cum elusisset Cardinalis; naturam declinare non valuit, cuius fato succubuit. Nobili non tamen excelsa ortus progenie, occulta Naturæ lege, adolescens studiis incubuit, manum postea dedit Ecclesiæ, maiora anhelans, & sublimia collimando ostendit, ex quolibet fortunæ angulo, ad altissima iter esse, dumodo homo seipsũ vrgeat & fortunam suam. Admissus in aula, factionibus intrusus, cæteris anteiuit, dissidia serendo, propagando ea laude & fruge, vt nec Ars prospera defuerit, & Fortuna semper secunda. Matri cum abalienasset Regem, fratrem fratri reddidisset suspectum; imò D
aduersus seipsum Regem concitasset auctoritate extorta cum odio potius, quàm dilectione, Regis fauorẽ equilibrauit inuidia; a Rege protectus, a Principibus insimulatus, a populis execratus, ab extraneis impetitus, nulla prosperitate contentus, nullo infortunio desperatus, etiam in summo discrimine. Casum habuit auxiliatricem contingentia sua, & proprium ingenium consilio nunquam destitutum. Exarmata in Galiis Hæresi, depressis Magnatibus, emuncta plebe, dissolutis Parlamentis, consolidato Regis imperio; omnium porro vnus ipse & solus arbiter pacem abhorruit, in quam naufragus, cum sola discordia consisteret, bella quæsiuit excitauit domi, forisque tantarum gentium excidio, vt versipellis, nullius fidei ac Religionis, cædis auidus accusaretur: Horum iudex Deus. Hominem tamen summi non negabis ingenii, qui fortunam secum traheret & fælicitatem. In eius sistemate discors Gallia quieuit. Germania confusione repleta: Britannia diuisa: Hispania commota non concussa: Italia defensa: Europa tota eius arcanis reuoluta. Etiam post mortem, Regis & Regni arbiter, hæredem ministerii Mazarinum reliquit, quem Ludouicus confirmauit, ne victoriarum cursum intercideret mutatione ministri. Cæterum, eò creuerat Fortuna Richelii; vt Rex imperare haud posset, si Richelius ministraret.

Inscriptio sepulchralis Richelio posita

Nouum epitaphij genus.

Hic iacet Armandus Richelius Cardinalis.
Abi Viator in vno nomine epitaphium legisti.
Redi Viator, audi aliquid minus quàm quod legisti.
Hic oriundus a Regibus, aut pro Regibus ortus fuit
Futuræ magnitudinis signa puer dedit, & iam Sapientię diues locus.
Alumnus Sorbonæ impleuit eam ingenio, ea tota nõ plenus.
Propugnauit theses, breui ipse Mundi thesis futurus.
Romam profectus Paulum ex Papa Prophetam fecit,
Ostendit se qualis esset, & visus est, qualis esset futurus.
Redux repræsentauit Romam Galliæ, qui Galliam exhibuerat Romę.
Hẽricus M. appellabat Pręsulem suum, facturus si vixisset,
Qualem fecit Ludouicus.
Electus in Ministrum Regiũ, inde incæpit, vbi alii desierũt.
Superauit antiquam sapientiam, dum ei addidit nouam
Superauit seipsum maior aliis, & semper seminor.
Nemo sub eo bis errauit, vix ipse errauit semel
Idcirco organa cerebri gemina habuit, vt sæpe sapiens esset.
Sapere docuit volentem Galliam, & nolentem Hispaniam
Magister Europæ, quia docuit nouam artem sapiendi.
Fecit sęculũ Sapiẽtiæ, dum Ludouicus fecit ętatẽ Iustitiæ.
Primum illi bellum cum Hæreticis fuit;
Inde incipere debuit Cardinalis.
Alterum bellum pro Gallia, & contra Galliam gessit.
Tertio bello adiũxit socios Galliæ, dum subtraxit Hispanię.
Quarto bello fecit maiorem Galliã, & minorem Hispaniã.
Post tot victorias superari a morte vix potuit
Aggressa est hominẽ per partes, nõ ausa simul totũ aggredi;
Decepta tamen est, inuenit immortalem dum peremit,
Scilicet dũ toties moritur, immortalẽ se fecerat ante mortẽ.
Quid moraris Viator? Interijt Richelij vita, non sapientia
Adhuc mouet Europam mortuus, & Galliam rediuiuus.
Iacet intra Sorbonam, qui iacentem Sorbonam erexerat.
Reparauit antiquã addidit nouã, & bis author Sorbonę est.
Sed plus debet Richelio Sapientia, quàm Sorbona,
Restituit Parisiis Sorbonam & vbiq. Sapientiam
Abi Viator, & disce a mortuo sapere.
Redi Viator.

Vi-

Viuit intra Sorbonam Richelius,
Quia intra Sorbonam nihil moritur.
Reparauit ruentem, & facere voluit Diuitem Iocum
Recusauit opes Sorbona, ne Sapientię nocerent.
Abi Viator, & para te morti
Quæ Richelio non peperecit, nec parcet tibi,


Moriens vt ad publicam vtilitatem semper collimasse videretur, thesauros sua parsimonia collectos vnà cum ędibus Cardinalitijs Regi legauit Ludouico. In Sanctioris ęrarij gazis post mortem reperta asserunt decies, sexagies centenna millia Francorum. Bibliothecam quinquagies mille aureorum pretij Delphino donauit: Iulio Cardinali Mazarino de Sacerdotali censu, reditum annuum duodecies mille aureorum. Ex sorore nepti centum millium vectigal: Bresseum & Pontecorleum nepotes alterum in Richelii, alterum in Fronzaci ducatus hæredes instituit.

Laudatus in funere à Petro Bertier Vicensi coadiurore Montalbanensi, & Io: de Lingendes Sarlatensi Episcopo.

De eo centenui scripsere Scriptores, inter quos vnus pro cunctis Petrus L'Abbe. Baprista Nanius *H. Veneta*. In eum etiam scripsere plurimi & acuerunt linguas suas, inter quos legere est *Tablau de Richelleu*, Gallicè & Latine.

Plura etiam occurrunt numismata, quorum in fronte effigies Richelii; ex aduerso Foti una victa post currum triumphalem sub lemmate, *Tandem victa sequor*. In altero stat Angelus stellarum circulum in gyrum vertens cum notis, *mens sydera vertit*. In tertio Nauis *Hoc duce tuta*: seu *mens immota regit*: vel *Iupiter auctor*, ac *Paret utrique*.

8. *Viri misericordia, quorum pietates non defuerunt cum semine eorum permanent bona; hæreditas sancta nepotes eorum.*
Eccl. 44.



FRanciscus Boncompagnus, Iacobi Soræ Ducis & Vignolæ Marchionis, ex Constantia Sfortia filius, Gregorii XIII. nepos, natura validis dotibus suffragante, Neapoli studiorum cursu feliciter confecto, Iuris ornatus laurea Romam venit vtriusq. Signaturæ Referendarius, dein Firmanæ ciuitatis Præfectus, munus cum inculpate exerceret, a Gregorio XV. die 19. Aprilis. 1621. beneficii memore recepti a Gregorio XIII. qui Ludouisium inter Cardinales assumpserat, Diac. Card. *S. Angeli in foro Piscium* adscribitur; dein ab Vrbano VIII. ad *S. Eustachii* translatus, Faenensis Episcopus, Perusiæ, Vmbriæ Legatus, tandem Archiep. Neapolitanus huic ecclesiæ digne præfuit per Annos XV. vita inculpata. In omni scientiarum genere expolitus cum esset, Græcis eruditus atq. Latinis, in eo munere vitam peregit Angelicam. Inter aras frequens, concionibus assiduus, pauperi semper pręsens, Neapoli supra ducenta quadraginta Scutorum millia erogauit inopum alimoniæ. Virginitatis custos Zelotypus raro fœminas ad colloquium admisit, sed eas domi nunquam, raro & semper in Templo. Salutis animarum auidus, cũ ad supplicium damnatis, ipse frequenter minus subiit Consolatoris vsque ad Furcas. Sal.
A An. 1633. cum mons Vesuuius erupisset in flammas ad totius ciuitatis incendium, instituta publica supplicatione, in qua ipse nudis pedibus, profusis lacrimis, cum Turelarium exuuiis incedens, vsq. ad montis cõspectũ, effusa benedictione cum Reliquiis M. Ianuarii, quas gestabat præ manibus, flammas, ne vltro progrederentur, corripuit. Ignis cum plurimos incolarum vertisset in fugam, oues ipse dispersas congregans, percurrebat suburbia, descendebat in pagos, rusticana ingrediebatur tuguria, panem afferens, & argentum distribuens. Deficientibus porro ex aeris intempere egenis; Medicos duos largo conduxit stipendio; alterum, qui pecunia mor-
B bum ipsum, ac egestatis vlcus eraderet: alterum, qui vulneribus animæ, per Pænitentiæ Sacramentum, balsami cælestis liquorem aspergeret.

Mensa eius frugalis, non tamen sordida: sobria non inurbana. Condiebantur epulæ non tam saporum varietate, quàm sacrorum librorum suauissima lectione, Si qui vero admiscerentur sermones, non facetiatum, sed sapientiæ sale aspergebantur. Serui non comatuli, non vnguentis perliti, sed decenter ornati, & ad modestiam compositi ministrabant. Singulis pene diebus, duodecim pauperes epulo excipiebat! eos vero, quos iustus pudor mendicare prohibebat, tacitis largitionibus subleuabat. Tan-
C ta fuit eius munificentiæ largitas, vt redditibus annuis ad ducenta quadraginta aureorum millia, a suo ad Neapolitanam cathedram ascensu [vt supra adnotaui] in egenos, aliaue pia opera effudisse dicatur. Pauperum, toto vitæ decursu pater, adeo pauper moritur; vt eius hæreditas vix oneribus aliquot piis, dissoluendisq. creditorum nominibus satis fuerit. Vnde verò contracta fuerint hæc debita? nil sane consanguineis datum: nil mensa deuorauit, nec alea dissipauit, vel libido absumpsit: pars maxima in pupillos, viduas, Religiosorum familias, puellas locandas: minima in vsum domesticum familiæ, aut personę. Magis sollicitus de animi cul-
D tu, quàm de corporis ornatu; eos veros dicebat amicos, qui ei charitatis exercendæ occasionem dictaret. Ex his quidam, cuius ministerio ad erogandas eleemosinas vtebatur; & cuius industria, supra quindecim aureorum millia meretricibus matrimonio alligandis Franciscus liberaliter cõtulerat, cũ a consueto destitisset ministerio, interrogatus cur officium intermiteret tam salutare? respondit ingenuè, se familiarium querelis absterritum destitisse. Cui Franciscus paratum se offerens, vasa etiam ar-

genteа distrahere, vt egentibus, & familiæ remunerandis obsequiis satisfieret, opus reassumere iussit.

Alienæ auidissimus salutis, cum Infideles præsentia sua ad veram fidem promouere nequiret iuuabat precibus, non parcebat pecuniæ. Optimæ indolis adolescens cum ab vltima Dania Neapolim peruenisset, quem aptissimum ad propagandam Christi religionem iudicabat, duodecim Annorum spatio inter familiares habitum piis ac liberalibus disciplinis ita excoli fecit, vt in patriam reuersus, vbi veri solis radii tepescunt, vim luminis, ipse superni infudit.

A Amabat Franciscus cæleste Numen toto animi impetu, vt ambulans, cubans, dormiens, Deo vigil semper adesset; atq. inter populosissimæ ciuitatis, imo Ecclesiæ curas vniuersæ, in vnum desigeret oculos, regnum Dei, & iustitiam eius; illud semper ingeminans, *Ego dormio, & cor meum vigilat. Cant. 5.* Illudq. Psal. 134. *Si dedero somnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem, requiem temporibus meis donec inueniam locum Domino, & tabernaculum Deo Iacob.* Ex hoc fonte, manabant Francisco orationes assiduæ, familiaria de rebus diuinis colloquia, pænitentiæ spontaneæ, immoderata ieiunia, morum disciplina sanctissima, & omnis virtutum chorus, quæ in B eo præluxerunt.

Quantis ignibus diuini amoris flagraret? morbus declarar supremus, quo correptus, sensimq. tabescens, totus in lacrymas resolutus, ad solum mortis nuntium resurgens, illud ingeminaret Apostoli, *Cupio dissolui, & esse cum Christo.* Vnum dolebat, quod Romano radians in ostro, non in abiecta vilis lacerna moreretur. Interea noxarum præteritarum labeculas tanquam feras sui clausas in cubilibus peruestigabat sollicitè, deprehensas nouis acutissimi doloris configebat aculeis. Tandem vitam religiosissimè ac integerrime transactam, sancto fine clausit, obdormiuitq. in Domino, Neapoli, die 9. De- C cemb. 1641. in Basilica sepultus *S. Mariæ ad Capellam* prope vrbis pomærium, ad oram maris, quam ipse viuens magis sumptibus extruxerat loco alterius vetustate consumptæ, cum esset Abbas Commendatarius, in cuius fabricam, quatuordecim impendit ducatorum millia, ibiq. iacet tumulo marmoreo cum sequenti epitaphio. Suæ hæreditatis tenues redditus Collegio legauit Gregoriano, cui etiam reliquit instructissimam bibliothecam.

D. O. M.

Franciscus tit. SS. IV. Coron. S. R. E. Card. Boncōpagnus D
Archiep. Neapol. Gregorii XIII. nepos, ex Ducibus Sora
Cum viuens mortem meditaretur
Hoc loco sepulchrum sibi fieri iussit
Et fideles vt pro se Deum orent, in Christo oratos volait.
Obyt An. Sal. MDCXLI, Mense Decembri. Ætatis sua XLVI.

Aliam posuere inscriptionem Neapolitani in Templo Maximo.

Franc. Card. Boncompagno, Archiep. Neapol.
Vita innocentia, doctrine firmamento, graue sanitate
Animi sermonis, morum, vultus,
Studio feruandi gregis, tuendæ dignitatis
Et auctoritate muneris sui ad præscriptum D. Pauli
Sacri simulacro Pastoris.
De Christiana disciplina, de cultu, & nitore Templorum
De Sacello hoc plurimum semper merito
Nuperrime probatissimis S. S. Reliquiys augustius aucto;
Sodales monumēto posuerūt. An. Sal. H. clɔ. IXXXXXIV.

A Eius in funere Neapoli celebrato perorauit Bartholomæus Rogatus, typisq. dedit; ad cuius calcem inscriptiones adiectæ sequentes. Romæ etiam Collegia parentarunt Societatis Iesu, perorante Gulielmo Dondino.

Succede quisquis es officij memor, ciues, hospes, finesses parentatur hic Francisco Cardinali Boncompagno Archiepiscopo Neapolitano, natalium, honorum, virtutum luce clarissimo. Saxeus licet sis lacrymas dabis. Disce omnia pallori succumbere. Vbi purpura ardor deflagrauit in cineres.

Aliud,

B *Francisco Boncompagno Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinali & Archipræsuli Neapolitano recent elato: hoc est Collapsæ in Cineres virtutis regales accendimus faces, Tumulato innocentiæ candori Syrmatum nigrorem offundimus; qui è debellata constanti pudicitia Venere, quam ferunt concha vehi solitam, conchiliatum muricem retulit in trophæum. Sed victor licet Veneris. Vt fert hominum conditio, Libitinæ cessit in prædum. Lege quisquis es, & luge, effunde veterum more si qua habes, lilia, vel Rosas, Vbi vna iacet, & illibati corporis candor, & purpura decus.*

Aliud,

C *Francisco Boncompagno Cardinali Eminentissimo nuper extincto lacrymis parentamus ad funus, quæ orta quondam erat è mari purpura, hoc funere ad Salsas reddit nostras in vndas lacrymarum. Præfulsit ille non tam sacris infulis quàm virtutum insignibus, pudicitia in primis. Erubuit Augusta chlamis se minus illi splendentem videri: admirata præstantiorem in illo pudoris, Et verecundia purpuram. Rosa præ se talis ostram ad zeli ardorem, exosus aculeos eiusdem ad asperitatem, Romanam purpuram adolescens induit: cum rubescit manè Cælum, sæpe fulminum præsagium est. At quàm dispar in Francisco auspicium: illacescente purpura, cum ætate animi feruentis, est semper, rubor innocuus fulminis expers, dignus* D *tantummodo, quem tais imbribus consequatur fletus.*

Aliud,

Siste quisquis ades. Abeat funestus hic nigror. Alius namq. Francisco Boncompagno debetur color. Niueum efformauit illum Virginitas, ne Cupidinis arderet facibus, Lacteum effinxit comitas, vt vera esset in Francisco fabula; Lactea Heroes pergere in Cælum via. Quippe candida morum non defluxit a semita: candori nupsit purpura;

ra, vt eſſet vel Senatus Romani purpuratus, vel Candidatus cæleſtis. Gentilitius eius Draco fuit Cæleſti conſimilis, niſi quòd ille Herculi proximus, hic aſſidet Virgini. Ne florem ſepulchrum hoſpes lacrymis irriga: Sat ipſe ſuis in Cælo gaudet Virginitas lilijs.

Aliud,

Franciſcus Boncompagnus *Purpurato ereptus cœtu, albo inferendus Cælitum, monumento tegitur breui. Ne crede extinctum quiſquis es. Viuit adhuc, victurus æternitati ſemper Sapientia, pietate, Sanctimonia immortalitatem adeptus. Germana virtus, & gentilitia promeruit Purpuram;* A *ſtrauiſſet hęc ipſa quoq. ad Vaticanum iter, præpropero nis fato Cęleſtis Draco aperuiſſet ad Cęlum viam. I fama Dracone hoc non Pegaſo vecta, Phœnicem rediuiuum ſile, vitale potius refer Franciſci funus.*

De eo Vghellus, pluresq. alii primæ claſſis ſcriptores: ſed vnus pru cunctis Ludouicus Donius d'Atichii, *in floribus Cardinalium,* ex quo ſcripta delibauimus.

9. Da eis Domine: Quid dabis eis? Da eis vuluam ſine liberis, & vbera arentia.
Oſcæ. 9.



HIppolytus Adobrandinus Romanus Clementis VIII. pronepos ex fratris filia, Io: Franciſci Aldobrandini copiarum Pontificiarum Ducis, [qui in Caniſſæ occubuit expugnatione] filius, vir doctus, prudens, in agendis ſolers, Hiſpanis charus, & grandis exiſtimationis. Horum ſtudioſiſſimus, ex ſorore neptem ditiſſimam fęminam coniugio iunxit *Duci Medinæ de las Torres* affini Comon de Oliuares Neapolitani ProRegis: quos cum Nitis C poli conueniſſet, regia pompa receptus non tea. ob purpuram iam ei collatam Diaconalem *S. Mariæ Nouę* die 21. Aprilis 1621. cum Camerariatu S.R.E poſt obitum Petri Card. Adobrandini, quàm ob affinitatem cum Medinæ Duce; Romam rediens lenta ſebri correptus non ſine ſuſpicione veneni, e. paulatim extinguitur die 19. Iunii. 1638. annuam agens ętatis 47. Aldobrandinæ familię maſculus poſtremus: occaſio forſam accelerandi mortem. Ad Diaconiam tranſlatus *S. Angeli in foro Piſcium,* comitiis interfuit Vrbani VIII. Hiſpanis addictus, cuius prudentiam, virtutem admirati directorem & Protectorem ſibi deſignauerant. Eius obitus rerum D humanarum fluxum ad memoriam reuocat agnatis Pontificum, qui dies cogitantes antiquos, & Annos æternos Eccleſiam diruunt, vt tabernacula erigant peccatorum. In obitu namque Clementis VIII. ſex extabant maſculi Aldobrandinæ gentis, qui tamen intra quadraginta Annorum ſpatium deceſſere omnes, nullo maſculo hærede relicto. Sepultus iacet Hippolytus in Sacello gentilitio apud S. Mariam ſuper Mineruam.

Eius memoria in Canonizatione S. Andreæ Corſini, & S. Ignatii Loyolæ, cui ſubſcripſit.

De eo Vghellus. Victorellus, Ioſ. Silos *H. Cler. Reg.* quibus, eo procurante, ſedes data in vrbe Parmenſi.

9. Beatus qui ſemper eſt pauidus: qui vero mentis eſt duræ corruet in malum. Prouer. 28.



OCtauius Rodulphus ſeu de Rodulphis, Florentinus Ioannis Franciſci Senatoris filius ex Conſtantina Vgolina ſanguine clarus, pietate clarior reſulſit cum ex vtriuſq. Signaturę Referendario & Ferrarienſi Prolegato, die 1. Octob. 1612. Rege promouente, Arianenſis Epiſcopus, ideam exhibuit Præſulis ſancti. A diſciplina exorſus Eccleſiaſtica, Clericorum Seminarium reſtituit, vt ex ſtemmate gentilitio ianuis affixo, ſub quo legitur.

Seminarium Clericorum diu deſtitutum
Octauius Rodulphus Ep. reſtituit: die 25. Nouemb. 1617.

B Alumnos bis in hebdomada viſitabat, coram ſe examinari, prouocari mandabat, præmio exhibito diligẽtioribus. In Eccleſia Cathedrali ſacrũ Fontem ornauit: palatium reſtituit Epiſcopale: Suggeſtum ſtructura erexit inſigni, ex quo ad populum laudabiliter verba faciebat: Statuam S. Othonis Ariani marmoream in Sacello collocauit a ſe erecto: Pauperes omnes ſemel in hebdomada collectiue iuuit: dictim accedentes, nũquàm vacuos dimiſit. Ad preces Matthiæ & Ferdinandi II. Imperatorum, à Gregorio XV. die 5. Septemb. 1622. aſſumptus in Diaconum Card. *S. Agathæ,* mox Presb. tit. *S. Agnetis in Circo Agonali;* & ab eodem ad eccleſiam tran- C ſlatus Agrigentinam in Sicilia, Comitiis adfuit Vrbani VIII. a quo Protector deſignatus Congregationis Montis Virginis, Agrigentum rediit dum ibi maiora molitur, & ob vitæ candorem a populo veneratur, morte importuna præreptus omnes mœrore compleuit die 6. Iulii. 1624. ætatis 42. ibidem iuxta aram principem ſine elogio ſepultus. Eius germanus Frater Nicolaus Ordinis Prædicatorum Generalis Magiſter quum Siciliam perluſtrare Anno 1639. Panormi, in æde primaria, memoriam tantis Præſulis, nobili ſeruauit ſepulchro, & epitaphio.

Octauius Rodulphius Florentinus, ſedente Clemente D *VIII. & Paulo V. Prouincijs in Pontificia ditione, ac ſub Regibus Philippo III. & IV. Arianen. deinde Agrigentinæ præfectus, poſtulantibus Matthia & Ferdin. II. Imperat. a Gregorio XV; creatus Card. conſilio Eccleſiam, proprium gregem fouens, obijt An. ætatis XLII. Sal. MDCXXIV.*
Fr. Nicolaus General. Ord. Prædic. Ludouicus Prior SS. Trinitatis Delex Fratri opt. & deſideratiſſ. P.C.

De eo Vghellus Victorellus Marcus Pyrrhus *in notis Eccleſię Sicilien.* Amyden. V. M. S. Fabius Barberius *catal. Epi. Arian.*

11. *Dat*

31. *Dat testimonium condemnationis condemnata: semper enim præsumit sæua perturbata conscientia.* Sap. 17.



ALphonsus de la Cueua Hispanus, Bandimaris Marchionis primogenitus Alburquerquio stemmate clarus, fratri minori primogenita cessit, vt nomen daret Ecclesiæ. Eques Ordinis de Alcantara, Regius descendit Orator ad Ligures, A inde ad Venetos, apud quos ingloriùs, inuisus, ingratus perpetuo nominis dedecore cum Duce conspirans Ossunæ aduersus Reipublicæ libertatem & pacem, piratas fouebat Vscocos, vt nocturnis excursionibus litora infestarent Adriaca; propterea a populo impetitus furente, vitæ spoliiq. discrimen euasit beneficio publicæ clementiæ, quę illico ad eius tutelam phalanges submisit armatas: licet ingratus maiore flagitio, legationis violata fide, conscriptis ipsa in vrbe Sicariis, hospitioq. receptis proditoribus à Duce immissis Ossunę, collectis armis, designatis ad necem patritiis, nauialis armamentarii cum turribus, & B templis incendio disposito, die irruptionis decreta, quando Cremam in limine Hispano Toletus Hispanus minister proditoriè occuparet; Venetias classe armata minori, eodem tẽpore Alphonsus cum proditoribus ad oppressionem exurgeret illius Vrbis, quæ clypeus Religionis & Sedes sedet Libertatis. Adiuit tamen ex alto Deus, illuminatis duobus Coniuratorum Gabriele Montecassino, & Balthassare nobilibus Gallis, qui coniuratione detecta, per nota symbola socios in tabernis meritorijs latitantes & cauponis aperuere Decemuiris. Hinc quæstione instituta, laqueo, ferro, aqua extincti publicæ libertatis hostes non absq. nota Galliæ atq. Hispanæ nationis, quarum altera vænalitatis, altera proditionis & insidiarum notatur coram Deo & homine. Alphonsus fuga se subducens nocturna, Mediolanum se recepit, inde in Belgium quò specie ministerii apud Albertum Principem fuit à Rege destinatus Philippo III. insidiarum, vt creditur, inscio, non tamen punitore, sed potius remuneratore; eoq. namq. intercedente, die 5. Septemb. 1622. Alphonsus Diaconis adscriptus Cadinalibus Ro- A mam venit variis Magistratibus decoratus, in quibus diligens obseruator sed cunctabundus apparatum suum numquam absoluebat. Presb. Card. creatus tit. *S. Balbinæ* Anno 1644. comitiis adfuit Innocentii X. sub quo Episcopus electus Prænestinus Romæ substitit vsq. ad senium. Ad ecclesiam tandem promotus *Malacitanam*, Hispaniam petiit, Catholicę Maiestatis supremi status Consiliarius octuagenario maior, fastu plenus & auro licet obęratus haberetur. Moriens enim, in signata pecunia supra ducenta nummorum millia reliquit. Die X. Augusti. 1655. ętatis 83. moritur, cum in Cardinalatu Annos tres supra triginta transegisset; in eccle- B sia sepultus *Malacitana*, cui pro eulogio dabis.

Alphonsus de la Cueua Hispanus Bandimaris Marchio
Card. S. R. E. hic iacet.
Insidiarum pænitens
Quas inclytæ struit Venetorum Reipublicæ?
Deus scit.

De eo lege Bap. Nanium *H. Veneta*. Fastos Ducales à me conscriptos.

VRBANVS VIII. R. P. CCXXXVII.

C

VRbanus VIII. Electus die 6. Augusti. An. Sal. 1623. Obiit die 29. Iulii. An. Sal. 1644. Eius ad fuere comitiis.

Episcopi Cardinales.

1. Franciscus Sfortia Ep. C. Tusculanus. Ex Greg. XIII.

Ex Sixto V.

2. Antonius Saulius Ep. Ostiensis, & Sacri Senatus Princeps.
3. Franciscus e Marchionibus a Monte Ep. Portuē. D

Ex Greg. XIV.

4. Odoardus Farnesius Ep. Sabinus.

Ex Clem. VIII.

5. Octauius Bandinus Ep. Prænestinus.

Presbyteri Cardinales.

Ex Greg. XIV.

6. Federicus Borromęus S. Marię Angelorum.

Ex Clem. VIII.

7. Io: Bap. Detos S. Petri & Marcellini.
8. Bonifac. Beuilaqua S. M. Transtyberim.
9. Dominicus Ginnasius. SS. XII. Apostol.
10. Carolus Madrutius S. Cæsarei.
11. Scipio Burghesius S. Chrysogoni.
12. Maphæus Barberinus S. Onuphrii.
13. Io: Garsias Millinus S. quatuor Coronat.
14. Marcellus Lantes S. Quirici & Iulitę.
15. Fabritius Verallus S. Augustini.
16. Io: Bap. Lenius S. Cęcilię.
17. Aloysius Capponius S. Petri ad Vincula.

18. De-

18. Decius Carafa S. Io: & Pauli.
19. Dominicus Riuarola S. Martini in Montibus.

Ex Paulo V.

20. Petrus Paulus Crescentius S.S. Nerei & Achillei.
21. Iacobus Serra.
22. Fr. Augustinus Galaminus S. Mariæ in Ara Cæli.
23. Gaspar Borgia S. Crucis in Hierusalem.
24. Fr. Felix Centinus S. Anastasię, dictus Asculanus.
25. Robertus Vbaldinus S. Alexii.
26. Tiberius Mutus S. Priscæ.
27. Gabriel de Treio S. Barthol. in insula.
28. Iulius Sabellus S. Sabinæ.
29. Melchior Kleselius S. Marię de pace.
30. Petrus Camporeus S. Thomę in Parione.
31. Matthęus Priolus S. Marci.
32. Scipio Corbellutius S. Susanæ.
33. Franc. Cenninus S. Marcelli.
34. Guido Bentiuolus S. Mariæ de populo.
35. Petrus Valerius S. Saluatoris in Lauro.
36. Stellius Federicus Zollerem S. Laur. in pane & perna.
37. Iulius Roma S. Mariæ super Mineruam.
38. Cæsar Gherardus S. Petri in monte aureo.
39. Fr. Desiderius Scaglia S. Clementis *de Cremona* dictus.
40. Stephanus Pignatellus S. Mariæ in Via.

Ex Greg. XV.

41. Ludouicus Ludouisius S. Laur. in Damaso.

A 42. Antonius Caetanus S. Pudentianæ.
43. Franc. Sacratus S. Matthæi in Merulana.

Ex Greg. XV.

44. Lucius Sanseuerinus S. Stephani in Cœlio monte.
45. M. Antonius Gozadinus S. Eusebii.
46. Cosmus Torres S. Pancratii.
47. Octauius Rodulphus S. Agnetis in Agone.

Diaconi Cardinales.

Ex Clem. VIII.

48. Alexander Estensis S. Mariæ in Via lata.
49. Io: vel Ioanetinus Doria S. Hadriani.
50. Carolus Pius S. Nicolai in Carcere.

Ex Paulo V.

51. Mauritius de Sabaudia S. Eustachii.
52. Carolus Medices S. M. in Dominica.

B

Ex Greg. XV.

53. Franciscus Boncompagnus S. Angeli in foro Piscium.
54. Hippolytus Aldobrandinus S. Mariæ Nouæ S. R. E. Camer.

Cardinales creati ab Vrbano VIII.



FRãciscus Birberinus Caroli filius ex Constãtia Magalotta, Vrb. VIII. ex fratre nepos, Florentiæ natus die 22. Sept. 1597. literis operam dabat humaniorib. in Romano Collegio, cũ electione vulgata patrui in Rom. Põtificẽ, titulo salutatur Excellẽtiæ non solum a collegialibus qui ibi edocebãtur sed a Principibus & confluentibus. Primum Vrbani facinus in primo Consistorio, assumptio Francisci nepotis in Diaconum Cardinalem *S. Onuphrij*, die 6. Non. Octob. 1623. ex quo Anno sequenti ad *S. Agathe* transtulit. Sacra purpura ornatus, Tiburtinæ, & Firmane vrbium Prætor, Aragoniæ, Lusitanię, Scotiæ, Angliæ, Heluetiorum, Ordinis Minorum, Monachorum Cassinensium, Monialium S. Claræ, S. Susannæ, S. Iacobi, S. M. Magdalenæ de vrbe patronus, Sedis Apostolicę Bibliothecarius, S.R.E. Vice Cancellarius, Abbas Criptę Ferratæ

C

D

renuntiatur; quæ munera Romæ, tempore gessit diuerso. Initio suæ exaltationis, Diaconus Card. dictus quod ætate immaturus, & regimini non assuetus accepit à patruo *Filomarinum* sub titulo *Præfecti Cubiculi*, quo ipse inseruierat Vrbano in Cardinalatu; veste adiectà cęrulea ad decorem pręfecti. Breui tamen Franciscus iugum excussit, Magistro præterito, imo totius Vrbis & Orbis admiratione, assumpto titulo *Cardinalis Patroni*, quem nondum audiuerat Roma, cœpit solus imperium regere. Anno Iubilæi 1625. patrui facem sequutus; Græcis, Scotis, aliisq. qui sub eius viuebant patrocinio, ædes parauit, seruos addixit, & alimenta prębuit. Serpentibus vero in Valle Tellina armis, ad pacẽ cõponendã, suum & Apostolicę Sedis de latere legatum declarauit Vrbanus, cui discessuro Crucem dedit, & benedixit. Cardinales equitantes eum vsq. ad portam Angelicam deduxere. Lutetiam eum venisset, honorifice exceptus, in expositione suæ facultatis, obicem subiit; quod Regi titulus non tribueretur Regis Nauarræ; vnde lite-

literas ea conditione recepit, quòd intra sex Septimanas aliud *Breue* exhiberetur, in quo titulus ille contineretur desideratus. Celebrauit interim Legatus Missæ Sacrificium in festo Virginis Assumptæ in qua Rex, Regina, aliiq. viri Principes Sacram Eucharistiam de Manu Legati religiosè sumpserũt, Parisiis agens *Rosam Auream* Regis pacifici nomine, Mariç Henrichettæ Reginæ Britanniæ dono dedit. Pacem tamen inter Reges cum firmare haud posset, honorificè dimissus Romam rediit. Anno exeunte 1625. Mense Aprili. 1626. precibus Regis Philippi III. in Hispaniam de latere legatus, ad suscipiendum è sacro fonte, Pontificis nomine, Philippi filiam, A
cui nomen impositum *Maria Clara Eugenia*; nec non ad componendam controuersiam de Valle Tellina inter duos Reges, ac Ianuensium cum Duce Sabaudo, cum ad Hispanos venisset, antequam Matritum ingrederetur; benigne conuentus fuit à Cardinali Infante Regis fratre. Ingressuro Rex perhumaniter occurrit, & perhonorificè excepit. Dominica SS. Trinitatis mysterio celebri, Regiam Philippi Infantem ex vnda suscepit, eam abluente Cardinale Zappata Toletanæ Ecclesiæ Administratore. Ex hac legatione Romam Franciscus rediit, inter Reges firmata pace de rebus Italiæ, stipendiis ditatus à Rege Catholico, qui ad nutum Pontificis B
viuere profitebatur. Quamuis non bene conuenirent Romanum Imperium, & Hispani prouentus. Quid enim inter ferream, & auream catenam? forsam non æque vinciunt & ligant hominem? vt ferro vel auro seruiat?

Romam restitutus Franciscus, diuersis temporibus, Signaturæ Iustitiæ Præfectus, Auenionensis primo, deinde Vrbini Legatus, Anno Sal. 1653. Archipresb. Vaticanæ Basilicæ, Vas Chrystallinum magni pretii dono dedit ad reponendum Ferrum, quo miles Christi latus aperuit: Apsidem instaurauit Lateranensem. Diaconus S. Agathç, Canonizationi subscripsit S. Andreæ Corsini: Thomç de C
Villanoua, ac Francisci de Sales.

Ex Presbytero Card. S. Laurentii in Damaso Episcopus *Sabinus* die 23. Octob. 1645. quam Ecclesiam dimisit 23. Septemb. 1662. & *Portuensem* accepit; donec Anno 1666. Ep. renunciatur *Ostiensis*, & Sacri Collegii Decanus; cum pietatem coleret, & Ecclesiam S. Io: & Pauli: apsidem S. Laurentii in Damaso: S. Agathæ tectum laqueatum: cœnobium S. Bartholomçi in insula restaurauit, vt ex insignibus appositis cum epigraphe,

In S. Agatha.

Agathæ Virginis. Sanctiss.
Martyrisq. fortissimæ ędem
Franc. Card. Barberinus aurato lacunari contexit
Anno MDC. XXXIII.

In cœnobio S. Bartholomæi in insula.

Eminentissimo Principi
Francisco Barberino
S. R. E. Cardinali Amplissimo
Totius Ordinis S. Francisci Protectori.
Huius Conuentus S. Bartholomæi
Benefactori Munificentissimo. A. D. M. DCXXXIX.

In Ecclesia S. Iacobi adripam fluminis, in via Longaria,

D. O. M.

Memoriæ Hippolyti Merendæ Cęsenatis I. C.
Prudentia ac fide in causis agendis præstantissimo
Franciscus Barberinus S. R. E. Diac. Card. & Vicecancel.
Quod huius ędis sacram fœminarum familiam
Quæ in ipsius tutela est:
Is ex H. S. viciesc circ. N. Hęredem fecerit
Ponend. Curauit.

In Ecclesia S. Laurentii in Damaso,

D. O. M.

Alexandro Valtrino Ciui Romano
Vrbani VIII. P. M. intimo Cubiculario
Ex cuius hæreditate locis pijs distributa,
Sex Capellanię in hac Ecclesia erectę, & dotatę fuerunt.
Franc: Card. Barberinus S. R. E. Vicecancell.
Amico beneuolentiæ monumentum posuit. Anno Dom.
MDC. XXXIX.

In Ecclesia S. Maria de Anima.

D. O. M.

Lucæ Holstenio Saxoni Hamburgensi
Qui clarus in Gallijs, Romæ clarior, gentium omnium ætatumq. historias, & Ecclesiæ res mente complexus, diuersis regionibus peragratis, diuersos earum fines, & nomine probe tenuit, Varias quoq. linguas, præter græcam Latinamq. quarum scriptoribus plurimum lucis attulit. Antiquam Philosophiam calluit, ab Vrbano VIII. *Canonicatu Basilicæ Vaticanæ;* ab Innocentio X. *præfectura Bibliothecæ ornatus,* ab Alex. VII. *Sapientes vnus electus, vt occurreret Sueuorum, Gothorumq. Reginæ incomparabili, quæ miram in tanto viro summi ingenij, summęq. modestiæ coniunctionem suspexit, & prædicauit, vitæ deniq. laudatissima, ex illustrium operum cursu interrupto, eximius patriæ Germaniæ amator, propugnatorq. religionis Catholicæ, obijt. 4. Non. Feb. An. MDCLXI.* D
Franciscus Barberinus Card. S. R. E. V. C. Hæres ex asse, amico optimo P.

In titulo Equitii.

D. O. M.

Matris Beatiss. semper Virginis Imaginem
Vetusto musiuo opere, Siluestri I. iussu hic effigiatam
Vbi primum sub Constantino Christũ publice profiteri licuit
Temporis vi deformatam

Fran-

Franciſcus Card. Barberinus
Muſiuis elegantioribus teſſellis reſtitui voluit. Anno Sal.
MDCXXXX.

In facie interiori Eccleſiæ S. Martinę.

Vrbanus VIII. P. M.
S. Martinæ V. & M. antiquiſſimam Eccleſiam
Adiuncto S. Lucę Euang. titulo inſignem
Poſt hic repertam & repoſitum eiuſdem Virginis corpus
In meliorem formam extrui mandauit
Franciſcus Cardinalis Barberinus
A *Patrui voluntatem & pietatem ſecutus ornauit, abſoluit*
An. D. 1650.

In eiuſdem eccleſiæ ſubterraneo ſacello.

Corpora S. Martini V. M. Concordij, Epiphanij, ſocijq. eorum
Vrbano VIII. P. M. reperta
Franc. Card. Barberinus S. R. E. Vicecancellar.
Eodē loco decentius exornato recondidit An. MDC. XXV.

In Triclinio Lateranenſi Leonis III.

Franciſcus S. Agatha Diac. Card. Barberinus
B *Triclinij à Leone III. R. P. conſtructi*
A Leone IV. Succeſſore, ſexageſimo poſt Anno reparati
Noſtra tandem ætate pene diruti partem hanc illuſtriorem.
In qua vtraq. Imperij Romani tranſlatio
Redditaq. Vrbi pax publica continetur;
Parietibus hinc inde ſuffulſit, Camera Muſiuum re-
ſtaurauit
Labanſq. olim dexterum Apſidis emblema
Antiquariorum diligentia, coloribus exceptum
Penitus deinde collapſum, ad priſcum exemplum
Sũma fide ex Muſiuo reſtituit An. Iubilęi: MDC. XXV

Antiqua verò huius Triclinii cęmenta in Vaticana habes Bibliotheca, ad fidem & teſtimonium Antiquitatis.

In Eccleſia SS. Annuntiatę in agro Romano.

Vrbano VIII. P. M.
An. Dom. MDCXI.
Franciſci Card. Barberini Vice Cancell. Protectoris exci-
tante pietate
Antiquiſſima B. Maria Confalonis Archiconfraternitas
Ædem hanc ſuam Virgini Annuntiata dicatam
Ex nouem Vrbis inſignibus vnam, vetuſtate pene depoſitam
Vt ſanctimoniæ loci, & inuiſentium Religioni conſuleret
In hanc formam reſtituit.

In Caſſienſi ciuitate.

Vrbano VIII. P. O. M.

Franciſco Card. Barberino, Carolo Barberino ſummo Eccleſiaſt. copiarum Præfecto Caſſienſis ciuitas vt immortalium beneficiorum memoriam Ciuium animis inſcriptam, oculis omnium patefaceret, publicum hoc grati animi monumentum, & fœlicitatis ſuæ munimentum dicauit.

Eius memoriam glorioſe ſuſtinet Bibliotheca ab eo collecta in ędibus Barberinis, toto Orbe celebris, in qua non ſolum diſciplinarum omnium vetuſtiſſimi Codices; ſed celebriorum Virorum ſcripta autographa, publica luce digniſſima.

De Catholica Religione meritus, Mariæ Henrichettæ Reginæ Britanniæ, Catholicorum in Anglia patronæ ſcuta triginta millia Franciſcus dono dedit: totidem Bauariæ duci contra Hęreticos pugnanti. Venetis contra Turcas arma gerentibus, ad ſummam contulit ducatorum Venetorum viginti quinq. millium, gratus quod ſibi roganti Senatus ordinem contuliſſet patritium.

Plura huic Cardinali obiiciuntur, Bellum præcipuè Parmenſe ab eo excitatum, quum ſeneſcente Vrbano, libere dominaretur in Vrbe.

Romam Miſerat Odoardus Dux Parmenſis Marchionem Pallauicinum Legati titulo, qui more vetuſto, hora audientiæ compoſita per interpretem cum Mathęo Vrbani fratre, adfuit ſtato tempore, Scalas aſcendens minime obuiante Thaddęo, vidit tandem in valuis Cameræ occurrere cum veſte domeſtica. Hoc viſo Pallauicinus receſſit protinus dicens; *Excellentia? oppido incomodatur*, omnes reſpuens excuſationes; vnde Barberinos ipſe, nec ipſum Barberini audire ſuſtinuerunt. Odoardus verò excelſi animi etiam ſupra fortunam Princeps iniuriam moleſtè ferens, vindictam expectabat opportunam: propterea cum ſæpe ad Romana veniſſet ſuburbia, ingreſſum ſemper declinauerat Vrbis, donec Anno 1639. Caprarolam profectus, Farneſię domus delicium, vt rationes componeret cum Montiſtis, ab Vrbano inuitatus Romam venit ritu priuato, cum proteſtatione minime viſitandi Barberinos. Excitatus tamen Annam ſaltem inuiſere Thaddęi Barberini coniugem, eo pacto acquieuit,
C dummodo eodem tempore Thadęus ſecederet extra vrbem. Hac fide domui appropinquabat Barberinæ, cum in valuis cognito Thaddęi in ſecretiora conclauia receſſu, non extra Vrbem, vt per interpretem conuenerat, receſſit inſalutata Anna, quæ eum ex condicto expectabat. His & ſimilibus exacerbati Barberini cum Ducem debitis fraudarent honoribus, de quibus abunde ſcripſimus *in vita Vrbani VIII. n. 15.* Odoardus abire conſtituit; Pontifici tamen cauſa prius ſignificata diſceſſus, & acerbo Barberinorum accuſato regimine. Querelas Vrbanus graui dolore audijt vſq. ad lacrymas. Volenti autem excuſare nepotes, quaſi iniuſta ſuſpicio
D Odoardum concitaſſet aduerſus *Franciſcum Cardinalem Patronum*, reſpondit Parmenſis; *B. Pater alium patronum non agnoſco, preter Sanctitatem Veſtram*: quibus dictis, eodem die Roma ſeceſſit, inſalutatis *Franciſco & Antonio* Barberinis; Hac contumelia affecti Barberini occaſione menſę Farneſiæ, & cenſuum non ſolutorum Montiſtis, Odoardi bona expoſuere ſub haſta in creditorum ſolatium, decretoq. anathemate reum dixere lęſę Maieſtatis, immiſſo milite Caſtrum Montiſtis hyppothecatum occupa-

runt, nullo fructu, minima laude. Post mutuas namq. populationes insumpta pecunia, quæ in arce Hadriani ad debellandos Infideles à prædecessoribus deposita, Castrum & pacem Barberini restituere coacti nonnisi sybilos & Vę collegerunt. Cum bello Parmensi Vrbanus ipse anunam emisit, falsa victoriarum relatione, à nepotibus deceptus. Cæterum Francisci pietas non solum erga pauperes parœciæ S. Laurentij, quibus dictim alimenta subministrabat, sed erga omnes agenos, aperta Romæ officinæ aromatoria, ex quà pharmaca omnia ære suo distribuebat; laude nunquam intermoriturà suffultà iacebit. Eadem magnificentia, A communem Fidei causam validè coadiuuando, Sculptores, Pictores, Artifices promouendo, Literatos fouendo, domum suam asyllum voluit Vrbis & Orbis.

Obijt Franciscus Romæ An. Sal. 168a. Decanus Sacri Collegij, in sacrario sepultus S. Petri cum sequenti epitaphio.

D. O. M.
Francisco Cardinali Barberino
Vrbani VIII. P. M. Fratris Filio
Et supremo Administro
S. R. E. Vicecancellario
Episcopo Hostiensi, Sacri Collegij Decano
Et huius SS. Basilicæ Archipresbytero
Morum integritate, illibata Castimonia
Constanti Æqualitate ac moderatione
In omni fortunæ varietate
Zelo vindicandi, & asserendi
Iura & dignitatem Apostolicæ Sedis
Incorrupta in Summos Pontifices Fide
Pietate in Deum, studio in Religionem Eximio
In Legationibus Gallica mox Hispaniensi
Illustrium Populorum Plausibus
Sacrorum Ordinum Veneratione
Potentissimorum Regum Honoribus
Probatissimo.
In rebus gerendis
Memoria, & negotiorum peritia
Consiliorum copia laboris patientia
Prouidentia Vigilantia solertia
Admirabili
Parsimonia in se, Liberalitate in Litteratos
Singulari Charitate in Pauperes
Beneficentia in omnes
Etiam remotissimarum Nationum Homines
Vbique Gentium Claro
Carolus Diaconus Cardinalis
Clementis IX. P. M. Munificentia
In Archipresbyt: viuenti adhuc successor
Et Maphaeus Pranestinorum Princeps
Patruo optimè Merito P. P. A. MDCLXXXII.
Obijt A. S. MDCLXXIV. Æt. LXXXII.
Cardinal. LVI.

Ad honorem Francisci Barberini, vt gratias Ferrus ab Vrbano VIII. nepoti, absq. aliorum ostenderet pręiudicio collatas, Lunam pinxit illuminatam a Sole, sub lemmate, *Accipit, non adimit.*

Eius memoria in libro ei dicato, cui titulus *Legatio Apostolica Petri Aloysij Carafæ Ep. Tritar.* in Historia Veneta *Baptista Nani*, & ne in longum procedat relatio, apud omnes historicos.

2. *Nostra Conuersatio in Cælis est*, Ad Philip. 3.



FR. Antonius Barberinus senior Antonij filius ex Camilla Barbadora Florentiæ natus Anno 1569. Vrbani VIII. R. P. germanus frater, triennio natu maior, sub disciplina materna, in infantia genitore amisso, literis & exemplis ad pietatem educatus in domo paterna, Minoribus S. Franc. vulgo *Cappuccinis* nomen dedit, Seraphici patris verè æmulator, & in virtute Obedientiæ, Regularisq. obseruantiæ Magister, propterea in prouincia Thusciæ, cænobijs regendis sæpe præpositus, ac Nouitijs instruendis, cum inter Apennini iuga iter ageret nunquam violato ieiunio, & more instituti pedes abiret, obrigentes pedum plantas, scissasq. præ frigore, non balneis re-
B ercabat vel fomentis, sed in ipsis cruciatibus quærens remedium, vulneratas carnis partes acu cum filo consuebat eadem prorsus patientia atq. constantia, ac si pannos aut vestes resarciret, Imbecilla quamuis vteretur valetudine, ieiunijs, cilicijs, verberibus in seipsum sæuiens, carnem adeo macerabat; vt cum Fratres fratrem ad virtutem excitare vellent, Antonij Barberini gesta velut speculum proponerent. Dignitatis contemptor humanę cum *Maphæum Barberinum* fratrem natu minorem inter Cardinales assumptum recepisset a Paulo V. nil inde commotus, quasi ad eum huius promotionis nil pertineret; respondit. *Si ad Dei gloriam promotio*
C *hæc cessura est: gaudeo, aliàs infectam vellem. Quanto enim maiores fuerimus, tanto maius onus conscientiæ suscipimus. Scriptum namq. Potentes tormenta passuros, & fortiorem fortioribus instare cruciatum.* Sic eiusdem Maphęi Cardinalis fratris per literas cognita in Pontificem assumptione, cum in Sangeminiano cænobio Florentia non procul dissito *Guardianum* ageret, nemini fratrum eam declarauit, aut vllum dedit gaudij signum. Sequenti vero die fama vulgata, cum ad eum Antonius Magalottus accessisset, de tanto honore Barberinæ familiæ, cuius erat affinis gratulabundus, inueniens eum in horto terram fodientem, eiusq. manum osculari conaretur; ne-
D gauit Antonius, sed cœptum prosequens opus, nullo animi gestientis signo, hæc tantum ex intimo cordis ingeminans protulit: *Quàm tui misereor Maphæi frater, quamq. vicem tuam doleo, quod tantum tibi onus impositum audiam: adiuuet te Deus, adiuuet te Deus.* Cumq. vbiq. locorum publica darentur signa lætitiæ; volentes cænobiarchę & ipsi pulsare campanas; suasit flagellum potius sumere, Diuini Numinis opem implorando, vt nouo adesset Pontifici, & gratiam infunderet Spiritus Sancti. Eodem tempo-

re

recubiculario aduenienti M. Ducis Hetruriæ, vt eum Florentiam perduceret; se excusauit; inscijs Præpositis, non decere viros Religiosos discurrere per aulas Principum. Literis *Caroli* Barberini alterius fratris, nomine Pontificis, inuitantis ad Vrbem ascendere minime respondit, donec præcepto compulsus Apostolico renitens & inuitus, semper contestaretur, *in sua cellula nidulo viuere, ac mori sineren*t, Romam venit, paratam tamen lecticam etiam Pontifice dispensante, non admisit, nec equites a quibus in itinere stiparetur, contentus sui Ordinis socijs, cum quibus pedes noctu ad euitandos populorum plausus, die 24. Septemb. 1623. baculo innixus, palatium conscendit Pontificium, vbi duarum horarum spatio, in prioribus cubiculis incognitus substitit. In hoc primo colloquio & sequentibus; peramanter exceptus ab Vrbano fratre, nil magis in votis habere testatus, quàm vt sibi liceret ad optatum solitudinis portum, vitatis aulæ procellis, redire liceret; opus fuit, eum imperio constringere, vt virtutibus suis purpuram exornaret. Cum itaq. per sex Menses, promotionem distulisset Vrbanus, ob Antonij repugnantiam, tandem Nonis Octobris 1624. Presb. Card. tit. *S. Onuphrij*, in secunda promotione primum declarauit. In Galliam & in Hispaniā Legato Francisco Card. Barberino; status Ecclesiastici, & summus imperij administer subrogatus Antonius, magna integritatis ac iustitiæ laude, munere fructus, redeunte Francisco, celeri depositione se exoluit: Ad consilium vocatus bellicum, ob turbines qui in Italia feruere incipiebant, se adfuturum negauit, ne Deo rationem reddere teneretur, & onus subire conscientiæ: Imo Franciscum Cardinalem nepotem suum, non semel reprehendisse fertur, propter onera subditis imposita, ac cū Principibus dissidia. Vrbani Pōtificis eū nimiā abhorreret indulgentiā erga nepotes, missionem sæpe rogauit, vt dimissa purpura redire posset in asceterium, quamuis nunquam impetrare potuerit. Episcopus renunciatus Senogalliensis die 27. Ianuarij. 1626. ecclesiam illam nunquam per Vicarios regere voluit, sed statim relicta Curia, diœcesim lustrauit, frumenti vberem copiam spargens in pauperes. Seminarium cēsu adauxit ditiori: Synodum celebrauit, optimisq. constitutionibus ecclesiam instituit. Post Annum & dimidium, Romam à Pontifice reuocatus, Comitiis adfuit S. Francisci de Obseruantia in Ara Cæli: cumq. Senogalliam repetere contenderet, à Pontifice prohibitus, maluit Episcopatu se abdicare ditissimo, quàm à Residentia. Data ei facultate Sacerdotium illud ad placitum resignandi, ac successorem eligendi, diuisis annuis redditibus, acceptare renuit, iniquum asserens, *lanam diuidi inter Pastorem, & eum qui gregem non pasceret*. Iubente tamen Pontifice, tria nummorum millia ex annuis Senogalliensis ecclesiæ redditibus acceptauit; e quibus annuatim clanculo, & absq. synographa, successori suo mille ducentos remittebat. In Purpura nil de Instituto remittens Monastico vel in ieiuniis, vel in ciliciis, molestam Cappucinorum tunicam semper induit, absq. lineis pannis, & indusio, toto vitæ suæ decumbens curriculo. Aulæis, strommatibus parietes nitere cubiculi non permisit: proprijs manibus seipsum induebat, vrgentibus seruis, pareretur ab eis saltem vestimenta dari, digitos exhibebat vtriusq. manus dicens: *ecce decem serui, quorum obsequium nunquam mihi deest: hi mihi ad omnia sufficiunt*. Potus, cibiq. parcus eum assideret in mensa, aliquid sibi prælegi volebat ad animi refectionem, de edulijs nunquam questus insipidis; cum seruis veluti cum socijs agebat & fratribus. Cultus Zelator diuini absq. fuco, plures excitauit, vel reparauit ecclesias, nulla sui nominis inscriptione permissa; quod per huiusmodi inscriptiones assereret, homines sibi, non Deo gloriam quærere. Romæ propterea cum Templum atq. cænobium Cappuciniis à fundamentis excitasset; solum post eius obitum sequens posita est inscriptio.

Fr. Antonius Barberinus S. R. E. Presb. Card. S. Onuphrij Vrbani VIII. Germanus Frater.
Templum Immaculatæ Virginis Conceptæ Cappucinis Fratribus Cœnobium à fundamentis erexit Religiosi in Deiparam obsequij, benefica in suum Ordinem Charitatis monumentum An. Sal. MDCXXXIV.
Cappucini Fratres grati animi ergo Pos.

Primi vero lapidis in fundamento positi hę erant notæ,

Sedente Vrbano VIII.
Fr. Antonius Barberinus S. R. E. Card. eiusdem S. D. N. Germanus
Primū lapidē ob Religionis F. F. Cappucinorū S. Francisci Cuius extitit Partus, Obseruantiam, in mœnibus eorumdem Monasterij
Deuotissime iecit, An. Dom. MDCXXVI. die XIII. Martij.

Collegium etiam B. M. V. à montibus pro Neophytis, cum annexa domo pro Cathecumenis extruxit in quo legitur,

Vrbani VIII. P. M. beneficentia opem ferente
Fr. Antonius Barberinus tit. S. Onuphrij Presb. Card. Eiusdem Pontificis Germanus, Maior Pœnitentiarius Bibliothecarius S. R. E. & Cathecumenorum Protector
Vt alumni Collegij Neophytorū in tēplo S. Mariæ ad Mōtes à Greg. XIII. ipsius Collegij fundatore
Vniuersæ Cathecumenorum familiæ attributo
Sacris ministerijs operam nauarent,
Eos procul incolentes huc transtulit, nouasq. Ædes Tam illis, cum Cathecumenis mulieribus, Viris q; seorsim Et Clericorum rei diuinæ famulantium habitationi à fundamentis extruxit.
An. Sal. MDCXXXV.

Ad Monasterium S. Catharinæ de Rosa.

Fr. Antonius Barberinus Presb. Card. tit. S. Honuphrij. Maior Pœnitentiarius & Vrb. VIII. P. M. Germanus
Monasterium Puellarum S. Catharinę V. & M. instaurauit
In ampliorem formam redegit

Et nouum Odeum diuinis cunendis officijs extruxit Anno Salutis MDCXXXVI.

In ecclesia Mulierum Pœnitentium,

Antonio Barberino S.Honuphrij Card. Maiori Pænitentiario.

Quod hæc pænitētiū domū ad extremas angustias redactam
Cum viuens præsente semper auxilio ad sex aureorum millia sublenasset,
Moriens attributo in singulos menses quinquaginta aureorum reddita
In perpetuum stabilierit
Deputati eiusdem domus Protectori Beneficentiss. Posuere

Supra fores ecclesiæ SS. Sergij & Bacchi,

Fr. Anton. Barberin. Card. S. Honuphrij
In Honorem SS. Sergij & Bacchi.

Extra Vrbem Cænobium Cappucinorum ad ciuitatem ędificauit Lauretanam. Senogalliæ, palatium restituit Episcopale. Ibidem Montem Frumenti erexit, vnde gratis Annona pauperibus mutuetur. In Vmbria apud Assisium, similem Montem fundauit. Congregationi de Propaganda Fide B ęffusa munificentia, supra ducenta quadraginta milla aureorum donasse viuens & moriens supputatur. Romæ Collegium pro ea fundauit, in quo viginti quinque diuersarum Nationum alerentur alumni, & sacris initiarentur mysterijs, vnde in patriam reduces, Euangelij præcones contribulibus suis veritatem explanarent Catholicam. Ecclesiam etiam in eorum commodum construxit, in qua epigraphes.

D. O. M.

Fr. Anton. Barberinus Vrbani VIII. P. M. Germanus tit. S. Onuphrij
Presb. Card. Maior Pænit. S. R. E. Biblioth. adē hāc Christo Iesu à Magis adorato dicatā Collegij ad propagādā Fidē Instituti vsui à fundamentis erexit, construxit, ornauit An. MDCXXXIV.

Contulit quoque tria millia Coronatorum, ad summæ grandioris, & numerosioris cumulum a Io: Bap. Rinuccino Nuntio Apost. in Hiberniam, pro iuuandis illius Insulæ Catholicis portanda. Eidem Congregationi 500. nummos aureos, ad impressionem varijs linguis, libri, cui titulus *Triumphus Crucis* auctore Hieronymo Sauonarola. Cumgraui dolore animaduerteret, plurimos Italiæ Episcopos D in almam Vrbem venientes, præ egestate, habitu indecoro per vrbis compita excurrere, despectuiq. haberi, redditus assignauit annuos, quibus per tres menses possent honestè Romæ morari. Mitto innumeras eleemosinas, quas clanculum erogabat. Duodecim egenos annuatim vestiebat, alebat: duodecim aureorum millia singulis Annis reposita habebat, quæ pie pro temporum conditione, & necessitatum varietate distribuebat; vnaq. sola vice, sex millia Coronatorū pro graui necessitate donauit: deniq. cum ad manum, præsentem non haberet pecuniam, annulum oppignorauit Cardinalitium in pauperum subsidium.

Eius in Cælis conuersatio: post sobrium ac frugale prandium sacra lectione mixtum, Pontificem visitabat à quo benedictione recepta, in hortos descendebat, Rosarium recitans B. Virginis, & contemplationi vacans rerum cælestium. Inde ad propria reuer sus cubicula, lectione recreabatur SS. Patrum; postmodum auscultandis ministris operam dabat vsq. ad horam cænæ, qua parcissime A sumpta, Matutinum tam diuini Officij, quam B. V. inchoabat pro die sequenti, quotidiano Conscientiæ examine nocti diem coniungēs, quo tandem ad vitæ metas, & Angelorum societatem peruenit Anno ętatis suæ 77. die XI. Septembris 1646. in ęde Cappucinorum sepultus, quam viuens construxerat, & sepeliri iusserat absq. vlla funeris pompa, & sequenti epitaphio. *Hic iacet puluis & Cinis, & nihil.* Pompam funeris quamuis in supremis tabulis prohibuisset (in quibus Congregationem de Propaganda hęredem ex asse voluit) in templo D. Andreę Vallensis, Cardinales iusta soluerunt, Cadauer cum efferretur ad tumulum; adfuere pauperum agmina eiulatu clamantium *Parentem* amissum. Excitauit etiam Deus deuotę Plebis animos ad illum venerādum; cuius tantus fuit concursus, vt custodes adhiberi, opus fuerit ad feretrum. Tanti viri pietatem Testamentum ab eo conditum referant & Codicilli, in quibus familia præterita Barberina.

In nomine SS. Trinitatis, Patris, Filij, Spiritus Sancti.

EGo Fr. Antonius tit. S. Mariæ Transtyberim Card. S. Honuphrij nuncupatus An. ętatis meę 76. memor diei vltimi meę vitæ, non expectata vltima hora dispono de facultatibus, & annuis redditibus, quos gratia Dei C possideo, mea manu scribo, quid de illis post meum obitum, iuxta meam voluntatem faciendum sit, vt Deo reddam, quod Dei est, illasque diuitias, quas à diuina Maiestate recepi, mediante manu munificentissima beatissimi Pontificis Vrbani VIII. mei summi Benefactoris, Domini, & Fratris sanctæ memoriæ, cuius facultate vtor mihi data testandi, & disponendi de bonis quæ possideo iuxta Breue illius scriptum die 23. Iulij, anno 1640.

In primis verè peccatorum meorum pænitentia affectus ante faciem mei Redemptoris, ac Saluatoris IESV CHRISTI prostratus humili confessione eorum, quæ toto corde detestor super omnia, & execror, & in terram prostratus humiliter veniam peto in vltima hora mea vita, humili, & contrito corde animam meam commendans, vt sanctissimi Sanguinis, & acerbissimę Passionis Christi meritis dignetur illam recipere, quando à corpore hoc separata fuerit in locum pacis, ac quietis inter electos intercedat pro me apud suum sanctissimum Filium Virgo gloriosissima, vnicum refugium, & aduocata miserorum peccatorum, inter quos ego sum; & accedant in illa extrema hora in mei auxilium Angeli sancti; sanctus Michael Arcangelus, S. Petrus, S. Paulus, cum omnibus sanctis Apostolis; S. Franciscus, S. Antonius mei aduocati cum tota Curia

ca-

cæleſti, vt ego, è vita decedere valeam bonus Catholicus, in ſinu, & vnione Eccleſiæ Catholicæ ſub obedientia Romani Pontificis, qui eſt illius Caput viſibile, firmus, & ſtabilis in ſancta fide Catholica, & Apoſtolica, ſic firmiter declaro, & promitto facere in extremo puncto meæ vitæ, & mortis.

Cadauer ſine vlla pompa, ſimplici, & priuato funere ſepulchro condetur in Eccleſia Cappucinorum, quos oro, vt mei habere velint memoriam in ſuis ſanctis Sacrificijs, & Orationibus.

Meum ſepulchram ſit ſine vllo ornamento, lapis illud claudat cum hac inſcriptione. Hic iacet puluis, cinis, & nihil.

In omnibus meis bonis ſtabilibus, & mobilibus, mihi à Deo optimo maximo conceſſis, vti etiam rationibus, creditis, actionibus, cuiuſcumque generis, & qualitatis inſtituo Hæredem vniuerſalem ſacram Congregationem de Propaganda fide, cum obligatione ſatisfaciendi infraſcriptis Legatis, quæ volo, vt ſatisfaciat, etiam ſi tempore mortis meæ dotem non aſſignatam ſcutorum mille ſeptingentorum annuorum pro fundatione duorum Alumnatorum à me fundatorum in Collegio de Propaganda fide, cum Hæres inſtitutus poſſit ſatisfacere meis facultatibus mihi à Deo optimo maximo conceſſis, commodè huic obligationi ſicut volo, & intendo fieri iuxta diploma erectionis.

Primò cum anima ſeparata fuerit à corpore, iubeo quamprimum, antequam cadauer ſepulturæ mandetur, celebrari pro anima mea duo millia Miſſarum.

Item volo in Eccleſia de Propaganda fide ſingulis annis in perpetuum ſolemne Sacrificium emortuale celebrari in die obitus Papæ Vrbani VIII. Sanctæ memoriæ pro illius anima.

Obligo meum Hæredem ad annum legatum ſcutorum ſexcentorum, ſingulis annis ſoluendum pro rata ſingulis menſibus Domus Mulierum Pœnitentium in via Longaria dicta, pro victu earundem Pœnitentium, ideſt ſcuta quinquaginta ſingulis menſibus.

Item volo vt meus Hæres in perpetuum ſoluat annua ſcuta trecenta pauperibus Puellis S. Philippi Nerij, ideſt ſcuta viginti quinque ſingulis menſibus, ad emẽdum linum, & lanam pro tela, & panno laneo ab ipſis Puellis conficiendo.

Volo inſuper, ut ſingulis annis Rutheni, ſeu Prutheni qui habitant Domum, & Eccleſiam S.S. Sergij, & Bacchi hic Romæ à me emptam pro illis, habeant in perpetuum à ſupradicto meo Hærede annua ſcuta centum, ideſt ſcuta quinquaginta in Natiuitate Domini, & alia quinquaginta in Natiuitate S. Ioannis Baptiſtæ; inſuper ſpatio vnius anni, ſemel tantùm, dicti Hæredes teneantur dare ſcuta ducenta ad reſtaurandam, & ornandam præcipuè Eccleſiam, & Domum ſi aliquid ſupererit.

Iniungo inſuper meo Hæredi ſupradicto, vt ſoluat ſingulis annis in perpetuum, ideſt primo menſe cuiuſcumque anni ſcuta quinquaginta Hoſpitio Sacerdotum Vrbis.

Item volo, vt meus Hæres in perpetuum teneatur impendere ſcuta viginti quinque ſingulis menſibus in panem qui deuidatur pro rata vnaquaque hebdomada ad Collegij ianuam inter pauperes Regionis, in qua eſt Congregatio de Propaganda fide. Ex illis ſcutis viginti quinque, volo vt quinque ſingulis menſibus impendantur in panem, qui diuidatur inter pauperes Xenodochij S. Mariæ in Capella Traſtyberim.

Volo inſuper, vt meus Hæres ſupranominatus domum vnam ex illis, quæ ſunt in inſula Collegij de Propaganda fide, aſſignet, quæ domus domeſtici vſus inſtrumentis omnibus, ideſt lectis, ſcabelis, menſis, alijſque ſuppellectilibus pure neceſſarijs inſtructa ſit, in perpetuum pro Epiſcopis Vltramontanis, & Vltramarinis verè pauperibus; pro quorum victu in perpetuum impendantur ex mea hæreditate ſcuta viginti quinque ſingulis menſibus.

Volo inſuper, vt ſoluat meus Hæres Monaſterio Cathecumenarum in perpetuum ſcuta viginti ſingulo quoq. menſe, A pro victu quotidiano Monialium.

Monaſterio verò S. Catharinæ de Funarijs in perpetuum ſcuta decem vnoquoque menſe; quæ ſcuta decem ſint pro alimentis duarum puellarum, pulchritudine ornatarum, quæ recipiendæ erunt in educationem in dicto Monaſterio à Congregatione ſola ipſius Monaſterij.

Collegio Neophytorum, & domibus Cathecumenorum, & Cathecumenarum relinquo ſcuta triginta ſingulis menſibus in perpetuum diuidenda æqualiter, pro victu earum trium domorum à Congregatione Virginis Montium, ideſt ſcuta decem ſingulis menſibus pro vnaquaque domo.

Iubeo inſuper vt meus Hæres impendat ſcuta quinquaginta ſingulis annis in perpetuum in elemoſynam diuiden- B dam inter pauperes miſerandos, & indigentes, qui noſtram ſint amplexati ſanctam fidem, & in Vrbe habitent.

Eccleſiæ B. Virginis ad Montes peluim meam, & gutturnium ex argento, meos calices cum ſuis patenis relinquo.

Eccleſiæ Cathedrali Senogallienſi, cuius olim Epiſcopus fui, relinquo mei domeſtici ſacelli ſuppellectilem.

Mea bona mobilia omnia, inter quæ numero non ſolùm ſupellectilem, tabulas pictas, ſedes, lectos, & quidquid erit in cubiculis, quæ incolo, ſed etiam ſtabulum, currus, equos, mulas, ab Hærede volo dentur Cardinali Antonio meo nepoti, quem oro ſua munifica manu ſoluere pro ipſis bonis mobilibus eidem Hæredi intra ſex menſes poſt meum obitum ſcuta mille quingenta monetæ.

C Annuos redditus horum bonorum à munificentiſſima manu Dei mihi conceſſos, iubeo omnes in alimentis Alumnorum Collegij de Propaganda fide erogari; qui Alumni eligendi ſunt ab ipſa Congregatione eiuſdem loci; animaduertendo, vt habeant omnia requiſita iuxta diſpoſitionem Diplomata erectionis Alumnatorum eiuſdem Collegij Vrbani. Et ſi aliqua nationum nominatarum in iiſdem Bullis non haberet, ſua culpa actu Alumnos in eodem Collegio, tunc ſumantur, & admittantur tot ex alijs nationibus, ibidem nominatis, quot erunt neceſſarij ad occupandas ſedes vacuas. Hæ nationes eligantur à ſacra Congregatione coram Romano Pontifice; & ſi fortè fortuna non eſſent Alumni ex nulla natione nominata, D illorum culpa, tunc Sanctitas ſua vna cum ſacra Congregatione poterit nominare alias, reſpiciendo ſemper illas, quæ egent maximè Miſſionarijs, vt apud illas propagetur noſtra ſancta fides.

At ſi daretur caſus, quod in dicto Collegio non eſſent vllus Alumnus nationum illarum, cum diſpenſatione ſummi Pontificis, poterit Hæres annuos redditus his erogare in res ſpectãtes ad propagationem noſtræ ſanctæ fidei.

Et quia ſæpè accidit, quod aut incendio, aut alio accidente ſeu caſu fortuito, ammittantur memoriæ vltimarum

marum voluntatem Defunctorum, cum graui damno reipublicæ, & gloria Dei, ideo volo vt meus Hæres teneatur intra tres menses post meam obitum, lapidem ponere in cubiculo, seu aula, in qua DD. Cardinales congregantur, & Congregationem habent super negotia Collegij de Propaganda fide, in quo lapide breuiter Latina lingua sint rescripta Legata omnia huiusce mei Testamenti, cum anno, & die quo conditum est; ac hisce verbis Apostoli Pauli. Ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia; ipsi soli honor, & gloria in sæcula sæculorum. Amen. *Datum Romæ die 16. Aprilis die Paschatis Resurrectionis Domini N. IESV CHRISTI Anno salutis 1645.*

Ego Fr. Antonius Cardinales S. Honuphrij manu propria confirmo omnia supra rescripta. A

Insuper oro DD. Cardinales Barberinos, & D. Principem Præfectum meos nepotes, vt sint Executores meæ huiusce vltimæ voluntatis. Insuper enixè commendo illis meos famulos, & Montes Triticeos à me in pauperum subsidium in Senogalliensi, & Assisiensi vrbibus status Ecclesiastici erectos, vt illi sint bene, & fideliter administrati.

Omnia quæ a Deo habui Deo sanctè restitui.

De eo lege Ludouicum donium d'Attichi, *in Floribus Cardinalium*, ex quo cuncta transcripsimus.

3. *Dormitauerunt Pastores tui.*
Nahum. 3.



ALoysius Caetanus Romanus, Philippi Sermonetæ ducis filius, ex Camilla Caetana, Anno natus 1595. natalium splendorem cum studio auxisset Philosophiæ, cui Rauennæ incubuit, & Romæ Iurisprudentiæ, Pontifice dispensante Gregorio XV. Anno ætatis suæ 28. Patriatcha assumitur Antiochenus; die vero C 24. Nouemb. 1622. patrui Cardinalis Archiepiscop. Capuani Coadiutor cum spe futuræ successionis, eam Anno 1624. adimpleuit, & die 19. Ianuarij. 1626. primus in tertia Cardinalium promotione Presb. Card. tit. *S. Pudentianæ*, Annos sexdecim vixit in purpura, & in Congregationibus, quibus adfuit, doctrina, integritate, eloquentia, Salibus, dicterijs sed'innocuis, omnibus anteiuit. Literis deditus œconomiam non præterijt, quæ in auaritiam sordidam declinauit. Nisi eum excuses, quòd domum paternam ære alieno grauatam, & supra Capitale censibus obstrictam, non parum subleuauerit ecclesiæ patrimonio: proinde non altaria D erecta, non pauperibus pecuniam distributam recensere valeam.

Duos cum haberet fratres Aloysius Antonium Sermonetæ ducem natu maiorem, qui postea Pro. Rex Valentiæ in Hispania; & Siciliæ in Italia, ducatum etiam rexit Mediolanensem: & Bonifacium Abbatem S. Leonardi natu minorem: Purpuram iste ab Vrbano VIII. pro seipso cum impetrasset, eam fratri cessit maiori; tanta erat inter eos concordia, & minoris erga maiorem obseruantia. Romæ Aloysius postquam Canonizationi subscripsisset S. Andreæ Corsini, die 8. Aprilis, 1642. diem obijt, in titulo exceptus S. Pudentianæ, sacello gentilitio.

Collegij Romani scholas cum puer frequentasset, eius imaginem Anno sæculari exposuere Patres cum epigrammate.

Missa per Heroum fasces, Auauamq. Tiaras
Venit ad hæredem purpura Aloysium.
Vnius ingenium Romana & Curia mentis
Omnes regali in pectore sensit Auos.
Dignam Rege domum ornauit sibi, tot Auorum
Ornamenta, nisi regia, non caperet.

Cæsar Requesenius *Tragediam*; Paulus Vecchius *Obseruationes in diuinam Scripturam* huic Cardinali inscripserunt. De eo lege Vghellum. Victorellum. Io. Rubeum *vita Bonifacij VIII.*

4. *Clama ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam, annuntia populo meo scelera eorum.*
Isai. 58.

B 

DIonysius Simon Marquemontius Lutetiæ natus Parisiorum familia celebri, ex patre Dionysio Regi à secretis, & præfecto domus Luxemburgicæ, matre Mariâ Roulliard, ita legibus incubuit, vt in egregium Iuris Ciuilis, ac Cæsarei Professorem euaserit, Romam veniens cum Iacobo Peronio Antistite Ebroicensi, Camerarijs adscribitur Pontificijs, postea Auditor Rotæ, Florentiæ de matrimonio ineundo Henrici IV. cum Maria Medicea cœpit miscere colloquia, Archiepiscopus electus Lugdunensis Anno 1613. verbum domini voluit ipse gregi suo annuntiare, vt omnes tenentur Episcopi. Eo Lugduni sedente per Annos XII. tredecim Religiosorum habitacula instituta. Habito generali trium Ordinum Lutetiæ conuentu, An. 1614. præclaram habuit orationem, Cleri nomine præsente Rege Ludouico XIII. In Comitiis Ecclesiasticis Lutetiæ habitis, eodem Anno, præfuit velut Galliarum Primas toti Franciæ Clero inter cancellos suæ Primatiæ, contradicente Francisco de la Guesle Archipræsule Turonensi, sed collectis Antistitum suffragiis, causa cecidit Turonensis, licet antiquior inauguratus Episcopus, qui paucos post dies catharro illic interijt. Defuncto Antistite Æduensi An. 1616. Annis pluribus Æduensem iure Regaliorum, Ecclesiam rexit vacantem. Bis Romam missus a Ludouico XIII. vt Oratorem ageret apud R.P. Paulum V. Anno 1617. item Anno 1622. ad Gregorium XV. cuius fuerat in Rotà collega, vsq. ad obitum, Legationis sustinuit officium, quamuis diœcesim suam desiderio repetendi fatigatus viris pietate illustribus sæpe se commendaret, vt eorum apud Deum præcibus, fa-

culta-

cultatem obtineret adeundi gregem suum, quem *gaudium & coronam* tum Apostolo nuncupabat. Doctrina, vitæ innocentia rerum vsu clarissimus, qui ab ephebis vsq. ad obitum omnino abstemius, certis qualibet hebdomada diebus ieiunium, toto vitæ cursu servauit, Deo sacrum obtulit quotidie, pietate delibutus singulari, indecorum dicens, Sacerdotem absque sacrificio diem transigere.

Purpuram obtinuit Rege postulante, ab Vrbano VIII. Die 19. Ianuar. 1626. titulum vero *SS. Trinitatis in monte Pincio* Die 9. Feb. ejusdem An. Datis ad Regem literis pro gratiarum actione, ita subscripsit. *De Vostre Maiestè, tres humble, tres obeyssant, & tres obligè seruiteur, suiet & creature, Denis Cardinal de Marquemont*. Rex vero repositis literis congratulatoriis, *A mon Cousin le Cardinal de Marquemont*, sic exorditur. *Mon Cousin vous ester peruenù au degrè d'honneur, ou mon desir, vostre merite, & vos seruices vous auoient il y, a long-temps appellè &c.* Octo Menses fuit Cardinalis. Stranguriâ laborans, & arctissimos patiens dolores, quorum memor familiari suo Henrico Spondano Apamiarum Præsuli dicebat; *ne quidem horum dolorum vnciâ vellem priuari*. Vir inuictus & patientissimi animi, spongiâ vtebatur cum Cógregationes adiret S. Officii, de propaganda fide, & Interpretum Concilij, quibus fuerat ab Vrbano VIII. præpositus. In extremo morbo cum Patres Oratorij verba facerent de afferendis S. Philippi Nerei ad eum Reliquijs, quę ęgrotis pluribus proficuæ fuerant. *Nolo inquit sanari miraculo: Diuinæ Prouidentia seu vitam meam, seu mortem consigno*. Sacram supplectilem pretiosissimam Hospitali legauit Lugdunensi titulo Eleemosinæ Generalis nullo imposito onere. Exuuias deposuit mortales die 16. Septemb. 1626. ætatis 54. oculos ei claudente Apamiarum Antistite, quem Dionysius inaugurarat Mense Augusto præterito. Cineres Ecclesia recepit SS. Trinitatis Patrum Minimorum cum epitaphio.

D. O. M.

Dionysij Simonis S. R. E. tit. huius Ecclesiæ Card. de Marquemont.

Romæ quem iudicem Rota integerrimum,
Lugdunum Pastorem incomparabilem:
Rex Christianissimus Nestorem Fidelissimum,
Gallia pietatis exemplar eximium
Ecclesia Decus, & ornamentum
Boni omnes tutelare præsidium,
Sibi, totiq. Mundo ereptum lugent: Lugeas & tu qui legis, & tantum virû imitari si nequeas, admirare
Vixit An. LIII. Men. XI. Obijt. 16. Kal. Octob.
An. M. DC. XXVI.
Hæredes Fratri Amantiss. Posuere.

Socratis exemplo nil edere voluit licet doctissimus volumina teneret Decisionum, quas scripserat Auditor Rotæ. Tertia ante obitum die, dimissis omnibus rogauit familiarem, ut stylo suum exciperet testamentum, sedit ille exordiente egroto. *In nomine patris, & filij, & Spiritus Sancti. Amen. Ego Dionysius Simeon de Marquemont Archiep. Lugd. Regni Franciæ Primas, & S. R. E. Card. indignus, qui tot honoribus decorarer, & ob innumera recepta beneficia erga D. Maiestatem semper ingratus, in hunc qui sequitur modum testor.* Ad vocem Testamenti, lacrymas familiaris retinere non valuit, easq; paribus Cardinalis excepit: vnde iste a dictando, ille a scribendo desistere coacti, scribæ Testamenti factionem mandarunt, quo fratrem hæredem scripsit, & magni pretii suppellectilem Hospitali legauit Lugduněsi. Morti proximus per familiarem rogauit, vltimam sibi a Sanctissimo
A impertiri benedictionem, testatusq. mori Sedi Apostolicæ vndequaq. submissum, atq. obedientem. Quæ cum audiret Vrbanus lacrymis non parcens, *dolemus* (inquit) *quàm maxime tanti viri jacturam, timentes ne Deus O. M. castiget Ecclesiam suam, ad se vocando tanti meriti Prælatum ragientibus tot in Europa bellis. Ei itaq. refer: Nos Apo. benedictionem ei impertiri de eius religione plenissime securi; vicissim eum rogare, ut Deum quem breui visurus est, pro peccatis nostris exoret.*

De eo lege Frizonium. Victorellum.

B 5: *Qui docti fuerint, fulgebunt vt splendor firmamenti, & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stella in perpetuas æternitates.* Daniel. 12.




ERnestus Adalbertus ab Harrach Germanus in Austria natus familia illustri genio duce, aris manum admouit, & in Romano Collegio, sub cura Societatis Jesu, pietatis ac bonarū artiū studiis vacauit tanto gloriosior, quanto libentior, cum
C inter diuitiarum Sirenas, atq. adulatrices nobilitatis plausus, viam virtutis elegit. Ab intimo primum Pontificis cubiculo, deinde Pragensis Archiep. die. 19. Ianuarij. 1626. Presb. Card. absens renuntiatus, promouente Ferdinando II. Imperatore ob vitæ candorem, & curam pastoralem erga gregem suum, ob quam non solum aulæ Cæsaris sed ipsis venerabilis Hæresiarchis. Adeo enim viuida virtus, vt inter hostes etiam innocua pertranseat. Romani aliquando habuere suspectum, quasi in Hæreticorum colluvie fide integer non emerserit. Ex aduerso Germani, apud quos Catholici ibi optimi, vbi permixti, Ernestum
D non tam vitæ inculpatæ professorem, quàm Catholicæ veritatis propugnatorem semper venerati, Romanos ipsos ad venerationem tanti Præsulis consociarunt. Eo namque Ecclesiæ præsidente Bohemæ, rugientibus & lasciuientibus ad mœnia, & intra mœnia hæreticis ferocissimis, non defuere Martyres, Confessores, qui pro Christi gloria, & Ecclesia Apostolica sanguinem effuderunt. Romam venit Ernestus solum Pontificatum exeunte Vrbano VIII. ne

Ecclesiam desereret Pragensem; vnde Urbanus omini referens infausto, Ernesti aduentum in Vrbem, *Cadauer* est (inquit) *cum Corui appropinquant*: existimans Romam venisse pro futura electione Pontificis: nec aberrauit, duos namq: post menses obdormiuit Papa. Titulum tamen *S. Praxedis* ab hoc recepit: comitijs interfuit Innocentij X. Alex. VII. & Clementis IX. sub quo, titulo relicto *S. Praxedis* ad *S. Laurentii in Lucina* transijt, suæ liberalitatis, humanitatis, modestiæ signis vbiq, relictis, & apud Patres prudentiæ, virtutis, atq; ecclesiasticæ disciplinæ. Pragam reuersus, ut ecclesiam custodiret suæ curæ commissam, A Templis nitorem restituit, Clericorum mores ad seriam disciplinam revocauit verbo, & exemplo. Mitem, humanum omnibus se exhibens, miserorum querelas audiebat patiens, accurrebat sollicitus, prouidebat beneficus. Viuere & commori cum suo grege desiderans, eo tempore Pragam venit, quum ingruente vndiq. victore Sueco, partem regiæ vrbis, quæ *parua* dicitur, clanculo irrumpentes hostes cum tribus millibus armatorũ, eam misere deuastarunt capto Pro Rege, Præfecto, ipso Archiepiscopo Cardinali cum primatibus, quos omnes expoliarunt, Zoagra cuiq. pro redemptione imposita; grauiori autem ipsi Car- B dinali tanquam Ecclesiastico, qui tandem pretio soluto manumissus, Camera ipsa Apostolica liberaliter partem lytri submittente pro libertate illius, qui tantis meritis & virtutibus Collegium exornabat. Gratitudine non minori adfuit Imperator post pacem initam cum Gallo & Sueco, promotione oblata beneficiorum vacandorum, quibus damna resarcire valeret non tam personę, quã familiæ, ob fidelitatem inconcusse seruatam Domui Austriacæ in tantis periculis, quibus sub Sueco & Gallico ferro, vniuersa cecidit familia Cardinalis. Hinc Ep. & Princeps electus Tridentinus Ecclesiam hanc, vnà cum Pragensi summa pru- C dentia, integritate singulari administrauit. Viennæ diem subiit extremum 24. Octob. 1667. ætatis 72. Sacramentis Ecclesiæ rite procuratus.

Scripsit Ernestus iuuenis adhuc in Collegio Romano *Symboleuticon*.

Dabo pacem in finibus vestris dormietis; & non erit, qui exterreat. Auferam malas bestias, & gladius non transibit terminos vestros. 26. Levit. 6.



BErnardinus Spada, siue de Spatis Brisichellensis, die 21. Aprilis. 1594. hora diei 20. cum dimia, in villa *Spadia* nuncupata iuxta oppidum Brisichellæ in valle Amonis constitutum, nascitur patre Paulo & Daria Albicina Foroliuiensi didicit: In Romano Collegio literas didicit: in Poeticis Alexandrum Donatum præceptorem sortitus, in Rhetoricis Famianum Stradam, ac Tarquinium Gallueium, humanioris literaturæ vberem assecutus notitiam, cæpit alta cogitare. Bononiam inde venit, vbi Philosophiam audijt, Perusij Juris prudentiam, cuius lauream Romæ obtinuit duce Antonio Ricciullo. Memoriæ tenax, cum historiæ, & variæ eruditionis lectione delectaretur, diu noctuq. libros reuolueret In abecedarium eas congregando, nunquam *Repertorio* est vsus, cum omnia in promptu, & nullius periculi metu Memoria ferax subministraret. Retro ergo seipsum non amplius respiciens, quòd in vrbe quæ omnium patria, ludere fortuna soleat, sub Paulo V. R. P. tunicam induit cæruleam Utriusq. Signaturæ Referendarius annum agens 23. Connumeratus postea Abbreuiatoribus Maioris Præsidentiæ, Judex causarum Forensium; sub Gregorio, inter Prælatos assumptus Boni Regiminis in locum Ludovici Ludouisij a patruo ad purpurã vocati, deinceps Congregationibus Paludis Pontinæ, Fabricæ S. Petri, Sacræ Consultæ, Clericorum Cameræ Apost. Montium, Baronum, Computorum: Cameræ Clericus Apostolicæ, Aquæ Paulæ, & Grasciæ Præses ab eodem electus Pontifice, donec sedente Urbano VIII. qui Cardinalis Bernardino Gallicam prænuntiauerat legationem, ad Gallos missus titulo decoratus Damiatensis Archiepiscopi, Anno ætatis 30. nondum absoluto, & inter Antistites cooptatus qui summo assistunt Pontifici; ardua & pręclara tractauit negotia, Valtellinenses præcipue & Ianuensem pacem: promotionem Catholicæ Religionis in Anglia, inter pacta Henriettæ dispensationis primo loco positam: fœdus inter Hispanos & Gallos contra Britannum, ad vidicandam iniuriam a Rege illatam Britanno pacta spernente matrimonij Catholici: Gallicani Cleri, Parisiensis Universitatis, Sorboni Collegij dissidia composuit: Hæreticorum terra, marique grassantium Subizio Duce depressionem: Vadæ insulæ regno, & religionis post Annos a fide exacta Catholica sexagenos, restitutionem. Hæc & similia prudentiæ ac sagacitatis plena eam Principum Bernardino existimationem conciliarunt, vt omnium Politicorum primus deinceps sit habitus. Romam restitutum Vrbanus, reducem cum ob Gallicæ legationis onera Vrbanus vndique obærratum respiceret; iustitia victus, ne tantis laboribus appareret ingratus illius Legationis, in qua rara Regni & Sacerdotij concordia duobus satisfacere valet Legatus, die 19. Ian. 1626. Cardinalem declarauit Presb. tit. *S. Stephani in Cęlio Monte*, cum legatione D Bononiensi, Congregationi adscripsit Boni Regiminis, Sacræ Consultæ, Indicis librorum Prohib. Fidei propagandæ: Vix quadrimestri in Curia absoluto, ad novam legationem pro componendo bello Parmensi, mandante Pontifice aduolauit: in qua dum degit Præfectus Congregationis Confinium: inter Cardinales Fabricæ S. Petri, Episcoporum, Laminarum Hispanica-

oicarum, Cæremoniarum, Rerum Cameralium, patuorum Cænobiorum, Collegiorum fundationis Pontificiæ, Palatinatus, Lusitaniç, Catalauniæ, Avenlonis, Britanniæ, Hiberniæ, Bauariæ, Bohemiæ, Hierosolymorum, Indiarum, Annonæ, Tyberis, Clanium, doctrinæ Ianseniauæ, iosertus, ad titulum translatus *S. Petri ad Vincula*, Anno 1646. *Ep. Albanus*; 3652. *Tusculanus*, *Sabinus*: postremo Anno 1655. *Prænestinus*, Patronus etiam Ordinis Præmonstratensis, Cisterciensis, Minimorum Cappucinorum, quorum privilegia cum studiosissime procuratet, taotis detentus negotiis, primis ablegatis, Minimorum & Cappucinorum vsq;ad obitum retinuit. Facilis erat Bernardino tanta negotiorum moles, cum parem in aula non haberet. Aspectu venerabilis, fronte aperta, quæ maiestatem & humanitatem simul conciliat, ad omnia natus, spem faciebat, salua Pontificis maiestate, Bello Italico finem imponere. Ad limina Ecclesiasticæ ditionis venerat Odoardus Dux Parmensis, cum legionibus fœderatorum, vrbe occupata Aqua Pendente, ibique insederat aduersus Pontificios, qui Duce Thaddæo Barberino (iuramentum iste fidelitatis soluerat in manu Spadæ Legati) supra duodecim millia peditum, & quatuor millia equitum, confinia custodiebant, ne Dux Parmensis irrumperet, cuius vigilantia penè oppressus miles iacebat Pontificis: vnde ad inducias potiùs quàm ad pacem & in speciem legatione missa, ut tumoribus daretur tempus & ansa reparandi arma, congregandi militem, dirigendi commeatum, Spada abiit arcani ignarus, nec sibi crediti speciem conciliandi pacem, quam post longa colloquia suà prudentia firmauit stylo quidem ferreo, eoseque armatus, sine quo difficillimè exarmantur hostes, & pax exaratur. Redux cum subscripto fœdere, & Palatinis inspetato qui iam castra mouebant undiq; auro, ferro, annonà instructissimi, quasi sedifragus præteritus & insalutatus abiit. Castra interim Dux soluerat Parmensis, oppida restituerat; præsidiariis solumodo retentis ad vrbium suarum custodiam Cum iterum milite irrente Pontificio, nouis incursionibus excitati non solum Parmensis, sed cum eo Veneti, Florentini, totaq. Italia quasi de imperio Vrbis & Orbis concertaturi linguas exacuebant in Legatum, qui spetie pacis Italos fefellisset. Ipse verò suç fidei conscius, & Innocentiç quasi è Specula euentum expectans, non dubitauit quamuis in domo regnatrice, apologiam euulgare, impauidè asserens mandata suæ legationis sanctè seruasse, diuersa a primis arcanis non habuisse: vndè in tabellarios & Cancellarios Palatinorum, culpa refusa, quorum oblivione literæ non transmissæ Pontificiç, Legatum & Palatinos excusabant, hos de noua armorum expeditione, sancitæ pacis ignaros: illum ut diligentissimum executorem mandati Pontificij, celerrimè finem imposuisse diffidüs, etiam supra spem conceptam, & sua festinatione laudabilem. Principes, quibus nota erat innocentia Legati, integræ fidei laudibus cumulantes, & qui in arcanis suæ legationis, numeros omnes impleuisset æquitatis atq. iustitiæ, Pontificem ipsum excitarunt in tutelam, nè ex alienà culpa fides pollueretur Legati. Hinc per totam Italiam, in quà frequentes Poetæ, expolita carmina, inuenta lemmata, anagrammata, Pontifex ipse Urbanus VIII. iustus iu-
A dex sua ætate Poetarum princeps, calamum strinxisse fertur in honorem legati. Defuncto Vrbano, comitijs adfuit creandi noui Pontificis, in quibus, quamuis studiosissimus Gallicæ coronæ omnem mouit lapidem, ut Cardinalem Pamphilium in Pontificem assumeret. Nec deceptus, unde Innocentio X. gratus & bene auditus cuius promotioni efficaciter contulerat, arcanis immixtus oneris Pontificijs, Hirundini ministerium Cardinalis Spadæ assimilabatur: teste namque Hugone de S. Victore *lib.* 1. *De Best.* c. 41. *Hirundo cibos residens non sumit, sed in aere hærens escas edit*: ad diferentiam aliarum
B auium, quæ cum pascuntur, vel semina deglutioant, vel terræ fructus consumunt. Sola hirudo bumano generi innoxia viuit. Talis suti in suo ministerio Sapada, Curiæ, Ecclesiæ, Ponfici semper innoxius.

Vir plane literatus, Poeta, Historicus, cuius oblectamenta inter mortuos, labore suo substratis sibi & Familiæ, gloriæ perpetuæ fundamentis erit posteris exemplum regiminis, atque virtutis. Plura de boc Cardinali in calumnioso libro cui titulus *Statera Principum Purpuratorum*, pręcipuè de contentiosa hæreditate *Andreæ Casalis*; quæ omnia ad iniu-
C riam falsa cum auctor eiusdem libri conficta moriens fuerit protestatus, ut in fine huius libri ab eo vel transcribere, indignum duxi.

Ad Cardinalem redeo, quando in Bononiensi legatione, diffidia civium intestina composuit: inuisa arma fæliciter prohibuit, vel eiecit. Viam aperuit Urbanam, Prætorium exornault; Arci ad Scultennam condendæ præfuit. Inter domestica, Romæ palatium incoluit magnificum *Capiferreum* appellatum, aureorum quinquaginta millibus emptum, nouis accessionibus locupletauit. Sex Castella domui adiecit cum titulis Marchionatus, Baliua-
D tus, Senatoratus. Quatuor in gente sua, virilia matrimonia sanxit nobilitate, & opibus præcipua. Neptes nouem eadem sorte collocauit: quibus absolutis, die Iouis, 4. Idus Nouemb. 1661. hora diei. XIII. ætatis septimo supra sexagesimum ex mortali luce discessit, post funus in S. Maria Vallicellana celebratum, in ecclesia sepultus S. Hieronymi de Charitate, sacello gentillitio, si vera præferç Epigraphes.

Horatius Spada Ventura pronepos
Huius Sacelli S. Mariæ Liberatricis
eiuſque miraculoſæ imagini dicati fundator
Et ſepulchri conditor
natus Anno M.D.XXXVII.
Obiit Septuagenarius.
Paulus Spada Horatii frater & Hæres
Huiuſq. ſacelli, pecunia legata inſtaurator
Filios habuit

Bernardinum S. R. E. Card. Spadam.

Virgilium Congregationis S. Philippi Nerii de Vrbe Presbyt.
Iacobum Philippum
Caſtrorum S. Ioannis & Montis Ep. in Flaminia dominum.
Franciſcum Marchionem
Et Armorum in Ferrarienſi, Ducatu
Generalem Gubernatorem.
Natus Anno M.D.XXXXI.
Obiit Nonnagenarius.

In titulo Eudoxiæ aliam habes Cardinalis Spadæ memoriam.

D. O. M.

Bernardino Spadæ Card. S. P. ad vincula
Beneficia ampliſſima,
Vt ad aram quoque grata memoria, & felicioribus
votis recoleret
Benemeriti Principis auguſtiſſimum nomen
Quod pridem expreſſit in corde, expreſſit in
marmore
D. Thomas Montius Abbas Generalis.
A. D. M. DC. XLII.

Plura ſcripſit, quæ apud hæredes aſſeruantur. Publici iuris ſunt Carmina aliqua, & literæ ad Iulium Card. Mazarinum. M. S. in Bibliotheca Cornelia, Venetiis.

De eo. Vghellus. Victorellus. Victorius *Siri Mem. H.*

7. Reductus ſum in nihilum: abſtuliſti quaſi ventus deſiderium meum, & velut nubes pertranſiit ſalus mea. Iob. 30.



LAudiuus Zacchias Genuenſis è Vectiano, Gaſparis filius ex Veronica Genuenſi, Pauli Emilij Cardinalis frater laurea Iuriſpudentiæ Piſis inſignitus, vxorem duxit Lauram filiam Io: Baptiſtæ Nobilis & Veronicæ Biaſſæ, ex qua maſculum procreauit *Marcellum* nomine, & A fœminam *Felicem*: ille in minoribus viuere deſiit; hæc in vxorem data Alexandro Rondinino Romano, mater numeroſæ prolis, Paulum Æmilium vidit Cardinalem ſub Vrbano VIII. Vxore mortua, Ludouicus nobilitate donatus a Genuenſi Republica cum familia, poſt fratris purpuram, Romam venit ſedente Clemente VIII. Commiſſarij munere fungens, poſtea Aduocati Conſiſtorialis, ac Protheſaurarij, nec ſine laude; hinc mortuo fratre Paulo Æmilio, die. 17. Aug.

Aug. 1605. in locum fratris defuncti, Ep. Cornetanus ac Montis Falisci, sub Paulo V. beneficia etiam omnia obtinuit iam a fratre possessa, instante Petro Card. Aldobrandino. Patrimonij postea Prolegatus, ad Venetam Nuncius Rempublicam sub Gregorio XV. Domus Pontificię Præfectus sub Vrbano VIII. tandem die 19. Iao. 1627. Presb. Card. tit. *S. Sixti*, quem titulum semper retinuit, etiam translatus ad titulum *Eudoxię*, in qua sequens legitur inscriptio.

D. O. M.

Vrbano VIII. P. M.
Laudiuio Zacchia Card. Titulari,
Iulio Clouio de Croatia.
Ex Canonicis Regularibus S. Petri ad Vincula
Pictori eximio, Principibus charo
In quo diligentia in minimis maxima
Conspicua gratia immortalis gloria
Vixit ad vltimam senectutem operando
Et Romæ mortuus in hac Basilica tumulatus
Canonici Regul. Socio olim suo PP. MDCXXXII.

Cornetanam ecclesiam cum absens rexisset vsq. ad Annum 1630. nepoti resignauit Gaspari Cecchinello. Augustinianæ Patronus familiæ a Pontifice sibi commissæ Canonizationi subscripsit S. Andreæ Corsini. Romæ obijt die. 7. Aug. 1637. deliquio mentis oppressus, & intestatus, quamuis in fauorem ecclesiæ testari velle professus esset; in ecclesia sepultus S. Petri ad Vincula absq. epitaphio. Eius filia Felix partem accepit hęreditatis.

8. *Non enim subtrahet personam cuiusquam Deus, nec verebitur magnitudinem cuiusquam, quoniam pusillum & magnum ipse fecit: & æqualiter est illi cura de omnibus*, Sap. 6.



BErlingerius vel Beringarius Gypsius nobilis Bononiensis, Iulij filius ex Valeria Segnia, natus Anno 1464. nepos Berlingerii (qui consobrinus Gregorij XIII. Rotæ Auditor Romanæ) florenti ætate Ius Ciuile Bononiæ docuit, vitam postea amplexus Ecclesiasticam, Vicarij munus subiuit in ecclesijs Reatina, & Beneuentana, Sub Clemente VIII. vtriusq. Signaturæ Referendarius An. 1594. postea Vicarius Ciuilis Locumtenentis cũ Pręsulibus sedit Apostolicæ Visitationis, Episcoporum examinator, Sacræ Congregationis Episcoporum ac Regularium Secretarius; Anno 1606. Episcopus Ariminensis, Nuncius Apostolicus apud Venetos per Annos XI. sub Paulo V. a quo Vrbis Prætor Romam reuocatus, munus continuauit etiam sedente Gregorio XV. cuius erat Aulæ Magister, tandem die 19. Ianuarij. 1627. Presb. Card. tit. *S. Augustini*, omnibus fere Congregationibus adscriptus, Signaturæ Iustitiæ Præfectus vsque ad obitum, ecclesiæ Ariminensi nuncium remisit, ne ex absentia pastoris oues lasciuirent. Vir probus & iustus nec munera aspexit, neq. personas. Romæ mortuus die. 6. Aprilis. 1639. sepultus iacet in sacello nobili a se constructo apud S. Mariam de Victoria, in Thermis Diocletiani, cum sequenti cenotaphio,

D. O. M.
Berlingerio Gypsio Bononiensi

S. R. E. tit. S. Aug. Presb. Card. qui Clementi VIII. P. M. Vrbis Vicarij vices gerens, Congregationi super Episco-
A *pis & Regular. a secretis, ac Reformator Apostol. sub Paulo V. Ariminensium Ep. apud Rempubl. Venetam Nuncius: itemq. Vrbis Gubernator; vt mox sub Gregorio XV. eiusdemq. postea domus Pontificię præfectus; tum & Vrbani VIII. sub quo administrata subinde Vrbini ditione, ab eo in Cardinalium Senatum adscriptus, inter maiores Quæsitores contra Hæreses cooptatus ac Signaturæ Iustitiæ, & Congregationi pro eccles. immunitate Præfectus, probata tot muneribus diu ac nouiter Sedi Apo. opera gratos pro ea vel in summa senectute labores matura morte conclusit octauo Idus April. An. Dom. MDCXXXIX. Ætatis LXXV. Men. V. dies XIII.*

Carolus & Berlingerius Gypsi Hæredes Patruo O. M.
B *verbis testamento præscriptis monumentum PP.*

Ibidem in pauimento,

D. O. M.
Berlingerius Gypsius S. R. E. Presb. Car.
Sibi posuit viuens.

E regione

Augustissimæ Triadi
Cui propiorem in Cęlo cultum optima iam spe parabat
Berlingerius Gypsius S. R. E. Card.
Cultum in terris vt extrueret, sacellum extrui testamento mandauit,
Attributo insuper huic Cænobio, Centum annuorum Centussium prouentu,
C *Quo bis diebus singulis Missæ Sacrificium perpetuo fiat*
Carolus & Berlingerius Gypsij Fratris filij,
Cura non degeneri ad Patrui arbitratum, ac pietatem splendide excitarunt.
An. Rep. Sal. MDCXLI.

De eo Victorellus, Vghellus. Amidenus *vita M. S.*

9. *O quàm pulchra est casta generatio cum claritate? immortalis est enim memoria illius, quoniam apud Deum nota est, & apud homines.*
Sap. 4.

D



FR. Federicus Cornelius cognomento Iunior, Venetus Patritius Ioannis Venetorum Ducis filius, Magnus Cypri Prior, Abbas S. Mariæ Bonæ, Francisci Cornelij Card. nepos, puer Annorum duodecim post Humaniora Studia in patria exculta, Patauij, Philosophiam

audijt,

audijt. Venetijs postea in proprijs ædibus Accademia erecta, quam omnium votis vt Princeps rexit, Anno ætatis 23. laurea ornatus Iurisprudẽtiæ, Romã venit à Clemente VIII. Clericus dictus Cameræ Apostolicæ, mox Episcopus Bergomensis, sedente verò Vrbano VIII. in tertia Cardinalium promotione, die 19. Ianuarij. 1626. Presb. Cardinalis *tit. S. Mariæ Transpontinæ*, translatus postea ad *S. Cæciliæ*, Dein *S. Marci ad Palatinas*, inde *S. Mariæ Transtyberim*, demum Episcopus *Albanus* Prima sui promotione ad Cardinalatum, dubitatum Venetijs inter Patres, an Federicus quia filius Ioannis Venetorum Principis, salua lege Patriæ, quæ filiis Principum, genitore viuente, Ecclesiastica prohibet recipere Beneficia, purpuram subire valeret Romanam? decretumq. *dignitatem tam grandem non comprehendi sub communi rubrica De Beneficijs*: teste Nani *H. Veneta*, Cum tamen eodem Anno Carolus Quirinus quia Sedem aucupatus esset Episcopalem Sebenici, intercedentibus pro eo Principibus alienis, fuisset a Decemuiris deportatus pœnisq. multatus grauissimis. Cornelius verò Anno sequenti à Bergomensi ad Vicentinam translatus ecclesiam, mox Anno 1629. ab eodem Vrbano VIII. ad Patauinam; dubitatum iterum inter Patres; An diceretur essendere iura Patriæ? Quod plures negabant; quia iam Episcopus esset; & de vna solummodo Ecclesia ad aliam transiret; offerretq. Cardinalis nouum renunciare Episcopatum; Pontifice tamen renuente, qui præpropere Cornelium in Consistorio præconizauerat; perseuerauit dissidium etiam post Ioannis Ducis obitum; donec defuncto Ioanne Theupulo Venetiarum Patriarcha (cuius electio iure Patronatus pertinet ad Republicam) lis abijt innocuo pede; eodem Federico Cornelio in Patriarcham Venetiarum assumpto, adprobante Pontifice, qui Patauinam sedem M. Antonio contulit Cornelio Federici fratri, tunc D. M. Primicerio. Romam itaq. ascendit Salutis Anno 1639. ad veneranda Limina Apostolorum; hacq. occasione, Vrbano suasit nouam inscriptionem ab eo positam in aula Regia, Alexandri III. R. P. graui Senatus indignatione, abolere; impetrare tamen non valuit, vt restitueretur antiqua.

Plures huius Cardinalis recurrunt memoriæ, quarum prima Oratio est Andreæ & Petri Pastæ occasione itineris à Cornelio suscepti Verno tempore, Venetijs Bergomum redeunte. Io: Baptista Albinonus *Sertum amaranthæum*, & Laurentius Gradellus hetrusco carmine panegyrim euulgarunt. Vicẽtius cum esset Episcopus, lustrata Prouincia, Cathedralem suam Sanctorum ditauit lipsanis, quorum nomina cum tabulis donationis leges apud Vghellum in *Ital. Sacra*. Eodem iubente Præsule Cornelio, ecclesiam Cappucinorum consecrauit Iulius Saracenus Ep. Polensis, vt ex tabula.

Templum hoc & altare maius in honorem D. Io. Bap.
Illus: & Reu. D. Iulius Saracenus Ep. Polensis
Ex concessione Eminentiss. D. D. Federici
S. R. E. tit. S. Marci Card. Cornelij Ep. Vicentini
Consecrauit XVI. Kal. Nouemb. MDC.XXVII.

Venetiis, Patriarchatus possessionem adeunti Cornelio Natalinus de Grassis sequens inscripsit elogium.

Te, Federice Corneli, Fidei Romanæ Cardinem
Venetæ corculum Sapientiæ, Recti cultorem, vltorẽ sceleris
Sacris Aris præsidem, fessis præsidium rebus diuinitus datũ.
Clerus Populusq. Venetus supplex veneratur
Federico Cornelio Card. Amplissimo
Antistiti & honorum & virtutum insignibus spectatissimo
Ad sacram Patriæ Patriarchiam
A *Per Patres conscriptos Summi Patris Interpretes euecto.*
Tanquam Soli post diuturnos turbines gratius affulgenti
Clerus populusq. Venetus gratulationis & obsequij argũ: P.

Aliud.

Federico Cardinali Cornelio.
Quem sincera fides, cordisq. lenitas
Virtutes hominibus iam abdita, rebus diu spectata
Ex omnibus electum Ciuibus
Vt praeesset omnibus Sanctum Patrijs Aris Regem inaugurarunt.
Clerus Populusq. Venetus
B *Parẽti Optimo, Antistiti Vigilantiss. Venerabũdus posuit.*

Lues cum vrbem deturpasset Venetam, salute redempta, Virgine intercedente Deipara, gratias piè egit Deo O. M. tabulis erectis marmoreis in ecclesia Principe.

B. Laurentio Iustiniano,
Primo Venetiarum Patriarchæ,
Stirpis claritudine Augusto,
Sanctimoniæ gloria longè Augustiori
Tutelari Numini beneficentissimo
Ad sacros cuius cineres Templum hoc illustrantes
C *Ciuitate in pestilentia, Sancti Ciuis auxilium experta,*
Quotannis eius perpetua festiuitate celebrando,
Senatus Religiosissimus venerationis ergo, ex voto accedit.
Federicus S. R. E. Card. Cornelius
Maximi cultus, *minimum argumentum dic.*

Basilicam Castellanam a D. Magno Ep. extructam, a prædecessore Theupolo in meliorem formam redacta ritu sacrauit solemni vt ex tabula.

Federicus tit. S. Marci Presb. Card. Cornelius
Patriarcha Venet. Dalmatiæ Primas
Castellanam Principis Apostolorum Basilicam
A D. Magno Ep. extructam.
D *In amplissimi Templi formam*
Religiosa Io: Patr. Theopuli munificentia redactam instruxit.
Franc. de Crassis Clod. & Vinc. Milano Crapul. Ep. suffragantibus.
Solemni ritu consecrauit, sacro Reliquiarum thesauro ditauit.
Sacrarium & D. Iusti M. sacellum collapsum restituit
An. Sal. MDCXLII. Dedicat. die XII. Septemb.
Qua visitantibus Templum ipsum quotannis.
Cen-

Centum dierum Indulgentiam concessit Vrbano VIII. P. M. Franc. Ericcio Duce Venet.

Plura in eadem Patriarchali Ecclesia, religiosa Cornelius monumenta reliquit: pro Missæ namq. quotidiana celebratione redditus assignauit annuos. Archiuium Cancellariæ, temporis iniuria ac lue contagiosa profusum restituit ordinauit, constructo prope eũ Oratorio S. Yuonis pauperum Aduocati, quorum pariter Aduocati electionem quotannis procurauit. Prostratum Clericorum Seminarium, ob erectionem Basilicæ S. Mariæ de Salute, in Abbatia restituit S. Cypriani, in insula A Muranisac Nobilium Adolescentium Accademiam studio prædecessoris erectam, pestis insolentia deiectam, restituit, votoq. promouendi studia, Murani in ædibus patrimonialibus longiorem stationẽ subijt: Tandem ad Veneti Cleri commodum, vt faciliter ei aditus esset ad pastorem suum, Residentiam in domo elegit paterna, in vico S. Pauli, mira sollicitudine, & charitate Paræcias lustrando, leges ordinando, quas adhuc Clerus zelanti obseruat custodia, pueros in promotione ordinum ad virtutem excitando, pro nouæ sobolis delectu, vt eruditione, contagij perniciem redimeret. Venetiarum Ecclesiæ præfuit vsq. ad Annum 1644. quo, ingra- B uescentis ætatis, & podagræ impedimento vexatus in bene ordinata ecclesia de successore cogitauit summo Vrbis & Ecclesiæ mærore, quæ in eius abscessu omnium mæstitiam testatam voluit sequenti inscriptione,

Federico tit. S. Marci S.R.E. Presb. Card. Cornelio.
Vrbis Patriarcha Religiosissimo
Io: Cornelij celebratiss: memoria Venetiar: Principis Optimi
Pietatis studio, moderatione animi nato dignissimo
Mira dexteritate, amplitudine, prudentia, vigilantia, clementia,
Tota virtute Eminentissimo
Pastori, patrono, patri benemerenti
Ab Ecclesia Patriarch. vinculo, cuius dignitatem ornauit.
Apostolica impetrata auctoritate
Ad Ecclesiastica Reipub. ampliora commoda absoluto
Communis mœroris & Amoris publica iactura
Immortale simulacrum mansura tutela
Summa beatitudinis æternam Votum
Clerus Venetus addictissimus, mæstissimus PP.

Romam itaq. se recepit, vitam ducens innocentem plenus meritis, & virtute inter futuros Pontifices meritò candidatus, domo suffragante Austria- D ca, cui studuit quantum Patriæ iura permitunt. In Comitijs enim ei suffragium direxit, cui Venetum cognouit arridere Senatum. Episcopus dictus Albanus, postquam comitijs adfuisset Inuocentij X. diem clausit sepultus die 5. Iunij. 1653. in Ecclesia S. Mariæ de Victoria ad Thermas Diocletiani, sacello pulcherrimo D. Theresiæ sacro, per eum magnis sumptibus excitato, in quo viuens sibi sepulchrum parau erat, inscriptione addita.

Federicus S.R.E. Card. Cornelius.
Ioannis Venetiarum Ducis Filius
A Clemente VIII. inter Apo. Cameræ Clericos adlectus
A Greg. XV. Bergomatum Infula
Ab Vrbano VIII. Romana Purpura admotus
Mox Vicentinus Antistes, tum Patriarcha Venetus creatus
Cum postremum hoc munus aliena volantate
Susceptum, sua deposuisset
Deponendi quoq. corporis memor
D. Theresiæ immortalem Aram
Sibi ante Aram, tumulũ mortalitatis suæ custodem posuit.
Et in partẽ obsequij erga Virginem discalceatorũ Matrem
Vocatis cũ parente sex alijs ex Cornelia Gente Cardinalibus
Inducens pro exuuijs corporum, spirantia Vultuũ simulacra
Prouidit viuens, quomodo extinctus obsequium æternaret;
An. Sal. MDC. XLVII. Ætatis suæ. LXVIII.

Nummismata.

Quorum in fronte Imago Cardinalis cum notis, *Federicus S.R.E. Card. Cornelius.* Ex aduerso. *D. Theresiæ sacellum extructum, suorumq. Gentilium sex Card. ac Patris Venetiarum Ducis vultibus distinctum, & pietatis suæ, & sepulturæ monumentum esse voluit Roma Anno D. MDCXXXXVII. Ætatis suæ. LXVIII.*

In altero Paterna exprimebatur effigies cũ literis *Io: Cornelius Dux Venetiarum obijt. A. D. MDCXXIX.* Ex aduerso. *Æterna in patrẽ optimũ obseruantiæ memoriã extare voluit in hoc metallo, vultu eius excusso; Federicus Card. Cornelius Roma. Anno D. MDC. XXXXVII.*

De eo Baptista Nanius *H. Veneta*, Fasti Ducales a me conscripti. Vghellus.

10. *Non sum medicus, & in domo mea non est panis: nolite me constituere principem.* Isai. 3.

C


IVlius Sacchettus Florentinus Ioannis Baptistæ filius, ex Francisca Altouita Romæ natus die 18. Decemb. 1587. & optimis parentum institutis educatus, fæcundas animi dotes studio auxit humanitatis; duce Petro Bonciario; Iurisprudentiæ, Roberto Lancelloto, Lauream. Pisis adeptus more Nobilium, Romam redijt Anno 1615. Vtriusque Signaturæ Referendarius sub Paulo V. in qua æqua iustitiæ lance cum sibi aulam conciliasset, a Gregorio XV. Bononiam missus Prolegatus, maiori in dies facto suæ virtutis experimento; sub Vrbano VIII. cuius affinis (eorumq. genitores occasione matrimonij amicè conuenerant) Episcopus Grauinensis, mox ad Hispanos Nuncius Apo. Episcopatu nondum lustrato Grauino, ea animi magnanimitate, ac libertate se gessit, vt cum Rege, eiusq. aulicis nec minimum iurgium toto triennio passus, triennio nondum peracto, absens ad purpuram vocari meruerit die. 19. Ian. 1627. cum alijs

alijs Nuntijs, Caraffa excepto, tit. *S. Susanna*, Ad Ecclesiam postea translatus Fanensem, prima dimissa, eodemq. tempore Legatus a latere Ferrariam destinatus, Carolum Niuernensem Mantuanum Ducem à Cesarianis fugientem, qui Mantuam diripuerant, Ferrariæ cum familia recepit, cuncta ad victum ea munificentia subministrans, quæ tantum decebant Principem. Pari vigilantia, ac prouidentia morbum compescuit exitialem ne dum a ciuitate, sed ab vniuersa Ferrariensi ditione. Vir præter cæteras animi dotes corporis maiestate, affabilitate, vsu Reipublicæ, dignus imperio. Fanensem cum rexisset Ecclesiam vsque in Annum 1635. reseruata sibi pensione, ab illius vinculo se exoluit, Bonouiam Anno sequenti Legatus, vbi pari animi candore, & zelo iustitiæ integrum exegit triennium. Reuocatus in Vrbem, Signaturæ Iustitiæ Præfectus, eam Annis tribus supra viginti sustinuit, tota plaudente Roma, donec Anno 1663. vt Alexandro Pontifici morem gereret, libere in eius manibus dimisit, non sine graui Tribunalium, & litigantium querela, quod virum reuocasset, quem *supra Hominem* in iudicando censebant ij etiam, in quos iura dicere coactus erat. In omnibus fere Congregationibus publicis, & priuatis iuxta negotiorum emergentium tribus R. P. Vrbano, Innocentio, Alex. adhibitus, illius maturo consilio omnes deserebant. Maiorum Congregationum Præfectus, nempe Eccl. Immunitatis, Sacrorum Rituum, Tridentini Concilij, viuit adhuc in eis eius virtutis imago.

Pius misericors si manum extendebat ad pauperem, præcipue nobiles depauperatas familias, vel Curiales fortuna depressos, summa cautela, & in abscondito subueniebat, *Nesciat Sinistra tua, quid faciat dextera tua*. Constantiæ admirabilis, & supra sortem constitutus humanam, caduca despiciens, hilariq. vultu cũ ipsa ludens fortuna, in morte Vrbani VIII. atq. Innocentij X. Comitia ingressus vt Papa, rediit Cardinalis. Barberini namq. directures Comitiorum aperte cum eum designassent, occlusis in Conclaui Patribus, Thadæus Barberinus Matthæo occurrens fratri Cardinalis Sacchetti ad Rotundam, titulo salutauit Excellentiæ, quo velut vter vento grauidus Matthæus, reclusa cella vinaria, aurigas excepit & baiulos alta voce lasciuientes *Viuat Papa Sacchetus*. Cum repente electione publicata Innocentii X. vna Matthæo dempta litera E, insanuit. Hispani namq. propter amicitiam, quam colebat Sacchetus cum Barberinis, & cum Iulio Mazarino; nec non quòd in Congregationibus pro Legatione noui Regis Lusitani, aduersus Castellanos suffragatus fuisset tanquam domui aduersum Austriacæ, reiecerunt. Gratus tamen erga Barberinos, creato Innocentio X. acutor fuit, vt in Galliã profugerent ab indignatione noui Põtificis. Plura, sede vacante, falsò, & iniustè effutiuit Pasquinus aduersùs Sacchetum, quæ iam typis data, studiose hic tanquam fabulas præterimus. Vitio ei datur, quòd Musica delectaretur fæminea, eiusq. in hortis non semel visa fuerit *Nina cembarra* inter cãtatrices, ac timpanistrias sui temporis, facile Princeps. Cæterum inter bonos melior iterum atq. iterum pro meritis iudicatus, diuina tamen moderante Prouidentia, licet semper dignus nunquam Cathedram scandit.

Hoc tantum terris ostendant Fata,
— Nec vltra esse sinent.

Virtutis amator, literatorum promotor viua voce, & inter priuatos parietes rogauit sępe Alex. VII. vt ad Cardinalitiam dignitatem promouere dignaretur nobilissimum virum; Abbatem *de Obigni* Anglum non tam natalium splendore, quàm animi virtutibus, & Christiana pietate meritissimum, ob summum emolumentum quod sperabatur Religionis Catholicę eo in regno periclitantis: offerendo si opus foret, loco ipse & purpura cedere, birethum ad pedes sanctitatis suæ deponendo, vt vir tantus purpura honestaretur, At inaudita instantia, inaniter fusæ humiles supplicationes Cardinalis, quæ epistola typis data collectæ sermone vernaculo, Alexandro VII. inscripta, vsurparo Iulii Card. Sacchetti nomine, per manus recurrunt aulicorum.

Animam Cęlo Cardinalis reddidit; cum ex titulo *S. Mariæ Transtyberim*, Ep. C. *Tusculanus, Sabinus* transitum fecisset, die 4. Kal. Iulii. 1663. dolori-bus calculi diuexatus, magna tamen constantia adstantes ipse consolando & amicos, ad Crucifixum conuersus, quem manu tenebat replicando preces, *Domine Iesu, auge dolorem, sed auge patientiam*, Consumatæ virtutis argumentum, in anima excelsa, quæ semper virtutem suspexit, Sepultus iacet in ecclesia S. Io. Bap. Florentinorum, maiorum exceptus sepulchro, in quo ipse viuens parentibus, ac Marcello defunctis elogia apposuerat.

D. O. M.

Io: Bap. Sacchetto & Franciscæ Altouitę coniugibus
Sanguine ac virtutem splendore comparibus
Parentibus optime meritis
Iulius S. R. E. Cardinalis
Marcellus, Alex. Matthæus, & Io: Franc.
Hoc in sacello, quòd ille moriens
Sua in Deum perpetuę pietatis argumentũ extrui iusserat
Monumentum Pos:
Obiere Alter 4. Non. Ian. 1597. Æt. 37. Alter X. Kal. Feb. 1620. æt. 81.

D. O. M.

Marcello Sacchetto
Ingenij atq. animi celsitate, morum literarumq. elegantia
Omnium Ordinum voluntatem
Magnis in rebus intelligentia, industria, vsu
Praclaram existimationem, laudemq. promerita
Iulius S. R. E. Cardinalis
Fratresq. fratri charissimo P. C.
Obijt 17. Kal. Octob. An. Sal. 1629. Ætat. suæ. 44.
Beatrici Tassonia Marchion. Herculis F. paris nobilitati, ac sanctitatis femina


Coniu-

Coniugi dilectiſſimæ Io: Franc. Sacchettus non ſine lacrimis Vixit An. XIX. Obiit V. Idus Maii . 1633.

In Necrologio Eccleſiæ S. Io: Florentinorum, venerabilis curæ animarum præpoſitus, ſequens ei ſcripſit elogium . *Die ultima Iunii , in proprio ſuæ gentis ſacello , conditum eſt corpus Em: Iulii Sacchetti S.R.E. Card. Epiſc. Sabin. eius anima omnibus, uſq; ad miraculum, viuis virtutibus ornata; quia pares nonniſi in Cœlo coronas inuenire poterat ; bis Pon-*
A *tificiis comitiis omnium vota, ac ſpes eluſit ; ut ſe ſupremo etiam faſtigio eminentiorem oſtenderet . Calculari proinde extinctus morbo, in ipſo D. Petri peruigilio , ut ianitorem ad portas Cælorum promptiorem offenderet: cuius claues pene manu bis , merito pluries attigerat assecutus vitæ innocentia, & tranquillitate omnia ſuperare , ſeipſo ſuperior , mortem quoq; reliquas retulit inter victorias: tot non ſolum Vrbis , ſed Orbis elatus lacrymis, laudibuſq: ut viſus ſit exequias habere non modo Cardinalitias , ſed Triumphales : ſuumq: etiam ſepulchrum publico in funere glorioſum Immortalitatem non minus in terris aſſecutus fama , quàm in Cœlis gloria . Qui viuens nemini noxius : be-*
B *neficus omnibus hoc unum nulli moriens non moleſtus, quòd æternum ſui relinquere potuit deſiderium, ac dolorem . Annum emenſus ætatis LXXV. ſupra Men. 6. dies X. ultimum clauſit hunc Sal. An. M. DC. XXIII. raro illo dignus elogio dilectus Deo & hominibus : cuius ſemper memoria in benedictione erit .*

De eo Victorellus . Ughellus . *Vita Principum Purpurat . M. S.*

Non quaſi imperans dico : Sed per aliorum Solicitudinem , etiam veſtræ charitatis ingenium bonum comprobans . 2. Cor. 8. n. 8.



IO: Dominicus Spinula Ligur, & in vrbe gentis ſuæ
C domina familia natus præpotenti , iuuenis adhuc venit in Curiam Romanam , ubi munus ſubiit Quæſtoris Ærarii Pontificii a Paulo V. R. P. Ligurum fautore eximio inde Cameræ Apoſt. Auditor Generalis , uſq; ad Pontificatum Vrbani VIII. a quo Presb. Card. tit. *S. Clementis* die 19. Ian. 1627. dein *S. Cæciliæ* , Regis Catholici partes ſequutus , Acheruntinum & Materanum recepit Archiepiſcopatum An. 1630. ad Lunenſem poſtea tran-
D ſlatus & Sarzanenſem in Liguria . Ejuſdem tandem Regis Cathol. beneficio Archiep. deſignatus Meſſanenſis in Sicilia cum ſedem illam Rex vacare crederet ob Archiepiſcopi promotionem ad Mazarienſem, renuente Archiepiſcopo ſedem mutare , ipſe Spinula ad Mazarienſe in Sicilia opimum Sacerdotium , tranſitum fecit . Comitiis interfuit Innocentii X. ſub quo die . . . . An. 1649. deceſſit, Annos natus ſex ſupra ſexaginta, in ſua Cathedrali ſepultus Mazarienſi, cum in ea palatium reſtauraſſet Epiſcopale . Huic Cardinali nullum munus contulere Pontifices , præter ea quæ ſibi ingenioſe paravit ,

De eo Amydenus Vita M. S. Vghellus . Victorellus . Rocchus Pyrrhus *in notis eccleſ. Sicil.*

12. *Lex Dei eius in corde ipſius .* Pſal. 35.



IAcobus Cavallerius Romanus natu nobilis & ſtudio Iuriſpudentiæ , ex Vtriuſq. Signaturæ Referendario ſub Clemente VIII. Rotæ. Auditor Romanæ ſub Paulo V. Datarius Vrbani VIII. more Romano officioſus , lenis omnibus bona verba dabat : die tandem 19. Ian. 1627. Presb. Card. tit. *S. Euſebii* , cum ſenex eſſet, & corpore obæſus vitam elegit privatam domi clauſus, ubi Deciſiones coram ſe emanatas compilauit , typis dedit . Tibure , quò ſe receperat voto ſalutis , deceſſit die. 28. Ian. 1629. Cadaver Romam delatum in templo Farneſiano juſta ſuſcepit , in Ara Cœli poſtea ſepultus tumulo Gentilitio cum cenotaphio .

D. T. V.

Iacobo S. R. E. tit. S. Euſebii Card. de Cavalleriis
Qui auitam nobilitatem propriæ virtutis gloria ſummopere illuſtrans
Cum Paulo V. inter Sac. Pal. cauſarum Auditores adſcitus fuerit
Ab Vrbano VIII. P. M. poſt Datarii munus ſumma cum laude adminiſtratum
Romana Purpura donatus eſt .
Paulina Maffæa Friderici fratris uxor
ſuæ in amplissimum Leuirum reuerentiæ teſtimonium
An. Dom. M. DC. XXXVIII. Obiit An. M. DC. XXIX
Ætatis LXIII.

Victorellus . Amyden. *Vita M. S.*

3. *Reſponde ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam , ne ſibi ſapiens eſſe videatur* . Prouer. 2.



FAbritius Veroſpius Romæ natus die. 5. Martii. 1552 Hieronymi filius ex Penelope de Gabrielis , Philoſophiæ cũ vacaſſet in Romano Collegio. Bononiæ Petrum Aldobrandinum , Cardinalem futurum audiit , ac per triduum theſes legales propugnauit ; in funere Io: Aldobrandini adoleſcens orauit . Cum per ætatem licuit , utriq; Signaturæ Referendariis præfectus, mox vrbis Firmanæ Prætor, gradatim Cameræ Clericus Apoſtolicæ , dein , Clericatu depoſito , Rotæ Auditor, ſedente Paulo V. antiquum de aquis Vallis Aretinæ diſſidium , armata manu pilis dirutis (quas Ferdinandus M. Dux Hetruriæ excitauerat grauiſſimo Romanorum

alijs Nuntijs, Caraffa excepto, tit. *S. Susannæ*, Ad Ecclesiam postea translatus Fanensem, prima dimissa, eodemq. tempore Legatus a latere Ferrariam destinatus, Carolum Niuernensem Mantuanum Ducem à Cęsarianis fugientem, qui Mantuam diripuerant, Ferrariæ cum familia recepit, cuncta ad victum ea munificentia subministrans, quæ tantum decebant Principem. Pari vigilantia, ac prouidentia morbum compescuit exitialem nedum a ciuitate, sed ab vniuersa Ferrariensi ditione. Vir præter cæteras animi dotes corporis maiestate, affabilitate, vsu Reipublicæ, dignus imperio. Fanensem cum rexisset Ec- A clesiam vsque in Annum 1635. reseruata sibi pensione, ab illius vinculo se exoluit, Bononiam Anno sequenti Legatus, vbi pari animi candore, & zelo iustitię integrum exegit triennium. Reuocatus in Vrbem, Signaturæ Iustitiæ Præfectus, eam Annis tribus supra viginti sustinuit, tota plaudente Roma, donec Anno 1663. vt Alexandro Pontifici morem gereret, libere in eius manibus dimisit, non sine graui Tribunalium, & litigantium querela, quod virum reuocasset, quem *supra Hominem* in iudicando censebant ij etiam, in quos iura dicere coactus erat. In omnibus fere Congregationibus publicis, & priuatis iuxta negotiorum emergentiam a tribus R. P. B Vrbano, Innocentio, Alex. adhibitus, illius maturo consilio omnes deferebant. Maiorum Congregationum Præfectus, nempe Eccl. Immunitatis, Sacrorum Rituum, Tridentini Concilij, viuit adhuc in eis eius virtutis imago.

Pius misericors si manum extendebat ad pauperem, præcipue nobiles depauperatas familias, vel Curiales fortuna depressos, summa cautela, & in abscondito subueniebat, *Nesciat Sinistra tua, quid faciat dextera tua*. Constantiæ admirabilis, & supra sortem constitutus humanam, caduca despiciens, hilariq. vultu cū ipsa ludens fortuna, in morte Vrbani VIII. atq. Innocentij X. Comitia ingressus vt Pa- C pa, redijt Cardinalis. Barberini namq. directores Comitiorum aperte eum designassent, occlusis in Conclaui Patribus, Thadæus Barberinus Matthæo occurrens fratri Cardinalis Sacchetti ad Rotundam, titulo salutauit Excellentiæ, quo velut vter vento grauidus Matthæus, reclusa cella vinaria, aurigas excepit & baiulos alta voce lasciuientes *Viuat Papa Sacchetus*. Cum repente electione publicata Innocentii X. vna Matthæo dempta litera E, insanuit. Hispani namq. propter amicitiam, quam colebat Sacchetus cum Barberinis, & cum Iulio Mazarino; nec non quòd in Congregationibus pro Legatione noui Regis Lusitani, aduersùs Ca- D stellanos suffragatus fuisset tanquam domui aduersum Austriacæ, reiecerunt. Gratus tamen erga Barberinos, creato Innocentio X. acutor fuit, vt in Galliã profugerent ab indignatione noui Pōtificis. Plura, sede vacante, falso, & iniustè effutiuit Pasquinus aduersùs Sacchetum, quæ iam typis data, studiose hic tanquam fabulas prætterimus. Vitio ei datur, quòd Musica delectaretur fæminea, eiusq. in hortis non semel visa fuerit *Nina cimbarra* inter cãtatrices, ac timpanistrias sui temporis, facile Princeps. Cęterum inter bonos melior iterum atq. iterum pro meritis iudicatus, diuina tamen moderante Prouidentia, licet semper dignus nunquam Cathedram scandit.

Hoc tantum terris ostendant Fata,
—— Nec vltra esse sinent.

Virtutis amator, literatorum promotor viua voce, & inter priuatos parietes rogauit sępe Alex. VII. vt ad Cardinalitiam dignitatem promouere dignaretur nobilissimum virum; Abbatem *de Obigni* Anglum non tam natalium splendorę, quàm animi virtutibus, & Christiana pietate meritissimum, ob summum emolumentum quod sperabatur Religionis Catholicę eo in regno periclitantis: offerendo si opus foret, loco ipse & purpura cedere, birethum ad pedes sanctitatis suæ deponendo, vt vir tantus purpura honestaretur. At inaudita instantia, inaniter fusæ humiles supplicationes Cardinalis, quæ epistola typis data collectæ sermone vernaculo, Alexandro VII. inscripta, vsurparo Iulii Card. Saccheti nomine, per manus recurrunt aulicorum.

Animam Cęlo Cardinalis reddidit; cum ex titulo *S. Mariæ Transtyberim*, Ep. C. *Tusculanus, Sabinus* transitum fecisset, die 4. Kal. Iulii. 1663. doloribus calculi diuexatus, magna tamen constantia adstantes ipse consolando & amicos, ad Crucifixum conuersus, quem manu tenebat replicando preces, *Domine Iesu, auge dolorem, sed auge patientiam*. Consumatæ virtutis argumentum, in anima excelsa, quæ semper virtutem suspexit. Sepultus iacet in ecclesia S. Io. Bap. Florentinorum, maiorum exceptus sepulchro, in quo ipse viuens parentibus, ac Marcello defunctis elogia apposuerat.

D. O. M.

Io: Bap. Sacchetto & Francisca Altouitę coniugibus
Sanguinis ac virtutem splendore comparibus
Parentibus optime meritis
Iulius S.R.E. Cardinalis
Marcellus, Alex. Matthæus, & Io: Franc.
Hoc in sacello, quòd ille moriens
Sua in Deum perpetuę pietatis argumentũ extrui iusserat
Monumentum Pos:
Obiere Alter 4. Non. Ian. 1597. Æt. 37. Alter X. Kal.
Feb. 1620. æt. 81.

D. O. M.

Marcello Saccheto
Ingenij atq. animi celsitate, morum literarumq. elegantia
Omnium Ordinum voluntatem
Magnis in rebus intelligentia, industria, vsu
Præclaram existimationem, laudemq. promerito
Iulius S. R. E. Cardinalis
Fratresq. fratri charissimo P. C.
Obijt 17. Kal. Octob. An. Sal. 1629. Ætat. suæ. 44.
Beatrice Tassonia Marchion. Hercules F. parit nobilitati,
ac sanctitatis femina

Coniu-

Coniugi dilectiſſima Io: Franc. Sacchettus non ſine lacrimis Vixit An. XIX. Obiit V. Idus Maii. 1633.

In Necrologio Eccleſiæ S. Io: Florentinorum, venerabilis curæ animatum præpoſitus, ſequens ei ſcripſit elogium. *Die ultima Iunii, in propria ſuagentis ſacello, conditum eſt corpus Em: Iulii Sacchetti S. R. E. Card. Epiſc. Sabin. eius anima omnibus, uſq; ad miraculum, viuis virtutibus ornata; quia pares nonniſi in Cœlo coronas inuenire poterat; bis Pontificiis comitiis omnium vota, ac ſpes eluſit; ut ſe ſupremo etiam faſtigio eminentiorem oſtenderet. Calculari proinde extinctus morbo, in ipſo D. Petri peruigilio,* A *ut ianitorem ad portas Cœlorum promptiorem offenderet: cuius claues pene manu bis, merito pluries attigerat; aſſecutus vitę innocentia, & tranquillitate omnia ſuperare, ſeipſo ſuperior, mortem quoq: reliquas retulit inter victorias: tot non ſolum Vrbis, ſed Orbis elatus lacrymis, laudibuſq: ut viſus ſit exequias habere non modo Cardinalitias, ſed Triumphales: ſuamq: etiam ſepulchrum publico in funere glorioſum Immortalitatem non minus in terris aſſecutus fama, quàm in Cęlis gloria. Qui viuens nemini noxius: beneficus omnibus hoc unum nulli moriens non moleſtus,* B *quòd ęternum ſui relinquere potuit deſiderium, ac dolorem. Annum emenſus ętatis LXXV. ſupra Men. 6. dies X. ultimum clauſit hunc Sal. An. M. DC. XXIII. raro illo dignus elogio dilectus Deo & hominibus: cuius ſemper memoria in benedictione erit.*

De eo Victorellus. Ughellus. *Vita Principum Purpurat. M. S.*

Non quaſi imperans dico: Sed per aliorum Solicitudinem, etiam veſtrę charitatis, ingenium bonum comprobans. 2. Cor. 8. n. 8.



IO: Dominicus Spinula Ligur, & in vrbe gentis ſuæ domina familia natus præpotenti, iuuenis adhuc venit in Curiam Romanam, ubi munus ſubiit Quæſtoris Ærarii Pontificii a Paulo V. R. P. Ligurum fautore eximio inde Cameræ Apoſt. Auditor Generalis, uſq; ad Pontificatum Vrbani VIII. a quo Presb. Card. tit. *S. Clementis* die 19. Ian. 1627. dein *S. Cęcilię*, Regis Catholici partes ſequutus, Acheruntinum & Materanum recepit Archiepiſcopatum An. 1630. ad Lunenſem poſtea tranſlatus & Sarzanenſem in Liguria. Ejuſdem tandem Regis Cathol. beneficio Archiep. deſignatus Meſſanenſis in Sicilia cum ſedem illam Rex vacare crederet ob Archiepiſcopi promotionem ad Mazarienſem, renuente Archiepiſcopo ſedem mutare, ipſe Spinula ad Mazarienſe in Sicilia opimum Sacerdotium, tranſitum fecit. Comitiis interfuit Innocentii X. ſub quo die.... An. 1649. deceſſit, Annos natus ſex ſupra ſexaginta, in ſua Cathedrali ſepultus Mazarienſi, cum in ea palatium reſtauraſſet Epiſcopale. Huic Cardinali nullum munus contulere Pontifices, præter ea quæ ſibi ingenioſe parauit,

De eo Amydenus Vita M. S. Vghellus. Victorellus. Rocchus Pyrrhus *in notis eccleſ. Sicil.*

12. *Lex Dei eius in corde ipſius.* Pſal. 35.



IAcobus Cauallerius Romanus natu nobilis & ſtudio Iuriſpudētię, ex Vtriuſq. Signaturę Referendario ſub Clemente VIII. Rotæ Auditor Romanæ ſub Paulo V. Datarius Vrbani VIII. more Romano officioſus, lenis omnibus bona verba dabat: die tandem 19. Ian. 1627. Presb. Card. tit. *S. Euſebii*, cum ſenex eſſet, & corpore obęſus vitam elegit privatam domi clauſus, ubi Deciſiones coram ſe emanatas compilauit, typis dedit. Tibure, quò ſe receperat voto ſalutis, deceſſit die. 28. Ian. 1629. Cadaver Romam delatum in templo Farneſiano juſta ſuſcepit, in Ara Cęli poſtea ſepultus tumulo Gentilitio cum cenotaphio.

D. T. V.

Iacobo S. R. E. tit. S. Euſebii Card. de Cavalleriis

Qui auitam nobilitatem proprię virtutis gloria ſummopere illuſtrans

Cum Paulo V. inter Sac. Pal. cauſarum Auditores adſcitus fuerit

Ab Vrbano VIII. P. M. poſt Datarii munus ſumma cum laude adminiſtratum

Romana Purpura donatus eſt.

Paulina Maffęa Frederici fratris uxor

ſuę in ampliſſimum Leuirum reuerentia teſtimonium

C *An. Dom. M. DC. XXXVIII. Obiit An. M. DC. XXIX*

Ætatis LXIII.

Victorellus. Amyden. *Vita M. S.*

3. *Reſponde ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam, ne ſibi ſapiens eſſe videatur.* Prouer. 2.



FAbritius Veroſpius Romę natus die. 5. Martii. 1552 Hieronymi filius ex Penelope de Gabrielis. Philoſophię cū vacaſſet in Romano Collegio. Bononiæ Petrum Aldobrandinum, Cardinalem futurum audiit, ac per triduum theſes legales propugnauit; in funere Io: Aldobrandini adoleſcens orauit. Cum per ætatem licuit, utriq; Signaturæ Referendariis prefectus, mox vrbis Firmanæ Pretor, gradatim Camerę Clericus Apoſtolicæ, dein, Clericatu depoſito, Rotæ Auditor, ſedente Paulo V. antiquum de aquis Vallis Aretinæ diſſidium, armata manu pilis dirutis (quas Ferdinandus M. Dux Hetruriæ excitauerat grauiſſimo Romanorum


rum incomodo, hyeme fluminum inundationem Florentia ac Pisis auertentes Romam obruebãt; æstate vero prohibebant, unde Tyber quibus destituebatur aquis, Arnus abundabat, in totum diremit; nunquam enim pilæ restituræ fuerunt; magno tamen Verospii vitæ discrimine, quum gladio præcinctus irruit aduersùs pilarum custodes. Romam restitutus quasi in triumphum, ab eodem Paulo V. ad Cęsarem mittitur, ut causam Klesselii S.R.E. Cardinalis, quem Palatini ad carceres vocabant (quia Turcis oppidum pręmaturè reddidisset; cum Hæreticis communicaret, Matthiam Cæsarem in Rodulphum concitaret Augustum) in aulam evocaret Romanam a Pontifice iudicandum: improspero abiit euentu, re enim infecta coactus fuit citissime in Vrbem redire. Mortuo Paulo Gregorius XV. per eũdem Verospium repetita postulatione Klesselium sibi tradi exègit, mandavitq. Verospio, ne in Curiam rediret sine klesselio: Lege itaque significata Pontificis, negauit Politicus Magistratus Klesselium tradere, quòd Romæ probationes deficerent. Verospius excusatione reiecta Magistratum excommunicaturus pronuntiat; quo non obstante cum in sententia persisteret Magistratus Ciuilis; anathema scribit Verospius; eiusq. constantia victi Politici tradidere Klesselium, qui Romam perductus, in Hadriani mole reclusus, fuit tãdem absolutus. Insigne hoc facinus cũ Gregorius morte pręuentus nullo repẽdisset beneficio: Vrban. Perusiæ & Umbriæ primum cõmisso regimine, absentem tandem pridie Non. Septẽb. Presby. Card. tit. *S. Laurẽtii in pane & perna* assumpsit, ad *S. Mariæ de Pace* dein transtulit. Inter patres connumeratus sacræ Consultationis, Eccles. immunitatis S. Officii, Palatinatus, Aquarum, Canonizationi interfuit S. Andreæ Corsini, eam semper dicendi libertatem atq. cõstantiam præseferens, quam habuit ante purpuram, Romæ vita excessit die 27. Ianuarii 1639. ætatis 68. tumulo exceptus gentilitio, in templo SS. Trinitatis, in monte Pincio. Plures cum pateretur æmulos & hostes; encarpa cornibus contesta, noctu valuis eius appendere palatii; mane ad spectaculum plebe conueniente; infremuit Cardinalis iusto furore percitus, quo etiam post paucos dies correptus obiit, postquã familiaribus iniuriam significantibus respondisset; *Aberrasse auctores, agro sibi deficiente, in quo huiusmodi semina sererentur. Domum meam credidere Marchionis quę haud longe distat*. Facta itaq; inquisitione, cum inditia & præsumptiones quasi violentæ grauarent Ducem *Cæsium* Petri Donati Cardinalis Cęsii fratrem; hunc Vrbanus Auenionem relegauit, donec intercedẽte Legato Gallo, qui (ut fabulati sunt aulici) ut Cæsium liberaret, se auctorem finxit delicti; Pontificis indulgentiam obtinuit.

Nummismata Fabritii Card. Verospii.

Cuius in fronte familiæ insignia cum notis; Fabritius Cardinalis *Verospius*. In altera, S. Francisci de Paula effigies.

De eo lege M.S. in Bibliotheca Cornel. Venet. Amydenum V. M. S. Victorellum.

14. *Quæ sunt Cæsaris dentur Cæsari: quæ Dei, Deo*. Matth. 22.



Ægidius Carillus Albornotius, in oppido Talaueræ natus, diæcesis Toletanæ, inter ulterioris Hispaniæ primates, qui Regibus sanguinis vinculo iuncti. Ab humanioribus studiis, Iurisprudentiam transgresus, nobile retulit sertum, quo pręcipuos A Regni Magistratus tractauit iustitia semper illæsa. Hinc Auditor Granatensis & Vallisoletanus, postea Pręses Pãpilonẽsis in regno Nauarrę, cũ nunquã a lege declinasset vel Rege; meruit ex Inquisitioribus unus, & Archidiaconus renuntiari Burgensis tandẽ instante Rege, die 30. Aug. 1627. Presb. Card. tit. *S. Petri in monte Aureo* Romam venit politicus & Ecclesiasticus, eà Imperii & Sacerdotii concordia, ut Regis iura cõstantissime propugnauerit sed usq. ad aras. Mediolanii legatus, cum Insubria armis esset præoccupata Gallorum, & Valentia ad Padum obsidione pręmeretur; Carilli vigilãtia factum, ut obsessi Gal- B loseluderent; Tarentinus nominatus Archiepisc. Annis septem pręfuit, at Regiis impeditus negotiis residere cum prohiberetur, nuntium libere remisit, Romã a Rege incolere iussus pro cura Ecclesiæ universalis. Hinc mortuo Urbano, moderator in Conclavi Hispanæ factionis, futuræq; electionis, titulum *Moderatoris* præteriit Cardinali obiecto Mediceo in prospectu, ut ipse Hispana dissimulatione, quasi aliis intentus, opus facilius perficeret, & perfecit, creato Innoc. X. qui assumptionem suam Deo primum, dein inter mortales, vni Carillo adscripsit. Hinc carceri traditus Carilli nepos, quod cum brevi sclopeto a satellitibus fuisset inventus propterea C reus mortis indispensabiliter; Cardinali apud Pontificem intercedente, in libertatem assertus, Neapolim secessit, vbi Abbatis Lomellini germanum fratrem ferro sustulit, in vindictam carceris, quem passus fuerat. Regii Oratoris munus saltem subsidiarii obiuit Egid. toto vitæ cursu, osor implacabilis omnium, qui à Rege dissentirent Hispano: propterea à Cardinali discors Estensi, qui ab Hispano ad Gallum desciuerat. Podagra vexatus, aliisq. infirmitatibus, vitam tamen protraxit ad Annum septuagesimum: quo vigiliis, ac laboribus fractus, mærore præsertim concepto ex Regis literis, quæ gesta re- D prehendebant Cardinalis, die 18. Decemb. 1649 è vita migrauit, in ecclesia depositus S. Annæ in Quirinali, ad Hispanos deportandus; thiara dignus, ad quam cum peruenire nequiuerit astro forsan prohibitus, promouit eum, quem utilem credidit Ecclesiæ futurum. Testamento hęredes sibi instituit Sanctimoniales S. Bernardi, oppidi Talaueræ patriæ suæ, executoribus testamenti designatis Cardinalibus *de la Cueua*, & *de Lugo*: priori legauit tabulam


lam sacram: alteri duos equos. Orator tamen Hispanus omnia occupauit, quasi Fisco debita; quia plura absoluisset contra Regis mandatum; & præcipuè Barberinos in Regis tutelam accipere venientes non admisisset.

De eo lege Capritam. Gualdum: Aug. Cemellium *in præfatione vitæ S. Hieronymi*. In Monte Aureo, cuius cenobij murum instaurauerat, sequentia occurrunt,

Ægidius Hispanus Card. Albornotius tit. S. Petri in monte aureo.

Suis expensis fieri mandauit. A. D. MDCXLV.

15. *Cani sunt sensus hominum: & ætas senectutis vita immaculata.* Sap. 4.



PEtrus Berullius ex patre Claudio nobili Campano, Senatore Parisiensi, & Ludouica Seguieria nascitur An. 1575. fœmina religiosissimâ, quæ marito superstes, abdicato seculo, Parisijs inter Theresianas vitam Deo consecrauit, in eo vitæ genere Annos 22. piissimè viuens, in sinu filij Cardinalis animam egit. Cum ruri degeret Petrus sub parentum tutelâ, ex pacto cum Sacerdote inito, SS. Christi corpus ante Missę celebrationem suscipiebat, vt astantium oculis se subduceret. Adolescens factus, licet natu maior, vitam elegit Ecclesiasticam ab ambitu dignitatum tamen semotus, cuius gratiâ Sacerdotia, Abbatias, Episcopatus, Laudunensem offerente auunculo Ludouico Seguerio respuit, vt etiam Lucionensem, & Lugdunensem. Societatis Patribus cum nomen dare meditaretur, Virdunum abijt, sed illis tunc temporis proscriptis, votum implere non valens, Hispanias adijt, vt Sanctimoniales S. Theresiæ in Galliam traduceret, magnâ difficultatum mole superatâ, vt nonnullę Virgines illustres, & Viduę, quibus hoc persuaserat, amplecterentur institutum. Eo in itinere, procellis exceptus in mari, solus in rupem eiectus, virgulâ liberatur diuinâ. Lutetiæ iactis Carmelitarum Virginum fundamentis Anno 1683. tam prospero successu, vt ex eo tanquam matrice quadraginta alia ante mortem nata viderit. His Virginibus regendis tres Presbyteros præfecit Clemens VIII. quorum postremus Petrus haberi voluit: Collegæ fuere duo Sorbonici Theologi Duualius, & Guallemandus. Post Annos viginti multa passus ob hoc regimen viris alioquin pijs, & religiosam vitam profitentibus nescio quid prætendentibus; quod Deus aliquando permittit ad Christianæ virtutis exercitia.

Exhortatione Decennali Cardinalis a Ioyeusa, & Henrici Episcopi Parisiensis, Congregationem collegit Oratorij D. Iesu, sex lectis Consilij socijs, cum quibus in suburbio S. Iacobi, Parisijs, die D. Martino sacrâ, An. 1611. Oratorium aperuit, cõfirmante R. P. Paulo V. An. 1613. ad preces Mariæ Medicęę Gallorum Reginæ. Huic Congregationi tantum Deus donauit incrementum; vt Domus supra quinquaginta in Francia, conterminisq. Regionibus, octodecim Annorum spatio succreuerint, magna huius Sacerdotis pietatis famâ apud Reges præcipuè. Hinc Blesis egressa Maria Regis mater, cum dissidia timerentur plena discriminis, Petri operâ Rex optimus optimæ matri reconciliatur. Romam adiit Regis imperio, dispensationes impetraturus ab Vrbano VIII. matrimonii celebrandi inter Henriettam sororem Regis Christianissimi, & Caro-
A lum VIII. Angliæ, Sectariorum principem, quam etiam impetrauit; inito coniugio, Lutetiæ in ecclesiam Deiparæ. Traiicientem ad Britannos Reginam ipsum Berullium Rex voluit comitari, vt cõsiliis iuuaret dirigeret, & in Religione Catholicâ confirmaret. Cumq. parum spei affulgere videret, Insulam Romano reconciliandi Pontifici, in Galliam remeans, in mari positus, ex horribili tempestate euasit incolumis precibus B. Marię Magdalenę de qua mox in gratiarum actionem, tractatum composuit, quem Serenissima Britanniæ Regina manu propria descripsit. Heroicarum virtutum exercitio vacans, corpori semper studuit doman-
B do, lato cilicio, per Annos integros. Ludouico XIII. instantissimè deprecante, Vrbanus VIII. inter Cardinales transcripsit, voti prius de non suscipiendis dignitatibus, quo Berullius obstringebatur, dispensatione laxatâ, quâ dignitatis repudium damnauit, & in virtute S. obedientiæ, acquiescere constrinxit. Purpurâ itaq. mœrens ornatus, de religione, & humili viuendi genere nil remisit. Lectus stramineus, cibus vulgaris eidem fuere: Fratribus accumbentibus, vt antea solitus erat, purpuratus semper ministrabat. Ad dignitatis onera sustinenda Rex octodecim millia librarum pensionem contulit, quam etiam post biennium geminâ auxit
C Abbatiâ, quarum fructus impendit in reparationem maioris Monasterii diœc. Turonensis & S. Luciani Ep. Bellouacensis. Sed heu nec purpura, neq. redditibus à Rege copiose concessis diu potitus! Anno namq. sequenti in Cardinalem assumptione, lenta febri correptus Fontibellæ, Parisios rediit emortuis prope viribus dum sacrum celebraret, quod ter tantum intermisit ab eo tempore, quo Presbyter inauguratus, incepta Missę præfatione ad hæc verba, *Et hanc oblationem seruitutis nostræ*, in astantium Fratrum brachia recubuit (vt flagrauerat) animi deliquio & Syncope, à quâ paululum recreatus, memor sacrum non peregisse, immortalitatis pharma-
D cum petiit, supremum Christianorum Viaticum. Spiritum Deo reddidit sexto Non. Octob. 1629. Annos natus 44. in Oratorio humatus Germano. Habert in funere perorante, qui & vitam eius conscripsit. Vir e numero Beatorum, qui in Domino moriuntur varia scripsit

De Fidei Controuersijs.

De Mysticâ Theologiâ, inter quos *Le grandeurs de Iesus.*

Epistolas Varias.
De Beatiss. Virgine, ac de Sanctis,

Erga quam à puero deuotissimus, etiam purpuratus nunquàm domo efferebat pedem, quin eius adiret imaginem, eiq. se piissime commendaret: sin domum reuersus gratias ageret. Idque moris fratribus suæ Congregationis transmissus in hodiernum diem perseuerat. Feriarum, vacationumq. Autumnalium tempore recurrente, quo genio homines indulgere solenti ipse ad huc adolescens nil de literarum studiis remittens, nec pietati detrahens, inter opacas Syluarum latebras Deum quærens, qui *Absconditus* dicitur, vnà cum matre, subleuandis oppidanorum necessitatibus incumbebat. Hoc tempore, placuit Deo, supernis illum Charismatibus cumulare, ei per visum, pœnas ostendendo Purgatorij, quibus exterritus Petrus à leuioribus etiam noxis in posterum, se diligentiùs continuit. Eidem sub id temporis, Virgo apparuit Sanctissima filium suum inter brachia stringens, & Petro offerens; qui ex profunda animi demissione illum a se repulit clamãs cum S. Elisabetha, *Vnde hoc mihi, vt veniat mater Domini mei ad me:* & cum Apostolo Petro; *Exi a me quia homo peccator sum, Domine.* Ipsa quoque nascentis Verbi nocte aniuersaria in Ecstatim raptus profundam inter Diuini Officii celebrationem; probabile est, de altissimo vidisse, cogitasse ac per reuelationum accepisse Incarnationis mysteria, quę postea in egregiis illis lucubrationibus, *De sacra Diuini Verbi œconomia* vulgo *des Grandeurs De Iesus* edita reliquit, atq. ex plenitudine diuini Spiritus erructauit, cum Bernardo dicere potuerit; *Si scribas, non sapit mihi nisi legera ibi Iesum. Si disputes, aut conferas, non placet mihi, nisi sonuerit ibi Iesus. Iesus mel in ore meo, in aure melos, in corde resonet Ser. 15. in Cant.* Cũ enim ex abundantia verba proferret, *Iesum* semper in ore habuit: Iesus venerabile nomen pro religiosę familiæ suæ titulo (quam Congregationem *D. N. Iesu Christi* specialiter vocari voluit, eiusq. scutum, ac tesseram ostentauit, circumtulit, in frontibus epistolarum, domorum, balicarum, vt gloriæ suæ tropheum exposuit, erexit.

Scripsit etiam De *abnegatione interna* Annos natus duodeuiginti: cum enim a parentibus ad legum studia prouocaretur; Numine impellente Theologicas anohelans disciplinas, tanto profecit, vt in Theologia Mystica alter Dionysius, vel Hierotheus audiret. Libellum hunc cum in lucem dedisset, nomen suum præ modestia subticuit. Eodem humilitatis sensu nunquàm in publicum prodire optauit, nec insignia suscipere doctoratus: quamuis nullus esset de rebus Fidei conuentus, ad quem Berullus non vocaretur adolescentiæ limina vix egressus. Hoc enim peculiare Berullo desuper datum, vt in exorcizando Spiritus immundos, & Hæreticos edocendos effulgeret. In iis fuere viri primarii, quos omnes hic recensere nimis arduum, & longum Adeo vero heterodoxis metuendus euaserat; vt eorum nemo prouocare auderet, vel ab eo prouocatus in arenam descendere: hinc nomen mutare coactus, vt ad colloquia traheret, & in disputationem deduceret. Hac arte vsus cum quodam ministro, cum ex facie apparuit, & *Berullus* cognitus; aspectu territus hæresiarcha aufugit. Nec verbo tantum aduersus hæreses pugnauit, sed calamo; scriptis egregiis lucubrationibus, cuiusmodi sunt.

De Missione Pastorum
De Sacrificio Missæ
De SS. Eucharistia

Henricus IV. cognomento Magnus, qui pas-
A sim *Sanctam* vocitabat, cum filium Ludouicum XIII. successorem suum illi instituendum dedisset; honorem a Monarcha potentissimo oblatum recusauit vnà cum infulis Laudunensi, Nannetensi, Lucionensi, Lugdunensi; curam tamen non respuit animarum, Confessiones audiendo pænitentium, imo lumine illustratus superno arcana conscientiarum peruidebat, iisq. peccata, quæ vel sponte tacuerant, vel fortuito recitare omiserant, secreto reuelabat. Hæc pauca de Berullo delibauimus ex Ludouico Donio d'Attichii *in Floribus Cardinalium*, atq. ex vita *Magdalenæ a S. Iosepho* Carmelitæ discalceatæ, cui tribus horis ad eius decessu, in propria
B figura, gloria, & splendore circumamictus apparuit; quemadmodum *Iusti sicut sol in regno patris eorum. Matth. 15.*

Omitto Miracula, quæ ad contactum religiosi corporis, & vestium, ipso in funere Deus patrare voluit ad gloriam serui sui. Lege Ludouicum Donium d'Attichii.

Monendus etiam hic lector; plures Berullum scripsisse tractatus contra Petrum Molinæum Caluinistarum Ministrum; tantumq. in confutandis hæreticis valuisse; vt eum Cardinalis ille Perronius Nouatorum malleus aduersus Mornæum eo tempore Hæreticorũ primipilum corã Henrico M. disputatu-
C rus esset, *Berullum* gloriæ collegam voluit, dicere solitus, *Si quos haberent conuertendos, ad Franciscum Gebenensem Episcopum mitterent; conuincendos ad seipsum; vtrosq. ad Berullum.* Scripsit etiam *de Energumenis*, a quibusdam Francisco Salesio traditum, Berullo restitutum à Carolo Augusto Salesio B. Præsulis nepote. Est & aliud opusculum *De directione Præpositorum*, ab eo Gallicè editum, suppresso nomine: Romæ postea Anno 1646. Latinè prælo donatum. Nec latet ab aliquibus plurima notari tanquam ab ecclesiæ doctrina discrepantia in libro, quem lingua vernacula inscripsit *Des Grandeurs de Iesus*. Sed fortasse vel malo animo ducti, vel quæ ignorabant
D blasphemantes; vt ait Donius d'Attichii. Lege insuper Germanum Habertum Abbatem. Victorellum. Spondanum. Andream Diuuallium in *vita B. Mariæ de Incarnatione*. Vitam R. P. Caroli de Gondren. Iacobum Gautherium *tabula Chronographica*. Hilarionem à Costa *in elogijs feminarum illustrium*. & to. 2. *in S. Theresia a Iesu, & Maria Medicæa Galliæ Augusta*. Io: Samblacatum *lib. 6. Petrum a S. Romualdo to. 3. Thesauri Historiei*. Io: Bap. Senaltium *vita Magdalenæ a S. Ioseph Carmelitę Discalceatę*.

16. *Expectatis vltra septem diebus, rursum dimisit columbam ex arca. At illa venit ad vesperam, portans oliuæ ramum virentibus folijs in ore suo.* 8. Genes. n. 11.

IO: Baptista Pamphilius Camilli filius ex Flaminia de Bubalis Cancellarij, Nonis Maii, 1574. nascitur, ab Vrbano VIII. Cardinalis designatur Anno 1672. & 13. Kal. Decemb. 1629. absens euulgatur, die 6. Iulij pileum accipit in Quirinali, tit. *S. Eusebij*, tandem Vrbano successor datus nomine *Innocentij X.* Lege eius vitam a me conscriptam. Columba ei apponitur gentilitia, portans oliuæ ramum ob pacem feliciter absolutam cum Venetis, restituta inscriptione Alex. III.

17. *Insipiens factus sum, vos me coegistis*, 2. Cor. 12.



PEtrus Pazmanij, vel Palzmanius, inter Vngaros clarissimis natalibus fulgens, Varadini natus An. 1573. patre Nicolao, Comite Bibanensi; matre Margareta, ex Marchionibus Massæ, qui ex Italia in Pannoniam transgressi, connubijs ibidem se immiscuerunt. Atavi fuere Petro, qui vsque ad S. Stephanum Vngarorum Regem, è Germania digressi, ad tutelam fidei armatis accurrerunt phalangibus. Vitæ Regulari addictus Petrus inter Patres Societatis Iesu, iam Philosophus & Theologus, Missionibus per Vngariam obeundis incubuit, Cardinali Forgatio plaudente Archiep. Strigoniensi, cui inuitus successit, ita postulante Matthia 1. Vngarorum Rege cum Magnatibus Regni; postea instante Ferdinando III. Imper. Cardinalis renunciatus inuitus die 19. Nouemb. 1629.

Archiepiscopatum ea gessit prudentia, & sanctæ vitę institutis, vt bellicosam Vngarorum gentem, Turcis contiguam Cæsari semper seruauerit obsequentem. Romam venit mense Martio 1632. Vngariæ Primas, Strigoniensis Comes perpetuus, Sedis Apostolicæ Legatus natus, Cancellarius ac Secretarius C. M. pileum accepturus, qua occasione Cæsar illum in Oratorem suum cum designasset, ingressum de more habuit pompa spectabili, noua oculis Romanorum, secum ducens nobiles Vngaros equitātes cum chlamydibus & ephippijs aureis, spectaculum nobile. Ornatus a Papa Pileo Cardinalitio cum Titulo *S. Hieronymi Illiricorum*; vt Cæsaris arcana tractare voluit, expositis *Credentialibus*, non fuit admissus, negante Vrbano literas aperire Cæsaris, si in eis Cardinalis *Legatus* appellaretur: quod infra dignitatem Cardinalitiam esset, Legatione fungi: propterea cum summarium suæ legationis Pontifici exhibuisset; Papa ipse spectante Cardinali, arrepto calamo nomen deleuit Legati. Reponente Cardinali, *non inusitatum, vt à magnis Principibus Cardinales ad Sedem mitterentur Apostolicam*; subiungente Papa, *Ignorantes fuisse qui id fecerunt*; adiecit Cardinalis, *Non ego missus a Cesarea M. vt de hac re disceptarem, sed vt pericula Germaniæ exponerem & opem V.S. implorarem.* Hoc iurgium excitasse dicitur Vrbanus ne fæderi se immisceret, quod Cardinalis proponebat Legatus. Mandauit inde Vrbanus per Secretarium Sacri Consistorij, omnibus Cardinalibus, ne Pazmanium pro Legato agnoscerent Cæsareo. Exclusus Pazmanius literas dedit Francisco Cardinali Barberino bis & ter instans pro sua admissione exemplo Regis Catholici, qui Cardinalem tunc temporis habebat in Curia Romana

A Legatum. Allegabat exempla Cardinalium, qui non solum Legati Regum nomine adfuere, sed Belli Duces contra Principes Catholicos etiam in acie, de cuius iustitia queri poterat. Quòd si hisce functionibus læsa non putatur dignitas Cardinalitia, cur lædatur, si Cardinalium opera vtantur Cæsar, & Reges, vt suo nomine Sedem conueniant Apostolicam. Considerabat in literis suis; quàm importuno tempore odiosa, & nunquam antea mota quæstio excitaretur, non sine totius Vrbis murmure, hoc tempore, hac occasione, Principibus non præmonitis, cum dedecore Cardinalis ac Vngariæ Primatis, eiusdemq. Cæsaris, qui Regum primus &

B prima afficiebatur iniuria. Postquam ergo plures Cardinalium, ac Principum Oratores controuersiam componere, frustra conati essent; in sua opinione, Vrbano perseuerante, cæpit in aula declamare Pazmanius, quòd causa Religionis communis esset, neminem excluderet, immo Ecclesiasticos præcipue vrgeret ad eius tutelam; tandem quòd si purpura obstaret ei, ne causam Christianissimi Imperatoris, pro religione ageret apud Pontificem; eā deponere paratus erat, prōp tus vel sola amictus subucula necessitatis discrimina exponere, dumodo Papa, Pastor Vrbis dici velit & Orbis, ac implorantibus accurreret. Literas postea ad Franciscum

C Card. Barberinum dedit, discrimina exponens Catholicorum in Germania furentibus vndique Hæreticis, vt nisi valida submitterentur auxilia, actum esset de Religione Catholica, & nomine Pontificio. Teneri Vrbanum tanquam Religionis caput remedio accurrere extraordinario, cum & extraordinarium vrgeret periculum, cui simile nunquàm fuerat ab ortu hæresis Lutheranæ. Libertate vsus dicendi Apostolica, illud meruit audire, *Insipiens factus sum, vos me coegistis*) Postulabat, vt ex decimis, quas pro Cæsaris subsidio Papa exigere constituerat, ternas saltem præmature Cæsari solui mandaret. Exigebat, vt Papa ad fœdus vniuersale

D Principes excitaret Catholicos contra Collegatos Superioris Germaniæ, ijs conditionibus, quæ iustitia fulcirentur & æquitate. Huius fæderis Princeps & Caput esset Pontifex, qui à contributionibus designandis recedere pro libitu suo haud posset. Qua præcipue de causa reiectus Pazmanius re infecta in Germaniam recessit. Benigne receptus a Cæsare, cuius consilio & opera vsus in retinendis officio Vngaris; quòd diligentissimè Pazmanius absoluit, hæreses profligando, non solum verbo, sed

scriptis lucubrationibus, quas infra dabimus. Nobiles Pannones eius tempestiua comitate, & indulgentia victi, abiuratis Lutheri erroribus, non pauci ad fidem redicre Catholicam. Clerici morum repurgatione, Synodis, disciplina & ipsi venerabiles, cum suo pastore, zelo diuinæ legis feruidi conueniebant exemplo excitati, cui non adhęrere rubor erat. Beatissimæ Virgini addictissimus, cuius innumera beneficia à puero expertum erat, tutelæ Reginæ suæ adscribebat, quod Varadini natus esset, ea in vrbe, quam iubente Deipara Rex extruxerat Ladislaus. Tirnauiæ æde extructa Cathedrali, cum insigni Accademia, ea sub Virginis patrocinio esse voluit, sigillo insculpto, *Patrona Vngariæ Mater Vniuersitatis Tirnauiensis.* Parma eiusdem Accademiæ, Virginem exhibet sedentem cum paruulo, qui librum tenet laureatum. Ad pedes Virginis insigna Regni Vngarici; ac tres Pennæ Petri Card. Pazmanii fundatoris. A

Cænobium D. Clarę & societatis Iesu, Possonij instau rauit, annuo censu dotauit. Asceteriũ Franciscanũ in Arce Noua: Taurinense Collegiũ Societati Iesu adiuuit: Hemonense restituit: Tirnauiense locupletauit. Collegia educandæ iuuentuti, Cleri Vngarici Seminarium Viennæ, Tirnauiæ fundauit. B

In ecclesia titulari S. Hieronymi Illyricorum, sequens legitur inscriptio.

Vrbani VIII. P. O. M. iussu
Ecclesiam hanc titularem Petri Pazmanij S. R. E. Card.
Et Altare die. VIII. Octob. A. D. MDC.XXXIV.
Ioannes Tomcus Marnauitius Ep. Bosnen. Congregatione
Illyrica procurante consecrauit.

Scripsit Pazmanius *Conciones in Euangelia Dominicarum, & Festorum,* Vngarice.

- *Libellum Precatorium. Rationes X. Apodicticas in Lutherum.* C
- *Epistolas contra Petrum Alui nezum prædicantem Cassionensem.*
- *De Cultu Sanctorum, & eorum intercessione.*
- *Responsum ad librum Petri Aluinczi, Consilium de Fide capescenda.*
- *Hodegum, seu Ducem ad Veritatem.*
- *Appendicem V. quæstionum contra Fridericum Balduinum.*
- *Lene medicamentum Varadiensibus exhibitum in morsus Luporum, cum defensione libri. De sacra scriptura, & ecclesia scripti ab Archiep. Strigoniensi.*
- *Rationes, ob quas quidam Nobilis deserto Luthero ad veram Fidem transierat.* D
- *Thomæ de Kempis lib. 4. de Christi imitatione Vngarice translulit.*
- *Diatribam de ecclesia Christi visibili.*
- *Peniculum Papporum Apologiæ, Solnensis Conciliabuli.*
- *Appendicem, qua Anonymi Sycophantę criminationes in papam conceptę euulgantur.*
- *Logos Allogos contra Vellicatores Peniculi Papporum.*
- *Vindicias Ecclesiasticas in decreta Principis Betlen in Clerum Vngariæ.*
- *Acta Synodi Strigoniensis celebratæ, Tirnauiæ. 4. Octob. 1629.*
- *An vnum ex omnibus Lutheri dogmatibus aduersantibus ecclesia Romana. Scriptura Sacra contineant.*


Laboribus fractus, atq. corporis ægritudine, diem Petrus clausit Possonii, municipio suæ diæc. die 19. Martij. 1637. ætatis suæ. 64.

Nummisma.

Occurrit, in quo imago cum notis, *Petrus S. R. E. Card. Pazmanus.*

De eo Victorellus. Hieremias Drexellius, qui *partem 1. & 2.* dicauit virtutum, quas Dei Mater exhibet Orbi. Georgius Pohronicus Szolepchenius, qui ei inscripsit *lucubrationes Theologicas.* Theodor. Amyden. V.M.S. Philippus Allegambe *Biblioth. Soc. Iesu.* Bap. Nanius *H. Veneta.*

18. *Religio Munda & immaculata apud Deum & patrem hæc est, visitare pupillos & viduas in tribulatione positos; & immaculatum se custodire ab hoc sæculo.* Iacob. 1.



ANtonius Sanctacrucius, patritius Romanus Marcelli filius, ex Portia *del Drago* matrona nobili, in lucem editus Anno 1598. pie a genitoribus educatus, literis instructus in Collegio Romano, lauream etiam obtinuit Iurisprudentię, promouente Hieronymo Lampugnano. Protonotarius Apo. sub Gregorio XV. ac V. S. Referendarius, Prolegatus Viterbiensis; sub Vrbano VIII. Pretor Campanię Maritimę, in Gallias abiit tanquam Protonot. Apost. cum Francisco Card. Barberino pro pace vniuersali, Romam reuersus, Seleuciæ Archiep. renuntiatus, in Poloniam mittitur, è qua breui rediens Cardinalis die 15. Iulii. 1630. Presb. declaratur cum titulo *SS. Nerei & Acchillei*; Anno vero sequenti Ep. Theatinus, ad Vrbinũ translatus Sacerdotium An. 1636. Legatus tandem Bononiensis, ibidem pestilentia grassante, publicę supplicationi, nudis pedibus interfuit, redemptaq. sanitate, imaginem. Deiparę, publice ac religiosissime gemmis coronauit. In oppido Francheuillę, Theatinæ dięcesis, Templum Deiparæ SS. Rosarii dicauit, ac cum adiecto Cęnobio Prædicatoribus concessit. Archiep. dictus Vrbinas, singulis Sabbathis SS. Missę Sacrificium offerebat in templo B. Marię. Ab ipsa namq. pueritia peculiari cultu Virginem prosequutus, albo sodalium B. V. Assumptę in domo professa Romana nomen suum inscribi voluit; variisq. semper pietatis exercitiis intimum cordis obsequium erga Cæli Reginam declaratum voluit. Dum apud Sigismun-

mundum Poloniæ Rege, munere fungeretur Legati, inter alia obsequii genera, quolibet Deiparę festo, pauperibus sua in domo congregatis, proprijs manibus fercula apponebat in mensa, larga manu eleemosinas distribuebat, SS. Eucharistiæ sacramentum Catholicis administrabat. Bononia Romam reuersus, dum Congregationibus Episcoporum, Regularium, Propagandæ Fidei, Sacræ Consultæ incumbit, ptisi correptus ex Sarmatico concepta frigore, Mundo excessit die 25. Novemb. 1641. ætatis suæ 44. in Ecclesia S. Mariæ de Publicolis sepultus.

19. *Etenim benedictionem dabit Legislator; ibunt de virtute, in virtutem* 83. Psal. 8.



ALphonsus de Plessis de Richeliu Francisci filius & Susannæ, frater Armandi Cardinalis Richeliani, Literis cum incubuisset humanioribus cum fratre Armando, in collegio Navarreo, alibi, Philosophię & Theologiæ; Episcopus Lucionensis à Rege Henrico IV. nominatus, fratri natu maiori Episcopatum cessit, ac posthabitis Mundi quisquilijs, Annum vnum supra viginti, Anachoresim Carthusianam professus, partim in Gratianopolitano Monasterio inter rupes sito, & horrida saxa, partim in alijs Cænobijs, Visitatoris functus officio. Ab hac secretà viuendi ratione in publicum evocatus ad Archiepiscop. Aquarum Sextiarum, postea Archiantistes & Comes Lugdunensis ac Galliarum Primas Lugdunensibus supramodum placuit vti & Aquensibus, qui *papillam suam* eum appellabant præcipuè cum Lugduni grassante peste tribulationem non fugijt, cum vrbs ipsa se fugeret: lustrabat quotidie civitatem penè vacuam, eleemosinis ita iuuabar, vt nulla sancti gregis ovis fame perierit, licet peste interiret. Virulenta ingrediens tuguria, vbi cum ægrotis Pestis cubabat panem ministrauit hominum, & Angelorum, Prior Caritatis ad Ligerim, Ordinis Cluniacensis, Cormerinci & S. Michaelis Laudunensis; Roomanensis Monasterij S. Io. præfectus, Cardinalitiam accepit purpuram, quinta Cardinalium creatione, die 13. Cal. Decemb. 1629. ab Vrbano VIII. decretum dispensante Sixti V. quo prohibetur germani frares vnà donari galero Cardinalitio Armandi intuitu, cuius studio Hęretici in Gallia deleti. Magnus Franciæ Eleemosinarius, torque donatus S. Spiritus Abbas S. Stephani Cadomensis, Romam mittitur ad Regni negotia, vbi Anno 1635. titulo ornatus *SS. Trinitatis in monte Pincio*. An. 1637. Mercurius designatur ad pacem Europæ componendam, Coloniæ Agrippinæ quò se contulerat Cardinalis Ginettus. Habitauit Romæ palatium Farnesianum: aulam habuit refertam viris nobilibus, & modestissimis. Vrbem obambulanti cum Philippus Columna Regni Neapolitani Comestabilis rhedam de more, honoris ergo sistere iussisset; honorem non retribulente Cardinali; spretum se autumans Philippus curauit denuo obuiam fieri, Cardinalem præteriens insalutatum. Hinc iræ, quæ Crequii, Oratoris Gallici, ac Antonij Card. Barberini, amborum satisfactione compositæ. Romæ, vt suum erga Virginem matrem testaretur obsequium, cum eiusdem Virginis imago duceretur per Vrbem, fornicem in via Iulia triumphalem erexit cum epigraphe.

A *Magnæ Matri Deiparæ.*

Sanctissimæ; integerrimæ, noxa communis & translatitię labis exterris

Alphonsus Ludouicus du Plessis de Richelieu S. R. E. Card. Archiep. & Comes Lugdunensis

Galliarum Primas, M. Franciæ Eleemosinarius

Arcum hunc triumphalibus insignem argumentis excitauit.

Antiquæ de peccati Principe monumentum victoriæ

De Impiorum perfidiis omen, & præsagium nouæ.

In Galliam funus celebrauit solemne Ludouici Regis XIII. Comitijs adfuit Cleri Gallicani
B Lutetiæ congregati Anno 1646. pro Rege & Lege: solitus dicere, *Quæ Cæsaris dentur Cęsari: quę Dei, Deo*. Hinc Regis, vel Pontificis nulla in eum querimonia, vel Zelotijpia. Lugduni plures ecclesias, ac Monasteria firmauit. Comitijs adfuit Innocentij X. tandem hydrope correptus, vt saluti attentius consuleret, deliberatis, quæ ad ecclesiæ administrationem spectabant, Testamentum condidit, quo plurima ecclesijs, operibusq. pijs designauit legata. Dein Sacramentis rite procuratus, ad Deum migrauit die 23. Martii 1653. manu sua scripto epitaphio, in Hospitali pauperum Lugdonensium apponendo, apud quos sepeliri
C mandauit.

Pauper natus sum: Paupertatem voui: Pauper morior.
Inter pauperes sepeliri volo.

Iusta suscepit in ecclesia Charitatis, perorante Priore Sauiniacensi. In eius laudem perorauit etiam Franciscus de Monstier eloquentiæ Regius professor nomine scholæ Parisiensis. Poeta quidam da eo cecinit.

Regales dispensat opes Alphonsus egenis.
Sic sibi, sic Regi comparat are Deum.

D

De eo *Petrus L'Abbe in elogiis*. Petrus Frizonius Galliam suam Purpuratam ei inscripsit. Victorellus.

Et clamauit Leo. Super speculam domini ego sum stans iugiter per diem: & super custodiam meam ego sum, stans totis noctibus. 21. Isaiæ. 8.



IO: Baptista Pallota Picenus in oppido Caldarolę natus Mattini, & Margarettæ Torrettæ filius die 23. Ianurij 1594. in lucem editus, post literas humaniores laurea ornatus Iurisprudētię, sub Paulo V. V.S. Referendarius, & Impulsorum Præfectus; à Gregorio XV. Ferrariensis Prolegatus, ab Vrbano VIII. Vrbis Prætor, æquauit saltem si non superauit virtutem Euāgelistæ Cardinalis Pallotæ, cognomento *Ecclesiastici*; Exemplar rectæ iustitiæ, ad munera non respiciens, neque ad personas, cum tempore Bacchanaliorum vt de more, meretricibus interdixisset, personatas se immiscere matronis, earum vna famosissima *Checca Buffona* nomine, spreta lege, quia patrocinio gauderet magnatum, in crimine capta & in ea iuxta legem in crastinum fustigatione decreta, ad declinandas armatas preces, in conclavi se abdidit, familię rigidè mandans, nè vsq. ad horā diei, quartā quis eorum accederet, vt interim carnifex scortum publicè fustigaret. Mane facto, venere cubicularij magnatū instātes, & postulātes audiri: nemine porro ex familiaribus cubiculum pulsare audēte ante pręscriptū a prętore tempus, deambulabant rabidi & impatientes, donec peracta fustigatione, exijt Prętor, & rogantibus ream fortiter flagellatam dimisit; Et quia fremebāt vindictāq. meditabantur amasij, ab horum injuria vt se pręmuniret Præses, omnia liberè & sincere Pontifici significauit: cui cum vires non deficerent, & ingenium, respondit. *Vigilate vos pro iustitia, & vestri muneris exercitio: vigilabimus nos pro securitate vestræ personæ*. Paulo post, Collectorē Apostolicum in Lusitaniam ablegauit, vt eum subtraheret persequentibus. Ibidem ecclesiasticā Iurisdictionem acerrime promouere volens aduersus Castellanos, non sine vitæ discrimine è fenestra prosiliens, se fuga subduxit Romam rediens, honorifice exceptus ab Vrbano, qui eius constantiam in tutela rei ecclesiasticæ apud Patres in publico Consistorio, non sine nouo inimicorum fremitu extulit: Imo vt ab eorum insidiis securum plene redderet, Archiep. primo Thessalonicensem, dein ad Ferdinandum Imperatorem extraordinarie legauit, ad auertendum bellum Mantuanum; resq: ad Nuntij vota successisset, ad pacem inclinante Cęsare, nisi nonnullorum consilia, & Italiæ inevitabile Fatum prævaluissent. Nuntius postea renuntiatus Ordinarius cum summa prudentia, suiq. Principis dignitate, adulatione remota, decus muneris sustinuisset; die 13. Kal. Decemb. 1629. Presb. Card. creatur *tit. S. Siluestri de Capite*; translatus inde ad *S. Petri in Vincula*; *tum S.M. Transtyberim*, *S. Laurentii in Lucina*: Ep. *Albanus*, *Tusculanus*; vt inde (ita Providentia exigente suprema) honor, & salus, unde vulnus & injuria. Legationem etiam gessit Ferrariensem, in qua commeatuum copiam, contra agrorum sterilitatem seruavit; tantaq. viguit iustitiæ fama, vt perditos homines sæpe sępius cohibuerit rarò etiam reorum effuso sanguine. Annuos Cameræ Apo. redditus, sine populorum onere auxit, præsertim Comacli, vbi expurgato Canali, cui ab ipso Cardinali nomen, aerem restituit salutarem. Congregationibus adscriptus Sacræ Consultæ, Rituum, Controversiarum Iurisdictionalium, Cōsistorialium, Aquarum, Fabricæ S. Petri, Concilij, ea libertate & prudentia in omnibus se gessit, ut omnium fere director haberetur. Minimorum Clericorum, Equitum Theutonicorum, Ordinum apud R.P. Collegiorum S. Bonaventuræ in Vrbe, & nationis Picenæ; Capellæ S. Mariæ in Exquilijs; Eremitarum S. Augustini, patronus pede semper excurrit innocuo. Mortuo Vrbano VIII. comitijs adfuit creandi novi Pontificis, in quibus Cardinalis assumptus Pamphilius in Innocentium X. cui intimè familiaris, cum ab eodem interrogaretur, *Quid de eo diceretur in populo?* innata libertate respōdit protinus; *De Vestra Sāctitate loquūtur optimè; sed de....* (ex palatinis erat) *pessimè*. Hinc męstus Innocentius supervenienti ei, quem Pallota designaverat, & interroganti mæstitiæ causam, aperuit Papa; nomine licet suppresso Pallotæ (in quem vnum cum ob eius sincerram libertatē vrgeret suspicio) propterea inciviliter habitus, querimonia apud Pontificem modestè exposità, licentiam impetrauit secedendi in patriam, spetie visitandi munimenta maritima; Roma mussitante in vno Pallota libertatē abire.

Hujus Cardinalis effigiem, Anno sæculari Patres Societatis in Collegio exposuere Romano cum sequenti epigrammate.

Prætor eras Vrbis, Romani ad Cęsaris Orbem.
Mitteris, & Magni Cęsaris ore places
Purpura te reuocat, Superum rapis igne, Quirites
Et Lauretanę Virginis ore beas.
Roma fauet, Cęlumq. probat, Pallote, nec Vrbi
Cæsaris ore places, Virginis ore places.

Hannibal Adamus in sua *Pallade purpurata* sequentibus lusit.

Piceni lux alma soli, tua lumina poscit
Purpura, sat meritis ambitiosa tuis.
Lusiadum Oceanus, Padus Italus, Albula, & Ister
Te juncto obsequio, laudibus vsq. canunt.
Tolle igitur stellam de stemmate, pingito Solem.
Quam colat hic ædem, Lauretana Virgo dabit.

Patronus namq. capellæ S. Mariæ in Exquilijs Ecclesiam S. Mariæ Lauretanæ cum Collegio, & Xenodochio pro Picenis extruxit: eius studio, singulis Annis, Romę Trāslationis Domus Lauretanę memoria magno celebratur apparatu. Ep. Tusculanus Seminarium in Vrbis cōmodum erexit, & suis sustentavit expensis. In publicis namq. muneribus nonnisi publicam respexit vtilitatem: E legationibus rediens non auro argentoq. onustus, sed tantùm nominis gloria ditior. Diem obijt supremum Romæ, eadem hora, eodemq. die quo in lucem ante Ann. 74. venerat, hora scilicet 5. no-

ctis

ctis. die, 23. Ianuarij, *1668*. ętatis suę 74. tumulo exceptus temporario, in ecclesia S. Spiritus in Saxia, donec corpus Calderolam transferatur, vt in suo testamento mandauit.

De eo lege Victorellum, Vghellum; Philippus Tomasinus *in elog*. Vincentius Armanus *in literis*: eidem inscripsit iter Lauretanum: orationem *de Christi passione*. Catolus Franc. de Luca, Paulus Segneri *panegyrim de S. Philippo Nerio*. Franc. Resta *Meterologiam de ignea aquesq. corporib*. Sebastianus Theseus de Turri Vrsina *Cursum Philosophia*. Antonius Quetengus, & Gregorius Piccha de eo orationem euulgarunt. A

Plura Pallota scripsit in iure M.S. Epitaphium etiam Euangelistæ Pallotę Card. patruo suo.

21. Nemini dantes vllam offensionem, vt non vituperetur ministerium nostrum
2. Cor. 6.



GRegorius Narus patritius Romanus. Fabritij filius ex Olympia Lantes, ex sorore nepos Cardinalis Marcelli Nari, natus 8. Kal. Nouemb. 1581. Perusij lauream adeptus Iurisprudensiæ, 5. Kal. Octob. 1605. Romam venit V. S. Referendarius, deinde Cameræ Clericus Apo. sub Paulo V. cognato (Virginianj namq. sororem matris suæ in coniugem duxerat Io: Bap. Burghesius frater Pauli V.) sub Vrbano VIII. Annonæ præfuit, & eiusdem Camerę renuntiatur Auditor: mox 13. Kal. Decemb. *1629*. Presb. Card. *tit.* *S. Quirini & Iulitę*, dein *S. Maria de pace*, Episcopus Reatinus, inter Patres Congregationis S. Consultę, de Propaganda, Episcoporum, Regularium, Fabricę S. Petri, Canonicorum S. Mariæ de Pace Patronus, nullius passus inuidiam in suis Magistratibus, quod omnibus ęquus, & mitis, pręter mortem, a qua calculi dolore, intempestiue correptus, Idus Aug. 1634. ętatis suæ 53. Cardinalatus quatto, in sacello iacet gentilitio S. Mariæ super Mineruam, cum sequenti epitaphio.

D. O. M.

Gregorius Narus Patritius Romanus,
A Paulo V. *Apostolica Camera Clericus.*
Ab Vrb. VIII. eiusdē Camera Auditor, deinde S. R. E. Card.
Summa bonorum approbatione creatus, Reatina tandem Eccl. preficitur.
Cuius regenda felix dum capit exordium, vita diem clausit extremum.
An. Dom. 1634. Mense Aug. die. VII. Ætat. sua 53.
Bernardinus Narus Fratri Optimo P.

Vghellus, Victorellus, Amyden. *Vita M. S.*

22. In fide & lenitate illius, sanctum fecit illum.
Eccli. 45.



LVcas Antonius Virilis Romanus ex agro oriundus Sabino, Lelij filius causarum in Vrbe patroni, ex Sigismunda Prati, in lucem datus die 7. Iunij *1569*. laurea ornatus Iurisprudentiæ, in Senensi Accademia Anno Sal. 1590. ætatis suæ, 21. Romam venit inter alumnos Frãcisci Pegnæ, Rotæ Decani, eoq. patrocinante, Causarum patronus vsq. ad Paulum V. a quo Vicatius datus Dominico Spinulæ Cameræ Auditori; sub Gregorio XV. Domui præsuit Pontificiæ. Sub Vrbano VIII. aulæ Francisci Card. Barberini præfectus, dein libellorum Memorialium a secretis primo, mox Ducatus Rector Vrbini Propræfectus Signaturæ Iustitiæ, & Rotæ Auditorio, demum Presb. Card. tit. *S. Saluatoris in Lauro*, Minimorumq. Protector die 13. Kal. Decemb. *1629*. in Congregationibus Episcoporum, Regularium, Rituum, Cætuum, post breuesa sua promotione B menses, tabe corruptus, per triennium cum morbo colluctauit; mortem cum propinquam agnouit conuocatam familiam rogauit pie, vt eius impatientiam condonarent, Req. sacra paracta, iisdem vnicoq. fratri bona distribuit ea humanitate vt nullus adstantium, lacrymis temperaret.

Romæ decessit die 4. Iunij 1634. ætatis suæ. *65*. in ecclesia exceptus SS. Trinitatis in monte Pincio, cum eulogio sequenti, quod marmore incisum occurrit etiam in ecclesia Farfensi Deiparæ sacra.

D. O. M.

D *Luca Antonij Virili, S. R. E. tit. S. Saluatoris in Lauro Presb. Card.*
Cuius insignem Legum, rerumq. gerendarum prudentiam Romana Aula diu probatam
Sum. Pontificum æstimatio feliciter auxit.
Auditoris Apostolica Camerę, ac Sig. Iustitia Præfecti Vice administrata
Ab Vrbano VIII. in Rotam Romanam, mox Card. Senatum adlecto.
Ingentia munia ingenio, ac solertia æquanti
Non æqua Mortis inclementia sublato
Petrus Cyprianus Virilis fratri optime merito in hac sacra æde,
D *Quam fuit ille pietatis ac beneficij monumentis ornauit.*
Debitum cum lacrymis monum. P.
Obijt An. 1634. prid. Non. Iunij. Ætatis sua. 65.

De eo Victorellus. Amyden. *V. M. S.*

23. *Edo*

23. *Educ Domine de custodia animam meam, ad confitendum nomini tuo.* Psal. 141.



DIdacus de Guzman de Haro Hispanus prænobilis, & Comitis Ducis affinis, à puero arma tractauit in Belgio a Nassouianis captus, sine tamen pretio perhumaniter ad Albertum Archiducem à Mauritio Nassouio remissus, in Hispaniam rediit in Regiam adlectus familiam, Regii Sacellani munere functus, ad Archie- A
piscopatum promotus Hispalensem, die 19. Nouemb. 1629. inter Cardinales assumptus, die 15. Iulii, 1630. euulgatur. Reginę Vngariæ ex Hispania proficiscenti comes datus itineris, Anconem venit in Piceno. ibiq. priusquam nauem conscenderet morbo oppressus vitam reliquit die 21. Ianuarii. 1631. inuisa Roma. Eius in funere, quod in Ecclesia celebratum Societatis Iesu, sequentia posita fuere epitaphia.

Vertitur in terram lapsus sub viscere terræ
Viscere qui terræ natus ad alta fuit.
Ascendit, ceciditq. simul, cursuq. sub vno
Viuens, & moriens hic cadit, atq. volat.

Aliud.

Si quid habet tellus quod possit deniq. flere,
Nil maius tanto nunc habet ipsa viro.
Namque ut iuuenis viridi sub flore iuuenta
Cui flos, & fructus nec fuit omnis idem.

De eo Thuanus. Bilacionus *Mem. Histor.*

24. *Dedit ei Deus scientiam sanctorum, honestauit illum in laboribus, & compleuit labores illius.* Sap. 10.



IO: Albertus Sigismundi III. Plonorum Regis filius ex Constantia Austriaca filia Ferdinandi I. Imperatoris, Vladislai IV. & Io: Casimiri Poloniæ, ac Sueciæ Regum frater, Cæciliæ Renatæ Austriacę Poloniæ Reginę, Imperatorum filię, sororis, ac nepotis leuir, ad Imperium natus, siue spetiem corporis, siue animi spectes virtutes. Angelum dicas, e quo homines scaigraphiam D
modulentur perfecti ecclesiastici Diuitiis affluens, eas larga manu in pauperes potius profundens, quã ad cultum Maiestatis, Thesaurarius dictus supernę pietatis, ad quem diu noctuq. confugientes pauperum phalanges, nunquam rediere vacui. Episcopus ductus Cracouiensis, inde Cardinalium promotione sexta, die 20. Decembris 1632. solus assumptus ad purpuram, eum splendorem Ecclesię restituit, quem solent rependere Confessores, ne dicam Martyres; paratus sanguine proprio, purgare muricem. Post annum a die acceptæ purpuræ obiit die 29. Decemb. 1634. tota Sarmatia funus celebrante lacrymis, milite custodiente cadauer, ne raperetur a pauperibus, quorum in corde viuit inextinctus.

25. *Domini sunt Cardines terræ, & posuit super eos Orbem* 1. Reg. 2.




CYriacus Roscius Romæ natus, Cremona oriundus Bernardini filius, ex Clarice Arigonia; sorore Pompei Card. Arigonii, laurea honestatus Iurisprudentiæ, Anno 1609. auspiciis Pauli V. Abbreuiator Parci Maioris, V. Signaturæ Referendarius, Magistratui præfuit Boni Regiminis, & Leuationum; sub Gregorio XV. Viterbii, & Patrimonii Prolegatus, biennio præfuit bonus pastor. Sub Vrbano VIII. die 20. Aprilis 1626. Ferrariensis Vicelegatus, procurante postea Carolo Barberino fratre Vrbani VIII. Archiep. Patracensis ad Heluetios Nuncius Apostol.
B dein ad Cæsarem Ferdinandum II. fauentibus superis per quinquenniũ feliciter cum absoluisset, inter Presb. Card. *tit. S. Saluatoris in Lauro* die 18. Nouem 1633. assumitur retinuitq. vsq. ad obitum, gratulante Cremona in exaltatione sui ciuis, symphonia, calamo, apparatu gestiente, quæ erudito penicillo collegit Ioseph Brascatius *Hist. Cremonensis.* Præfuit postea Legatus Ferrariæ non sine laude, quod extra vitia, si non cum virtutibus; Reliquum vitæ duxit in vrbe, spe concepta futuri Pontificatus, de quo non erubescebat aperte loqui quasi à seipso penderet promotio. Comitiis adfuit Innocentii X. vsus semper valetudine prospera, donec pinguedi-
C ne, ac senectute confectus, cæcos morbos contraxit, quibus morte quasi obrutus repentina cecidit die 25. Septemb. 1651. septuagenarius, nepotibus ex patre hæredibus designatis. Iacet Cyriacus in ecclesia S. Mariæ Montis Serrati, sepulchro exceptus gentilitio, sine inscriptione. Anno Sæculari Patres Societatis in Collegio Romano, exposita Cyriaci imagine, sequens adiecere epigramma,

Pectoris ingenui tenet alta sacraria candor,
Araq. candoris mens oculata sui est.
Regia cui frontis reserata est regia mentis,
Regia non via, sed lactea Cyriaci est.
Nescius est falli, qui nescit fallere nunquam,
Qui Sol est aliis, mox sibi candor erit.

De eo lege Iconographiam Petri Iacobi Falconii. Io: Bap. Laurum. Theodor. Amyden. *V. M.S.* Ranuccium Scotum *in Heluetii.* Stateram Principum Purpuratorum M. S.

26. Domi-

26. Domine dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ. Psal. 26.



CÆsar Montius patritius Mediolanensis filius Principalis Senatoris Mediolanensis ex Anna Landriana, absolutis in patria Iurisprudentiæ studiis, Romam venit, quam matrem inuenit. Ex Protonotario namq. Apostolico V. Signaturæ Referendarius sub Paulo V. in A aliorum iudicio ita se gessit, ac si seipsum iudicaret. Lepor ei in ore, affabilitas in sermone, in vultu serenitas, in incessu grauitas, in animo integritas aliena cura probauit etiam contra seipsum. Antagonistam passus Ludouicum Ludouisium nepotem futuri Gregorij XV. quos iste a Scipione Burghesio nepote, Pauli V. intuitu patrui consequebatur honores; obtinebat Montius impellente virtute. Hinc sedente Gregorio XV. cum nullam haberet rationem Montii Ludouisius; Papa ipse motu proprio, paulo ante obitum Assessorem declarauit S. Officii. Vrbanus VIII. Cæsaris ne præteriret virtutes, Congregationi adscripsit de Propaganda; dein Patriarcham B Hierosolymitanum, & ad Hispanos legatum, ibiq. stantem, Presb. Cardinalem tit. *S. Mariæ Transpontinæ*, die 28. Nouemb. 1633. quem titulum nunquàm mutauit. Hispanis gratissimum recedentem omnes salutauere Primates; Rex ipse Cardinalem conuenit, serio sua polliciens absq. exceptione studia, quę sanctè adimpleuit Philippus mortuo Federico Card. Borromæo, Archiep. Mediolanensi, in successorem Cęsarem designando, die 28. Nouēb. 1632. Acceptis Purpuratorum insignibus, descendit protinus ad curam pastoralem, è qua nunquam C recessit nisi Comitiorum causa, in quibus spem pręter, Innocentio X. suffragatus, fuit ab eodem gratitudinis ergo, honore decoratus cubiculi Pontificii.

Possessionem cum inijt Archiepiscopatus, grati ciues erectis vbique arcubus, & pyramidibus cum elogiis, collectis ab Octauio Boldonio in libro cui titulus *Epigraphica*. Erat primum in persona D. Barnabæ, auctore Ludouico Puteio Soc. Iesu.

Columen accedis ò Cæsar, illius vrbis
Quam ego primus Antistes hic expiatam lustralibus aquis
Erexi ad germanam Fidem.
Quantum crescit in te, quàm firmiter stabit D
Qui Eminentiam *Titulo*; *Nomine* Montem *præfers*
A me subleuata hic Vrbs, & fulciatur te introducto.

In ingressu Pareciæ Laurentianæ.

Aue Cæsar
Cardinalis Archiepiscope
Bonis omnibus optatissime.
Hæc Psittaci vox est.
Sed addictissimæ sibi Laurentianæ Parœciæ.
Cuius tu fines ecce nunc ingrederis
Primi Præsulis, & Apostoli nostri Barnabæ
Habitatione, ministerio, fonte lustrali, hodieq. sacrosancto.

Alia.

Cæsar purpuratus Montius
Flammis diuini incensus amoris
Cupiditatum flammas extinguit; sensibus flāmas infūdit
Ciues flammas flammis agnoscite; flammantem virum
Flammantia collite ad sydera.

Alia.

Cæsari Montio
Qui in principibus vrbibus magnorum Regnorum
Virtutum luce, doctrinæ radijs, dignitatum splendore
patriam illustrauit,
Moxq. ardenti charitate incendit, & fouet
Exultante pietate gratulatur ciuitas Mediolanensis
Et pia currit in amplexus.
Quæ dederat amans sinum
Oderit Roma Cæsarem parricidam
Amabit altera Roma parentem Cæsarem.

Dionysius de Dionisijs in elogiis virorum illustrium, sequentia de Monte offert, nomine Patrum Reformatorum.

Orbis & Orbis Cardini
Cardinali Archetypo, Caroli vestigia secuto, Federici
fastigia consecuto,
Cæsari Montio
Montium ac nubium eminentia superminenti
Vberius vt influāt astris finitimo Culmini cunis, & culmini
Nitigliscunt & nitere.
Arcus, Arca, Arces
Cæli, Ecclesiæ, Romæ
Lætantur, exultant.
Humilia Reformatorum tuguria Montis huius innixa
marginibus
Huic occurrunt gratulabundi Patres, tanti Præsulis filij
Nunc patrem, hunc Petrum exoptantes, venerantes.

Aliud pro platea Varisii.

Victore Cæsare Roma triumphabat Augusta;
Cæsare Patriarcha Patriæ Patre aduentante
Varisium *varijs hodie triumphat honoribus*
Cæsari Cæsar æqualis ostro, & astro, maior virtute
atque Tiara.
Me vi non virtute rapuit, non regit imperium:
Hunc Imperium rogat; vt regat Imperium.
Cæsariem Cæsaris vnica cingebat laurea:
Hunc aurea terna decet.
Quem, Romam octaui cupida Montis, petit, expetit, expectat.
Vt Christi pascat balantes, non bellantes oues.

Aliud elogium cũ Anagrammate, incerti auctoris.

Cæsar Montius
O plenum spei nomen, contines Securitatis munimentum
Pulsis mœroribus timoribus exilaranda, erigenda Patria
Hæc arcana reclude, & effare in duplicato anagrammate,
O Mens vti sacra
Arca Muniet. Sto
Sto erudienda, pascenda, regenda
Tabulis, Manna, Virga uiuentis Arcæ
Scilicet doctrina, exemplo, vigilantia Legiferi Pastoris
Rectoris Cæsaris Montii. *(mate,*
Quid vltra? & sto munita patrocinio protegentis arcæ ani-
Sera mihi rapiare ò Arca, & diu sto.

Aliud historiam alludens Suetonii in Augusto

Fulmine feriente in simulacro inscriptum Cæsar

Litera nominis Princeps effluxis, intactũq; remansit, Esar
Exprimens Etruscis Deum; *& cecinit omen* Roma
Augustum post C. dies transferendum in diuos.
O Mendax superstitio
Intonuit & noster amor, tetigitq.
Augustius nomen Augustioris Cæsaris
Ab illo caput auulsit, neq. diminuit, integrauit, vt sit
Æsar Montius
Scilicet vt alter Deus, idemq. Mons, & Ara fuit
Auguror hiccine Deus
Diuturnitate Mons, & Ara suis erit auxilio

Aliud Io: Pastæ.
O etiam Superis ciuibus
Diuisq. Mediolanensium iucundissime,
Qui misera in patria tantos plausus
Cæsar *creas.*
Æterna felicitate beatum, quantis gaudijs cumulas
Superstitiosi Cæsaris quondam osor
Nunc religiosissimo gratulator, occurro.
Et rubricatus purpuræ, laureatus infulæ
Cælestis virtutis Cælo dignæ ingemino triumphale Io:
Et sagittis alatus, & vulneribus eloquens
Factum patriæ patrem, heroem, ciuem vbiq. prædico.
Læti quoque dicite Ciues:
Cæsar Montius
Victores amans Cæsar victor amãs, Victores quærit amare
Edomito vitio vincite, Cæsar *amat.*

Aliud Ciuium Mediolanensium,

O nos inter infelicia felices
Grassante non ita pridem corporum EHEV· LVE
Cæsar Montius Cardinalis (salutis.
Præsto fuit ex ordine Senatorio Frater tuus publicæ præses
Areaq. testis in proximo patet.
Vtinam vero lues nunc non grassaretur animorum
Quàm optime tamen nobis iam est
Quod hic te tandem habemus Archipræsulem.

In suo Pastorali regimine subiit quondam cum regiis iurgia ministris; quæ tamen aula composuit Romana. Familiam ditauit & euexit ita tamen vt suorum incrementum pauperum non detraheret eleemosinis. Comparant plurimi eum Federico Borromæo: sed Borromæus iste, Montius ille semper erit. Eo mortuo ciuitas legatione decreta per Gasparem Caimum, orauit Sanctissimum, vt quamprimum consolari dignaretur viduatam Ecclesiam, designando pastorem prædecessoribus similem, præsertim Montio. Sed hæc fuit pæminosa oratio; si Sancto Carolo meliorem desiderent.

A Deiparæ obsequiosissimus, apud Hispanos singulis Sabathis aram frequentabat D. Virginis de Atocha, haud longe Matrito, semper sacra faciens, Toletanum Sacrarium religiosissime inuisit, vti etiã Virginem de Pilar, & Montis Serrati; Domum Lauretanam visitauit nunquam munere vacuus. Ecclesiam cum proximo cænobio, Carmelitarum Discalceatorum, sub titulo Dominæ nostræ Montis Olieti, sumptibus suis magnifice extruxit dotauit. Patres S. Bernardi Discalceatos Mediolano euocatos ac custodiam ædis *Lauretanæ*, ære fouit, & calamo condito testamento, inter legata pia honorificum refulsit quod Titulo legauit S.M. Transpontinæ.

B Obiit die 6. Aug. 1650. diæcesim curans summa laude, sui apud omnes desiderio relicto, Annos natus 57. in Cathedrali sepultus sub epigraphe, plura ipse testamento prohibuit.

Ossa Cæsaris Montij Card. Archiep. Mediolan.
Rexit Ecclesiam An. XV. Mens. III.
Vixit An. 57. Obijt An. MDCL.

De eo Vghellus, Boldonius *in elog.* Alex. Vitaleonus *de Domo Lauret.* Amydenus *V. M. S.* Statera Purpuratorum *M. S.*

C 27. *Induratum est cor Pharaonis.*
Exodi. 7.



ALexander Bicchius patritius Senensis, Bernardini filius ex Cossa Bandinella, Metelli Card. Bicchij nepos, literis operam cum dedisset in eodem Collegio, vnà cum Barberinis, pueriliter colludendo cum Francisco Barberino, quòd vterq. patruum haberet Cardinalem in eo conuenerunt, quis eorum primus patruum Pontificem sortiretur Romanum, purpuram socio procuraret. Ita factum; Creato Vrbano VIII. Romam venit Bicchius die. 5. Maii. 1628. conniuente Francisco Barberino, qui pacti memor ex Vicario Cameræ Auditoris, infulam Insulanam in regno Neapolitano procurauit amico, vt tempore postea opportuno ad purpuram assumeretur. Gradatim itaq. Nuncius missus Apostol. apud illius Regni ProRegem, Anno 1630. ad ecclesiam transiit, Carpenctoratensem in Gallia, eodemq. tempore Nun-

Nuncius ad Ludouicum VIII. Cardinalem Galli cum prȩuiderent futurum, vt votis alligarent Regis, pinguibus donauere Sacerdotijs, puta Abbatia S. Petri Montis Maioris prope Arelatem; S. Petri Catalaunensis; S. Mariæ de Castricijs. Creatur interim absens, Presb. Card. *tit. S. Sabina in monte Auentino*, die 28. Nouemb, 1633. Francisco procurante Barberino, vt à patruo, Nunciorum ad Reges promotio fieret', & fidem solueret, qua Bichio se obstrinxerat adolescens. Factus itaque Gallorum addictissimus, Pacis arbiter in Italiam à Rege mittitur ad Confoederatos Italiæ Principes, qui arma strinxerant adversus Barberinos, A optatamq. inter eos pacem prudentia duce felicissime restituit; quo illustri facinore, Regis Gallici animum sibi deuinxit eo vel maxime, quod a mediatione exclusis Hispanis solus Bichius Galliȩ nomine subscripserit; Donghius vero Card. nomine Pontificis: Io: Nani pro Venetis, Gondius pro Hetruscis, Tassonus pro Mutinensibus. Obsides recepit Bichius Regis nomine, retinuitq. cum honore donec implerentur promissa. Comitiis adfuit Innocentij X. & Alex. VII. primo supra modum aduersus, vt Gallo gratum faceret; quo frustra repugnante assumptus Innocentius accedenti ad adorationem Biechio & dicenti; B *Excusatum me habeas SS. Pater, si in Conclaui tam acriter dissenserim a promotione vestra; Non enim ex odio, vel inuidia, sed solùm ne fide deficerem Gallorum Regi, cui semper fidelissimus ero. Cum cæteris ergo vos in Pontificem suscipio, veneror, adoro, quando solus excludere non valeam*. Subrisit Innocentius inciuili, & barbara audita salutatione, maiestate respondens digna Pontifice; *Agnoscimus voluntatem vestram: Deus vos benedicat*. Hinc illud ei adiecimus pro lemmate: *Induratum est cor Pharaonis*. Rependit Gallus Bichij constantiam, Gallici nominis ei protectione comissa, qua Antonium expoliauerat Barberinum, C vsque ad novam subrogationem Cardinalis Estensis. Curauit Bichius vigilantissime ecclesiam suam Carpentoratensem, ad quam se contulit, renouata per Innocentium X. Vrbanni VIII. lege, vt omnes Episcopi tenerentur residere. Eo in regimine Cathechesis ei cum summopere cordi esset, ne in ratiocinatione villicationis vocem audiret obiurgantem, *Paruuli petierunt panem; & non erat, qui frangeret eis*: in singulis Curionum creationibus, exhortationem pastoralem verbis illis absoluebat, *Super omnia Cathechesim vobis commendo*.

Romæ decessit die 25. Maij. 1657. hora 22. in ecclesia sepultus S. Sabinæ in Aventino, post funus celebratum in S. Mariæ super Mineruam. D

R. S. I.

Alex. Bichio Senensi tit. S. Sabina S. R. E. Presb. Card.
Caliq. fratri Sac. Rota Rom. Auditori
Metelli Card. e *Vincentio fratre Nepotibus.*
Vicaria A. C. Iurisdictione perfunctis
Vnde.
Alex. Vrbani VIII. P. M. delecto
In Regno Neapol. Insulanus, in Gallicano Carpentoratem. Antistes
Vtrobiq. Nuncius
Æqua animi magnitudine
Per assidua vara pietatis ac prudentia documenta
Extincto simul Francorum Regis auspicijs
Intra Italiam exardescentium bellorum incendio,
Et pactis in Gallia patrocinijs,
Totius regni Galliæ apud S. Sedem Comprotector
Gloriam nunquam quæsitam promeritus.
Caliis vero pari laudum tenore
Sanctioribus Pontificia molis curis adhibitus
Archigymnasij almæ Vrbis Præfectus
Ac demum
Alex. VII. P. M. oraculo.
Inquisitionis, ac sacra Pœnitentiaria Consultor
Iustissime in sapientissimo Rotali consessu Anno XIX.
emensus,
Galganus Arcis Albenia Marchio,
Fratribus mortalitatem exutis
An. Sal. M. DC. LVII.
Cælio, die IX. Martij, ætatis An. LVII.
Alexandro die 25. Maij. ætatis An. LXI. Posuit.

De eo lege præfationem *De Christi Cruciatibus*, quam ei consacrarunt Io: Carolus Beringbuccius, & Io: Bap. Giattini. Vghellum *in Italia* S. Bap. Nanium *H. Veneta*.

B 28. *Dirupisti vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis*. Psal. 118.



FRanciscus Maria Brancacius nobilis Neapolitanus, Mutij filius ex Zenobia Constantia, Barij natus die. 15 Kal. Martij, 1592. dum ibi vices Regias tractaret genitor. Literis excultus Græcis, atq. Latinis, in Collegio Societatis Neapoli, laurea insignitus Jurisprudentiæ, Anno ætatis 17. in foro Neapolitano C in causarum patrocinio tyrocinium posuit, inde ecclesiasticȩ adscriptus militiȩ, per quadriennium, Theologiæ incubuit, sub Gregorio XV. Romam ascendit V. S. Referendarius, cuius occasione in obsequium versus Maphæi Card. Barberini Iustitiæ Signaturȩ Præfecti; sub eiusdem Pontificatu, Fabriano præficitur, quam præfecturam dum ageret, Episcopus S. Marci designatur in Brutijs; Tudertum deinde Rector missus, & Interamnam, tandem Caputaquensis Episcopus nil tale cogitans Mense Iunio, 1627. renunciatur. Huic dum præesset Ecclesiæ, occasione Ecclesiasticæ Immunitatis, discors à Regijs ministris, verbis certauit cum Centurione Hispano quē vt dicam, D atq. nimis ferocem eius hostes selopeto e medio sustulissent; suspicione iniusta Regij Episcopū gravarunt, ac Neapolim citarunt, vnà cum suo Vicario, vt inquisitioni satisfaceret de cōmisso homicidio: venit Brancatius vt per amicos se expurgaret & interpretes. Verum eum ad carcerem vocaretur, fuga se subducens nocturna Romam aufugit, vbi coram Vrbano VIII. Neapolitana oratoria, violentiam exponens Hispanam, animum adeo

sibi conciliauit Pontificis, ut cautione impetrata securitatis, suam in Cardinalem assumprionem cæperit iure sperare: dicente Urbano; Sedem Apostolicam *oppressorum esse refugium, in quo martyria Confessorum murice notantur*. Scripsit Papa Pro Regi ad tutelam Episcopi; Nuntius, qui ibi residebat, viva voce Brancatio parrocinatus quamuis omnem moueret lapidem, nil impetrauit, fructibus Episcopatus sub Arresto positis; vnde Episcopo ad corporis alimoniam nil superfuit præter viride apieulum; ejus inopiam studiose præteriens Vrbanus, ut constantiæ periculum faceret. Instructa tamen quæstione, in favorem Episcopi iudicavit Pontifex, frémente Pro Rege, quasi homicidijs commissis ista daret Aula Romana. Banno itaque pœnisque decretis in eos, qui Brancatium vt Episcopum recognoscerent; imo fama euulgata, quòd ipsa in Vrbe, Brancatium vincire meditarentur Hispani, domi inclusus noctu solumodo exibat in aulam, ab ipsis abstinens fenestris, timens pillulis impetiri. Nouam interim cum designaret Cardinalium promotionem Papa, inter quos Caraffam Episcopum Tricaricensem; vel alium Caraffam Ep. Aversanum; dissentientibus Columnijs, qui loco Caraffæ, pro Serlupo rogabant; inter duos litigantes tertium elegit, *Brancatium* scilicet die 28 Novemb. 1633. tit. *SS. XII. Apostolorum*. mordicus deridentibus æmulis; quasi pileo ornasset Cardinalitio captivum vel mortuum. Nec forsan aberrabant: ad similitudinem namque Dei, ejus Vicarius ita ludere solet in Orbe Terrarum. Purpuræ collatione, cum satis cautum Brancatio crederet Vrbanus; & liberum ei ad Episcoparum regressum; Neapolim Brancatius descendit dissimulantibus Regijs, qui Philippi III. mandara expectabant. Adfuit brevi Rescriptum Regium, vt eo lecto, nulla interposita mora finibus Regni secederet. Paruit Cardinalis frementibus agnatis: hinc in Neapolitana seditione Brancatius, qui stipendia merebatur Venetorum, desertis signis Neapolim eum festinatione redijt, tempus credens opportunum excutiendi iugum Hispanum. Romam reversus Cardinalis non sine commiseratione Pontificis, fuit ab eodem, Anno Sal. 1638. ecclesia donatus Viterbiensi cum alijs redditibus; eiusq. Vicarius alio honestarus Episcopatu in regno Neapolitano, arcano nobis ignoto quiescentibus Hispanis, & non contradicentibus. Viterbium itaque solemniter ingressus Brancatius in tantæ foelicitatis malacia pene naufragium subijt, ad Pontificem reclamantibus Viterbiensibus, & alium pastorem efflagitantibus, Ea tamen vigilantia, & morum honestate gregem curauit, vt populi amore conciliato, & existimatione, ab Vrbano VIII. R. P. Cardinali promouente Barberino, Legatus designaretur Bononiesis, licet occulta arcani serie onus non subierit. Comitijs etiam adfuit Alexandri VII. sub quo Lutherum abiurante Christina Suecorum Regina, gratulatorias Brancatius dedit sequentes.

BEATISSIME PATER.

Cum audierim S. V. in proximo Consistorio ad fratres retulisse de Christina Suecorum Regina, quod Christi vocem sequuta in Catholicis castris, maximo humilitatis, deinq; amoris specimine posuerit tyrocinium, quamuis absens, concaluit cor meum intra me; gestientemq. animum cohibere non potui, quin ad S. V. pedes hisce literis peruolans summopere gratularer S. V. iterum dico, totique ecclesiæ Orthodoxæ, minimus inter fratres vnus potissimum gratulor, cum pro huius rei magnitudine, tum pro temporis opportunitate, quo id contingere intuemur, cumq. Catholicos videamus Principes immortalium inter se irarum ignibus efferuescentes, erga Romanam ecclesiam refrixisse, ex ultimis gelidis Trionibus pietatis feruoris impetu ad vestros pedes, ad Petri limina principem fœminam heterodoxam conspicimus convolantem: sanè si Alexandri II. & Gregorij VII. nomine alter, alterque, patria, optimisque Vterque moribus sanctitatem vestram referentes, Imperatrix Agnes demissionis, probitatisque documentis tempora fortunare potuerit, nostrisque hisce futura secula Christinam potius inuidebunt. Imperij nobilissimi eminentissimum culmen, vt cum Augustino ad Madauream loquor, ad sepulcrum Piscatoris Petri submisso, imò resecto diademate supplicantem, Teque Suasorem & approbatorem non dicam tantum, sed Impulsorem summis commendationibus prosequatur. Faxit Deus, vt quemadmodum in odorem vnguentorum tuorum ad Catholica ecclesiæ complexum hanc cernimus cucurrisse Heroinam, ita eius Exempla, & voce vestra Cedros concutiente experrectos Reges Terræ, & Populorum Principes à Christi caula aberrantes, ad veri pastoris humeros confugisse lætamur. Sospitet idem Deus sanctitatem vestram diutissimè seruetque incolumen ad Christianæ Reipublicæ gubernaculum, dum adeo periculosis temporibus conflictatur assidentem, quod ad vestros procumbens Pedes totis animi viribus exopto. Viterbij XI. Kal. Decembris 1655.

S. V.

Humill. ac. Deuinctiss. seruus
Franc. M. Card. Brancatius.

Scripsit etiam idem Cardinalis Brancatius ad Christinam Suecorum Reginam literas sequentes.

S A-

SACRA MAIESTAS.

Hæſeram in ſcribendo dum maieſtati Tuæ gratulandi officium ſuſcipere cogitabam, & nomen Catholicæ Religioni datum, & incolumen in Vrbem aduentum: an ſcilicet inter molitiones exultantis Romæ & ſummi paſtoris qui ad Gregem redeunti, blandientis ſtudia Plauſus quoque impertire meos opportunum ducere debuiſſem cum tamen de animi tui vigore ingentibus negocijs pari prudentia obſeruantia erga orthodoxam, receptamq. a patribus religionem in quantas denique linguarum varietates diues tuum os diſpergat plura audierim, quàm fama iam diffudiſſet: Vt celebritate loci nihil occultum eſt, à memetipſo, vel diſſimulationem vel ſilentium obtinere non potui, eademque a concepta dubitatione depellere. compulerunt que, quando coram non licet per litteras omnia fauſta, fortunataq: maieſtati tuæ, & ipſo tẽpore multo magis Eccleſia à Chriſto Infante. Dum Reges ad pedes recipit, ut eueniant, me efflagitaſſe certiorem facere. Libentius hoc gratulationis argumentum præſens explicaſſem: ſed dum paſtores Vigilias peragentes Angelico feruntur concentu, Gregem deſerere non ſum auſus, fateor interim tui nominis Gloria, & quidem generari, & naſci a Principibus fortuitum, nec ultra æſtimatur: at virtutibus, animi magnificentia ſe Principem prabere commendationemque nanciſci hoc non alteri ſed Tibi debetur perque contempta diademata ad Cæleſte Regnum pergere, pauciſſima quibus niteris, exempla repereris. Macte Virtute igitur Heroina, excitare ad meliora magnitudine rerum: & dum concuſſi Orbis motus nondum quieſcant: dum Religione tacti quam plures ex Germanis Principibus Romanam meditantur fidem. Vt fortius vrgent exempla: tu innixa ſuper dilectum tuum in petra ſolidiſſima conſiſtens fluctantes in alto turbulentiſſimis diſcordiarum animarunq: tempeſtatibus in portum trãquilitatis conuerte. Ipſe in cuius manibus ſunt corda regum, tribuat tibi ſecundum cor tuum: omne conſilium tuum confirmet: Valeat diutiſſime Maieſtas tua, cuius manus humilli me exoſculor. Viterbii 4. Nonas Ianuar. 1656.

Maieſtatis Tuæ

Humillimus ſeruus
Franc. M. Card. Brancaccius

Comitiis etiam interfuit Clementis IX. & X. ſub quo obijt.

Nummiſma.

Cuius in fronte imago Brancatij cum nomine *Franciſcus M. Card. Brancaccius*. Ex aduerſo, Leo iacens mortuus, cuius ex ore examen Apum prodibat, ſub lemmate *Nec ipſa in morte relinquam*: in gratiam R. P. cuſum Vrbani VIII.

De eo Iacobus Gaddus Florentinus

Polles nobilitate vetuſta
Quam murice Regium decoris
Illuſtrant, magis eruditione
Flores qui triplici, vt reor, Corona
Maxime radiabis inter aſtra
Noſtri temporis; hoc Apollo monſtrat
Me cum decipiet canentem Apollo?


De eo Paulus Corretin: *De Ep. Viterbien.* Vghellus. M.S. in Bibliotheca Cornelia Venetijs.

29. Completus eſt cultus domus Domini. Lætatuſq. eſt Ezechias, & omnis populus: eo quòd miniſterium Domini eſſet expletum. 2. Paralipom. c. 29. n. 35.



VLdericus ſeu Oldericus Carpineus, Thomæ Comitis Carpinei filius ex Victoria Landriana Mediolanenſi filia Comitis Ioſephi Franciſci Meſſinenſis prætoris, vulgo *Stratico*, in lucem editus die 25. Maij. 1595. ſtudio
A dio cum operam dediſſet in arena Legali, in caſtra ſe recepit eccleſiæ, Abbas S. Mariæ Mutini in prouincia Ferettana. Sedente Vrbano VIII. in familiam adſcitus Antonij Barberini Card. fratris Vrbani, Anno 1630. ad Epiſcopatum aſſumptus Eugubinum in locum Petri fratris ſui, triennio poſt Presbyter Card. tit. *S. Anaſtaſiæ* die 28. Nouemb. 1633. Eccleſiam pluribus exornauit muneribus, munia Epiſcopalia obiuit aſſidue, ſtans in templo, incredibili modæſtia, atq. ſilentio. Translatus poſtea ad *S. Petri ad Vincula*, ac *S. Mariæ Tranſtyberim*, poſtea Ep. *Albanus* Eccleſia dimiſſa Eugubina, Tudertinam ſubiit An. 1643.
B Congregationibus adſcriptus Regularium, Epiſcoporum, Examinis, Boni Regiminis, Indicis, Viſitationis Apoſtolicæ, Leuationis, ſuper temporali Regularium ſtatu; Ordini præfuit Premonſtratenſium, Monialium Purificationis de Vrbe, vitã produxit uſq. ad Clementem X. ſub quo religioſe non ſine luctu Cleri & populi obijt.

30. Multæ tribulationes iuſtorum; & de his omnibus liberauit eos Dominus. Pſal. 33.




STephanus Durațius Ligur ex nobilibus nouiter creatis, Petri filius Ducis Genuẽ-
C ſis, ex Aurelia Salutia die 6. natus Auguſti 1596. Romæ ſtudio incubuit Iuriſprudentiæ, matrimonium tamen non oblitus. Quo tandem ſolutus V. S. Referẽdarius ſub Gregorio XV. Clericatum Cameræ Apoſtolicæ ſibi parauit. Sedente Vrbano præfecturam geſſit Annonæ non inutilis aduerſus agrorum ſterilitatem, quare Anno 1627. noua Theſaurarij dignitate donatus, poſtea in præmium bene adminiſtratæ Reipublicæ; die 28. No-
D uembris 1633. Presbyter Card. tit. *S. Laurentii in pane & perna*. Ferrariæ præfuit Legatus à latere, legationem tamen non abſoluit, locum dare coactus Antonio Barberino, ob bellum Italicum, Bononienſi propterea legatione donatus, Annonam atq. iuſtitiam cum diligentiſſimè curaret, non idem audijt apud nobiles, & apud plebem; muſſitantibus illis, quòd minimè ſecerneret inopem à potente. Anno 1635. die 2. Maii ad Sedem aſſumptus Ianueſem, Seminarium ad formam extru-

truxit Tridentini Concilij : Congregationem Miſſionis Pariſijs ortam, Genuæ florentem, annuo cenſu donanit, domo ædificata, aliorumque piorum hominum auxilio procurato, mirificè propagauit; Rurales ſuæ diæceſis eccleſias vetuſtate collabentes proprijs ſumptibus reſtaurauit, vel noviter extruxit. Eccleſiam hanc cum ſanctè adminiſtraſſet vſq. ad finem Pontificatus Alexandri VII. annuente Pontifice dimiſit, in Romana Curia vitam ducēs inculpatam. Ad titulum tranſlatus *S. Laurentii in Lucina*, comitiis adfuit Innocentij X. Alex. VII. Clementis IX. ſub quo, die. 22. Iulij. 1667. ætatis 71. Romæ quieuit, ſepulchro exceptus temporario in parochia S. Mariæ de Monterone, donec in patriam reconciliatus referatur : occaſione namque ſui Epiſcopatus iurgia non minima ſubijt cum ſua Republica.

De eo lege Vghellum: Gualdum: Victorium Siri *in mem. Hiſtor.* Abbatem Cajet. vita Gelaſij, II. Hieronymi Bardi, qui ei ſuum *Medicum Politicum*; & Auguſtinum Calcagninum, qui *De Imagine Edeſſera* conſecrarunt.

31. *Dilectus meus candidus & rubicundus.* Cant. 5.



AVguſtinus Oregius in oppido natus S. Sophiæ, ſub Duce Hetruriæ, à ſolo natali nomen traxit & omen futuræ ſapientiæ, quam ſibi caſtiſſimus deſpōſauit adoleſcens. Romam namque miſſus à genitoribus quamuis anguſtæ fortunæ, vt ibi fata ſibi urgeret propitia, honeſta in domo, in qua degebat Oregius furiam nactus impudicam, veſtem, domumq. intempeſta nocte præcipiti fuga relinquens, impuras Harpyę manus ſeminudus effugit, ſub dio pernoctare coactus, Boreæ ſæuienti expoſitus, lætiſſimus tamen, quod caſtitatis theſaurum publica ſeruaſſet in via, eluſo latrone, qui inſidiabatur dormienti. Illuſtre facinus cum reſciuiſſet Robertus Card. Bellarminus, eximiam virtutum frugem in tenera ſemente preſagiens, ad ſe euocatum adoleſcentem nobilium in corona collaudat, ad domum traducens S. Annæ, eo tempore, Italicæ nobilitatis in Vrbe conuictum lectiſſimum. Humanæ poſtea ac diuinæ philoſophię ſtudijs in Romano Collegio, magna cum pietatis fama, ingenijq. peractis, Iuris prudentiæ incubuit, & breui in aula Romanæ Sapientiæ, eadem die, Philoſophię, Theologię, ac Iuris vtriuſq. Magiſterium vnus accepit. Studia Sacerdotio coronauit; illico ſacris initiatus primam hoſtiā Sapientiæ immolauit ſupernæ; cui animum virgineum & caſtum præparauerat in habitaculum. Fauentiæ docuit Canonicus Theologus; inde Romam a purpuratis, amplis, honeſtiſq. conditionibus invitatus, vni placuit Maphæo Barberino inſeruire, quod eum futurum præuideret eccleſiæ patrem. Propterea humili obſequio ſe erga Maphæum ſemper gerens, dominum veneratus atque magiſtrum, græce ſcribentem, atq. diſputātem ita audiebat quotidie, vt ignarus antea Græcarū literarum, breui Ariſtotelis libros de Anima latine traduxerit, atq. doctiſſimo illuſtrauerit cōmentario. Canonū, ac Theologię contēplatricē tantummodo cognitionē in ſcholis adeptus, ex Barberini conſuetudine operoſā Theologicæ ſpeculatricis actionem, ac Canonū vſum ſe didiciſſe profeſſus,

Ad clauum Eccleſiæ Barberinus aſſumptus, A Theologum Romani Pōtificis declarauit Oregiū, & in SS. Inſiquiſitione, ad ſacrorum Rituum Senatum, ad Epiſcoporum examen, ad Regum omniū negotia, ad eleemoſinas diſtribuendas, vnum adhibuit. Baſilicæ poſtea Vaticanæ Canonicus, vnus Principis cubiculo, pectoriq. frequētiſſimus adſtans, cenſuram tractabat omnium fere librorum, arcana ſervabat grauiſſima, pari iudicandi candore, ac dicendi libertate. Hiſce moribus gradum ſibi fecit ad purpuram, cuius nuntium accepit die 4. Kal. Decemb. 1633. in proximis Vaticani ędibus, codicillis Purpuratorum ſalutatus titulo Eminentiſſimi, vbi inſtitutā cum Cęſare Boſcho B Societatis Ieſu Theologo proſequebatur diſputationem, quam interrumpere nolens, in eodem loci veſtigio, habituq. oris per horæ ſpatium, alta cum animi pace proſequutus. Cum titulo *S. Sixti*, Archiepiſcopatum etiam accepit Beneuentanum; ſed ei pretioſior ſapientiæ cura, quàm purpuræ; Cardinalis & Archiepiſcopus dictandis vt antea Theologiæ commentarijs antelucanas horas; vt minimum duas; reliquum temporis, pijs precationibus, pietati, priuatæ, ac publicæ eccleſiæ muneribus impendebat. Parciſſimus ſomni, ad lectulum, lucernam ſemper & libros; ad menſam, tanquam animæ ferculum, ſacram ſcripturam ſemper adhibuit. Archiepiſcopus dictus, Paulum C lectitabat Apoſtolum pro ſui inſtructione officij, legeq. occurrente, *Qui domus ſuæ praeeſſe neſcit, quomodo Eccleſiæ Dei diligentiam habebit?* domeſticas conciunculas cæpit ad famulos adhibere, quos diligenter inſtructos ſingulis menſibus ad ſacram Confeſſionem, & Auguſtiſſimum Sacramentū pro imperio iubebat accedere. Eius in ędibus pro alea Iudiſq. ſacra Roſaria: pro otioſis obtrectationibus aulicornm, ſilentium vel preces erant. Cænobium diceres Anachoreticum, non aulam hominum. Poſſeſſionem priuſquam iniret Archiepiſcopatus, præmiſſa epiſtola Paſtorali, diem cū ſui deſignaſſet aduentus; nec Vrbani Pontificis indulgentia, D neq. imbrium inclementia deterreri potuit, quin ſumma hyeme ad diem promiſſum, ſe itineri crederet periculoſo. Beneuentum accedenti obuiauere Clerus, Populus Paſtorem acclamantes de Cælo miſſum. Primum facinus fuit, innumerabilē puberum multitudinem feſtis, profeſtiſq. diebus oleo ſacræ oblenire Confirmationis: ad quos diſpertitis horis, claſſibuſq. confluentes, vt rite ſancteq. vngerētur, eadē die habere conciones. Quod

ſacris

sacris supererat à ministerijs; actis impedere publicis, causisq. cognoscendis: Candidatorum examini adesse semper & prodesse. Inter Missarum solemnia, insolito perfundi gaudio, dono lacrymarum liquescere. Hæc agentem, & maiora meditantem importuna febris arripuit, ex qua præludēs a iudice euocari supremo (Medicis vt sit remedia certatim obtrudentibus) Oregius non de corpore perituro, sed de anima iudicanti responsura curam vrgens, iterata exomologesi, die Apostolorum Principum anniuersario, non sine dulcibus sinceræ lætitiæ lacrymis domestico in sacello, Sacrum litauit, inde A cœleste Viaticum ab Apostolis petens, populoq. bene precatus, ab Altari rediuit ad lectulum, in quo, oleo immortalitatis inunctus inter Psalmos, & supplicantium preces hora ante solis occasum tertia, quarto Idus Iulij. 1635. ætatis suæ 58. Virgo corpore decubuit & animo, in sua Cathedrali sepultus, collacrymantibus populis, cum inscriptione sequenti.

D. O. M.

Augustino tit. S. Sixti, Presb. Card. Oregio. B

Viro innocentia probe spectato, ne dum virtutibus, verum cæteris scientijs, ac morum suauitate conspicuo, Vaticanæ Basilicæ Canonico, S. D. N. Vrbani VIII. Theologo, intimo Cubiculario, Eleemosinis generali præfecto, Sacræ & Vniuer. Inquisitionis Rom. fidelissimo Consultori, varijs arduisq. muneribus egregie functo; & ab eodem Vrbano ad Sacram Purpuratorum dignitatem; & ad hanc insignem Beneuent. Metropolim ex merito euecto, Anno ætatis 58. post purpuram XIX. Mensis XII. Iulij. 1635. celebri orbita contumulato. Ioannes frater Nicolaus et Ioseph. Nepos.

M. P. P.

C Stipsit Augustinus explicationem librorum Aristotelis *De Anima*. *De Deo*. *De Angelis*. *De Trinitate*. *De Incarnatione*. *De Eccles. Hierarchia*, in quo plura de Romano Pontifice.

Plures ei contexuere elogia; sed duo pro cunctis; Bellarminus Oregium *suum* perpetuo appellabat *Theologum*: & Vrbanus VIII. qui *suum* appellabat *Bellarminum*. Cum Cardinalatus insignia ei tradidit, in publico Consistorio, elogio honestauit sequenti: *Magnus eris in ecclesia Dei*. Custodem habuit, & directricem Virginem Deiparam, cui lilia suæ sacrauit virginitatis. Lege Hyppolytum Marracinum *in purpura Mariana*. Vghellum. Marium D Viperam *in Archiep. Beneuen.*

32. *Dux virginitatis meæ tu es*, Hier. 3.



M. Antonius Franciottus Italus, Lucensis Curtij filius ex Clara Baltana in lucem editus An. Sal. 1592. vix nutricis lacte depulsus, auersum a puerilibus nugis animum ad studia conuertit pietatis, A Graui morbo cum puer langueret in lectulo, se solum remotis arbitris aduertente, cubili proreptus positis humi genibus, seminudus cœpit cum Deo miscere colloquia, neq. a precibus surrexit, donec a superueniente genitrice retraheretur in lectulum. Humanioribus eruditus in patria, Bononiam venit, vbi laurea exornatus Iurisprudentiæ, dissensiones inter Artium Auditores exortas composuit facile. Pudicitiæ tenacissimus custos fœminam impudicam in conclaue immissam domesticū colapho in faciem impacto, & fuga derisit. Apostolicus Protonotarius sub Paulo V. Fabriani Prætor B sub Gregorio XV. sedente Vrbano VIII. Clericus Cameræ Apostolicæ, Annonæ præfuit munus postea subijt Auditoratus Cameræ in quo vni intentus iustitiæ lancem inculpabiliter tractauit, a Solis ortu vsq. ad occasum paterna caritate litigantes audiens, qui Aduocatis preteritis ad eum venientes veluti ad oraculum, litigia abiurabant, cuius etiam sine scripto audita opinione, consilium venerabantur tanquàm iudicium. Erubuit Vrbanus in Cardinalium promotione facta die 28 Nouemb. 1633. tantum virum præterire; in pectore tamen retinuit, publicauitq. solumodo die 30. Martii 1637. Presb. C Card. tit. *S. Clementis*; Episcopumq. nominauit Lucensem. Eius in promotione Michael Angelus Tortigliani *Gryphum Purpuratum* euulgauit. Præfuit eodem tempore Legatus de latere Romandiolæ, seu Flaminiæ, aduersus Odoardum ducem Parmensem bella gerentem in Barberinos. Is cum officij causa Legatum per interpretem salutasset, & se amicum ecclesiæ declarasset: eadem humanitate Legatus per nuntium respondit non sine Vrbani indignatione, quod legatus circuitione certaret: dum Curia ferro. Legatione peracta, ad regimen se contulit ecclesiæ sibi commissæ: in qua diœcesi primum lustrata; pedes sepe oppida conscendit inacessa, quo D etiam equi ascendere non valebant. De Ecclesiastica dicitur iurisdictione controuersias habuisse non leues cum Lucensi Republica; & in fauorem Episcopi Curia iudicante Romana; cum Respublica minime cederet; fulmen laxatum excomunicationis aduersus Lucenses. Rem tamen aliter contigisse inuenio: nempe fratrem Cardinali fuisse elati animi virum, profundi consilii, ac manu prompti, qui cum per inferiores Magistratus ascēdens ad clauum sederet Reipublicæ titulo Consiliarii tyrannidem meditatus cæpit clanculo conscribere militem,

coaceruare arma, amicos palpare præcipue nobiles, ſine quibus tirannis nutat; vt tempore opportuno & occaſione patriam conſtringeret libertatem. Satellites porro qui inſoliti vagabantur per vrbem, in domum ſe recipientes Franciottam quaſi ad cauponam, ciues excitarunt ad cuſtodiam. Hinc Franciotto vinculis tradito, luſtratam domum cum in refertiſſimum inueniſſent mutatam armamentarium, familiares etiam traxerunt in carcerem, inſtructaq; queſtione, ſocijs detectis coniurationis quorum inſidijs libertas Reipublicę ſemiuiua iacebat, proditores fuere damnati. Cardinalis cum labore inutili omnem mouiſſet lapidem pro fratris abſolutione, ne in eo bona, domus, fama, familia tanquam proditoria ex fune penderent; tantis malis occurere duxit, Romam præcurrens ad Vrbanum Pontificem, cui ex odio, & malignantium calumnijs fratris expoſita carceratione, quem perduellionem eo ſolo argumento accuſabant, quod familiam Epiſcopi deprehendiſſent armatam, in ſuas partes Vrbanum traxit: qui illico per tabellarium datis ad Lucenſes literis, cauſam ad ſe euocabat, vt Romę cognitio fieret. Conticuere Lucenſes ad inſolitam interpoſitionem, conſtantes tamen latā iam capitis in Franciottum renuerunt abrogare ſententiam, etſi executionem prorogauerint. Pontifex vero lata in Lucenſes excommunicationis ſententia, totam pene concitauit Europam. Lucenſes enim eulgata publica iuſtitiæ cauſa, rumoribus, & querimonijs replebant aulas Principum. Quorum interpoſitione & tutela placatus Pontifex reuocato anathemate; à Lucenſibus Franciotto captiuo in libertatem aſſerto, quieuit Italia. Cardinalis paulo poſt ablegata Sede Lucenſi, Romæ ſubſtitit vitam ducens Eccleſiaſtico dignam principe. Aderat ſemper primus functionibus ſacris, Concilijſq; Purpuratorum. Innocentius X. quingentos aureos cum illi annuatim deſignaſſet; ſingularem diligentiam & ſedulitatem præſertim in rebus eccleſiaſticis promerito adnotauit. Opinionum ſi quādo certarent diſcordia Patres; quid in eis Cardinalis ſentiret Franciottus? interogabat Papa, in cuius ſuffragiis ſanctitas emineret, ac Reipublicæ ſollicitudo: propterea in omnibus fere adſcriptus Congregationibus maximi eſset adiumenti laborioſo Innocētii Pontificatui. Romæ obiit ſedente Alexandro VII. die 9. Feb. 1666. ætatis 74. hora noctis ſexta, die Lunæ, in eccleſia ſepultus Nominis Ieſu, vbi ſibi elegerat ſepulchrum cum ſequenti epitaphio.

M. Antonio Card. Franciotto Ep. Lucenſi
Qui Apo. Cam. Clericus & Gen. Auditor
Ab Vrbano VIII. purpura admotus & Flaminiæ e latere Legatus, mox grauiſſimis in Vrbe, de Rep. Chriſtiana conſilijs ab Innocentio X. & Alex. VII. *adhibitus, vti ſummis mortalium, Prudentia & Fide, ſic infimis acceptus manſuetudine ac liberalitate deceſſit ſanctiſſimę vitę, ſanctiori exitu. Ætat: LXXIV. Seculi MDC. LXVI.*


Iuſta ei ſoluerunt Lucenſes Romæ ſtantes in propria eccleſia perorante Io: Bap. Bottino Lucenſi patritio: Lucæ vero nullum dicitur funus celebratum. Societatis Ieſu Patres Franciotto multis nominibus deuincti, eius memoriam præcipuo funere exornare voluerunt in templo Farneſiano, perorante Io: Lucari, cuius oratio, vnà & Io: Bottini typis data.

Cardinalis præclarus oppido, vere eccleſiaſticus, Pauperum pater ad quorum egeſtatem ſubleuandam, ſupra triginta aureorum millia viuens diſtribuit. Titulum *S. Mariæ de Pace* aliis præhabens ſplendidioribus ſemel aſſumptum nunquam dimiſit, & vt obſequium teſtaretur in Virginem: cuius profeſtos dies rigido in ſolo pane & aqua honorabat ieiunio; & vt auaritiam damnaret eorum, qui à redditibus & diuitiis æſtimant dignitates. Innumeris pene aulę occupatus officiis, duas quotidie horas, rerum diuinarum contemplationi cum ſtatuiſset, diuinæ pſalmodię penſum ſeruato temporum ordine, Deo flexis genibus, dietim reddebat. Frequentiſſime ſe flagris vſq; ad ſanguinem diuerberabat. Cum fœminis nonniſi alijs aſtantibus, & affixis terrę luminibus colloquia miſcebat. Sacra nunquam intermittebat, vnde etiam diei, qui eidem ante ſupremum illuxit; Deo Patri Hoſtiam obtulit ſalutarem.

Eius imaginem cum epigrammate habes apud Hieronymum Tetium, in ædibus Barberinis.

De eo lege præfationem in *to. 8. Italię Sacrę*, quem ei Ciſtercienſis Ordinis patrono inſcripſit Ferdinandus Vghellus, ſimilem in Bap. Andriano, qui ei dicauit orationem *de Cruciatibus Chriſti* Guidum Vaninium in panegyrico carmine. Gulielmum Pagninum *in vita Sancti Pagnini*. Io: Rho *in oration. Euchar.* Lucam Vuadingum *De ſcriptor. Ordinis Minorum*; & *vita S.* Anſelmi, Memoriam etiam habes huius Cardinalis in eccleſia S. Mariæ de Capitello, quam 5. Non. Maii 1698. dedicauit.

33. *Doctrina viri per patientiam noſcitur: & gloria eius eſt, iniqua prætergredi.*
19. Prouerb. 11.



FRanciſcus Maria Macchiauellus patritius Florentinus Franciſci filius ex Maria Magalotta, Franciſci & Antonij Cardinalium Barberinorū Conſobrinus. Laurentij Magalotti Card. nepos, puer adhuc humanioribus literis incubuit in Seminario Romano egeſtate preſſus familiæ; IuriſPrudentiam poſteà quæſiuit adoleſcens & optimis moribus in obſequiū datus Maphæo Card. Barberino, ab eodem clauum regente eccleſiæ, Sacerdotium in Baſilica obtinuit Vaticana, Rotæ poſtea Auditor Romanæ, Mediolanum deſcendit officii cauſa, ſalutatum Hiſpaniarum Infantem Cardinalem, Vrbani nomine. Summa ſegerens patientia, alienus à iurgiis, & modeſtia erga Conſobri-

ſobrinos, qui aliorum conſanguineorum legione præmebantur ex linea materna, Coloniam miſſus cum Cardinale Ginetto ad pacem Orbis, poſt Legati diſceſſum, iam *Patriarcha* renunciatus Conſtantinopolitanus, Nuntii munus pro eadem pace ſuſtinuit. Quo munere dum fungeretur, Laurentio Card. Magalotto vita functo, in Epiſcopatu ſucceſſit Ferrarienſi, cuius regimini dum incumbit, abſens ab vrbe Presb. Card. tit. *SS. Io. & Pauli*, die 16. Decēb. 1641. renūtiatur. Suo nō abfuit Epiſcopatu, quàm Comitiorū occaſione pro electione noui Pōtificis, in quibus in gratiā Principis ſui naturalis M. Ducis Hetruriæ, a Barberinis cognatis diſcors, in A Pamphilio conuenit, quem Innocentium X. dixere. Poſt huius aſſumptionem, Ferrariam reſtitutus Macchiauellus vitam duxit non iniucundam vſq. ad die 20. Nouemb. 1653. ætatis 43. in Cathedrali ſepultus.

De eo Hannibal Adamus in ſua *Pallade purpurata*, imagine expoſita, cecinit.

Excepit te pulchra ſuis Florentia cunis,
Sed vere vera Ferraria dat tumulum,
Sola valet, roſeum Florentia gignere florem
Cadere florentem, ferrea ſola valet
Hanc pace, hanc bello, dextraq. animoq. beaſti
Qua cineri poteras pulchrior vrna dari?

Vghellus. Amyden. *V. M. S.* Victorius Siri. Statera Purpuratorum *M. S.*

34. *Videns fici arborem, & nil in ea niſi folia tantum, ait illi: Nunquam ex te fructus naſcetur in ſempiternum.* Matth. 21.



AScanius Philamarinus, Neapolitanus ſtirpe nobilis, Clanchæ natus oppido patetnæ ditionis, prope Beneuentum, lauream adeptus iuris vtrinſq. Romam venit cum pro eo prænſantibus Fortuna, Arte, Natura, quę etſi ſortis & artis inimica, iunxere manus, dotes ei conferrendo rariores, vt immaginem plaſmarent viri vndequaq. perfecti. Arti itaq. a Natura commiſſus, quem nudum produxerat, vt per eam in Orbis theatro, Fortunæ (quę ibidem ſtabili fulget ſolio) patrocinium aſſequeretur. Vt citior aſcenderet, venit abſq. ſarcinis, canens vacuus coram D latrone viator, pedes non eques, forſam oblectationis cauſa. In familiam aſſumptus Maphęi Barberini, cubiculo præfuit ea modeſtia inter fratres, obſequio erga dominum & muneris vigilantia, vt totius familiæ plauſu, ſiſtema domus dirigeret abſq. querimonia; Alloquio facilis, conuerſatione humilis, conſilio prudens, ſecreti cuſtos, non ſolum in proceſtrio ciuili eruditione excipiebat venientes; ſed in ſecretiori cubiculo, particeps arcanorum, mens, lingua apparebat Cardinalis, quòd Philamarini verba nunquam improbauerit, Aſſumitur tandem in Chriſti Vicarium, & ab eo in ipſis Pontificatus primordiis intimus cubicularius Aſcanius declaratur: poſt nonnulos menſes cubiculo præficitur Franciſci Card. nepotis, permiſſis tamen cum habitu præeminentijs, quibus frui ſolent intimi Romanorum Pontificum cubicularij; ornaturq. Sacerdotio in Baſilica Liberiana. Sub hac larua obſeruabat Aſcanius Franciſci mores, aberrantem non monebat, nec arguebat; vitia deſcribendo aliena, erudiebat Chriſti exemplo cum arborem maledixit A infrugiferam, vt hominem erudiret; Franciſcus namq. prægustata dulcedine imperii, iam neminem conſulebat, nullum audiebat; repentino quaſi mentis impetu, nulloue conſilio cum raperetur; Philamarinum remiſiſſet in patriam, niſi patrui veneratione occupatus, huius timuiſſet indignationem. Legatum interim ad Gallos & Hiſpanos cum Papa Franciſcum deſignaſſet nepotem; optime ſperare cœpit Aſcanius, vt iugo Franciſcus ſolutus, ad obſequium Pontificis reſtitueretur. Cum iterum iuſſus Franciſcum proſequi, ad Gallos primo, deinde ad Hiſpanos aſcendit. In Hiſpania Pontificis nomine aureas faſcias præſentauit: quare eccleſia dona- B tus Salernitana nomine Regis, expedito animo recuſauit: donatus tamen aurea Claue, quæ Equitibus concedi ſolet, Barberino iubente recepit. Expletis legationibus, inter Canonicos Baſilicæ aſſumptus Vaticanæ, altiora deſperabat, cum iam ſeptima Cardinaliū promotione peracta, nomen ſuum fuiſſet ſemper præteritum; quamuis Vrbanus ſpe lactaſſet inani, *propinquum iam diem ſuę ſolemnitatis*. Erant ei bona verba, vt aues putridę. Cauſam inquirebat infortunij, cum promotos reſpiceret plures, longe inferiores natu, ætate, obſequio erga Barberinam domum; nec inueniebat præter fatorum ſeriem: quæ tamen in vno Franci- C ſco Barberino repoſita malitioſe perſequente ſuum pedagogum eo prætextu, quòd abſente Aſcanio nequiret ſolus molem ſuſtinere regiminis: Pertraheret eius promotionem Pontifex; donec hominem inueniret cui arcana communicaret. Aulici namq. ſeruite ceſſant, cum ſperare non habent. Obſequii calcaria ſunt præmia; quibus obtentis, homines lente feſtinant. *Stella mihi Polaris Aſcanius (Beatiſſime Pater) qua duce, maria pernauigo; illa remota, vela contrahere conſtringor, ne allidam in ſcopulos.* Inter iuſtitiam itaq. & nepotis affectum nutabat Pōtifex, cenſuram timens ingrati erga eum, qui Annos fere triginta numeros omnes impleuerat fidelis obſequii. Vacauit interim Sedes Neapolitana ob mortem Cardinalis Boncompagni, cuius occaſione in ſpem excitatus meliorem Aſcanius, ad Vrbanum acceſſit plenus lacrymis; expoſitoq. longiſſimæ ſeruitutis merito, rogauit per eius clementiam, vinculis ſolui malignantis fortunæ, vt ab huius tyrannide reſurgeret tandem poſt duodetriginta Annorum longiſſimum tempus, ſeruientis nunquam curuata patientia. His emollitus Vrbanus, eo in fletu veluti in ſpeculo Magico Officia contem-

plitus Philamarini imo Iustitię imaginem, quæ euaginato gladio suæ immineret ceruici argute respondit: *Neapolitana sedes buccel.a est, quæ Cardinali reseruatur, fili mi, & tibi impar: iam eam designauimus viro, quem minime cogitas*. Quibus auditis Ascanius, inclinato capite recessit, fatum incusans, a quo sibi legem patiebatur impositam, vt semper miser iudicem subiret inmitem. Sarcinas iam colligebat, vt in patriam rediret fugienti similis; at febri correptus subitanea iacere coactus vocauit Medicum. Vrbanus interim cum Francisco nepote nomina describebat Candidatorum; Ascanio etiam incluso, quem amplius præteriri Iustitia non patiebatur; nec sine ingratitudinis nota apud posteros promotor ipse euasisset immunis. Secessit Franciscus æstro percitus iracundiæ aduersùs ipsum Pontificem. quem fallere & hac vice prohibitus;cōtra Ascanium excāduit, accedētemq.de more pallium aptādi causa humer is Cardinalis, reiecit, spoliauitq. munere cubicularii, alio in eius locum publice subrogato. Obmutuit, & quasi intermotuus concidit sub apertæ indignationis & ingratitudinis fulmine, Reuixit tamen spe vindictæ propellentę mortem: memoriaque Annos repetente triginta in obsequium emensos patrui, atq. nepotis, vnà cum abecedario officiorum quæ ipse corporis, atq. animi salute posthabita soluerat, quasi inmentum factum insipientibus, vt victimas tricennales immolaret ingratitudini. O spes fallaces! Vtinam senescere contigisset in ortu. In eam me demisit vitam Ingratitudo, quæ nunquam miseriarum terminum factura est. Quid mihi tantos impedisse labores, totius vitæ expleuisse cursum in seruitute, vt propriæ conscientiæ periculo, murata fronte, personatu vultu adulator exirem in Orbis theatrum, ad eorum excusanda vitia, occulendos errores! Subducam porro ceruicem cogitando quàm multa laboriose pro honore tentauerim, ad ocium me conuertam; & pœnitentia seruitutis iniustę, solatium erit libertati futuræ. Peccatum agnosco, peccatum confiteor; erroris confessio non erit inutilis. Qui enim volens seruit ingrato graditudinem non meretur. Ad castra itaq. redeam libertatis, edoctus, quòd spatio non minori Annorum triginta edisecre volui vel non valui; Veram & vnam felicitatem esse, bonam vitam, quam sex lustris in aula quæsiui & non inueni. Venit interim dies Consistorii, pro octaua Cardinalium promotione, 16. Decemb. 1641. cò se contulit Ascanius, desperatione potius ductus quàm curiositate, vt nomina audiret Purpuratorum Quem cum vidisset Franciscus, illinc secedere imperauit, quòd ibidem ius ei non esset consistendi. Paruit furioso similis, questus renouans altissima voce, vt à prætereuntibus audiretur, & exsibillaretur; nocte iu eum aulica ingruente post Solis occasum. Inchoato Consistorio Papa, a promotione exorsus Episcoporum, Archiepiscopum renunciauit Neapolitanum, Ascanium Philamarinum, paulo post Presb. Card. tit. *S. Mariæ in Ara Cœli*, obstupentibus cunctis ad nomen Philamarini, cui aduersum Franciscum cognouerant Barberinum. Ars hæc legitima benefaciendi: vno eodemq. tempore, dicere & benefacere. Musco simile est beneficium loculum numq. si aperiat; donator priusquam donatario offerat: commune fit beneficium. Absoluto Consistorio; venere cum festinatione Prælati acclamantes Io: Philamarino, titulo salutantes Eminentiæ. Fabulam prima fronte Ascanius credidit a Barberino compositam; nec officiose respondit venientibus, donec Barberinum ipsum respexit a longe venientem, vultu ad serenitatem composito, animo tamen subirato, quem occludere non

A valebat. Veritatem tunc agnouit Ascanius, quam sincere illi Vrbanus aperuerat, cum Sedem poscenti Neapolitanam respondit: *bucellam esse Cardinalis & Cardinali designatam*; Sui itaq. assumptione cognita, emersit institor post naufragium, non solum saluis mercibus sed gradu auctus & redditu, in quo rerum summa versatur. Sola natuq. dignitatum nomina sunt veluti follia ficus, quibus vix corporis nuditatem operimus, Pontifici gratias agendo, in laudibus exuberauit Francisci; quasi iste more Platonico Ascanii exaltationi se obiecisset, vt per obiecta magis elucesceret. Hæc in speciem cum Francisco, a quo illata vulnera nunquam conualuerunt

B ad ciatricem promotori suo nunquam ingratus, eodem pene morbo decubuit, cum iacentem audiuit Vrbanum. Diu noctuq. perambulans in procestrio de eius salute sollicitus, cum referēte Medico infirmum reconualescere, torque Medicum donauit aureo, quo vinctum volebat, vaticinium donec adimpleretur de Vrbani salute. Die sequenti ingressus Medicus cum aureo torque, argumētum ex eo retulit sanitatis infirmus, vt hilaresceret. Obstupuit, & obmutuit Vrbanus audita amici liberalitate, quòd verbis rependere duceret inciuile. Fuit qui Philamarini lętitiam sinistrè interpretando; vitam desideraret Pontifici, vt inte-

C rim adolesceret ad Pontificatum. Verum nouæ liberalitatis exemplum, cum bello rugiente Italiæ, duodecim aureorum millia Vrbano dono misit, Suspicionem purgat. Si enim habuisset ęmulatores; magni sane momenti munus fuisset.

Romana itaq. expeditus Curia ecclesiam Sponsam adiit die. 30. Maij. 1642. ex improuiso aduenniens, vt publicos honores, destinatamq. pompam declinaret. Quantum contulerit in exornandis, & reparandis ędibus Archiepiscopalibus sequentia lege.

D *Ædes angustas olim & rudes vetustate prope collabentes Neapolitano vix dignas Antistite, magnificentioris à fundamentis, ædificij parte erecta, amplitudine atrij, tum eius fronte, ac triplici porta ornata marmore; plateę spatio explicato, fenestris, valuisq. laxatis & expolitis, effossis latiore aluco puteis scalarum illustrium & amplissim. leni & pene fallente gradu; profusaq. in hospites beneficentia, hospitio quoq. adiecto, ornatiores qua marmore, qua picturis, qaa æquabili, quaq. vt versum aspectu iucundiores hortorum amœnitate, ac salientium aquarum scatebris. Sed minora hæc ratus, Sanctiores dupli-*

plici aditu ad Templum peruio, condito inauguratoq. Deiparæ facello, reddidit Ascanius Philamarinus S. R. E. Card. An. MDCL.

Domesticum facellum vario ornatum marmore erexit, cuius in fronte legitur.

Virgini Dei Matri Mariæ
Ascanius Philamarinus S. R. E. Card. Archiep. Neapol. dicauit An. Dom. 1645.

Ante fores pariter.

Cum Pontificias ędes reddidisset insigniter augustiores
Semita quoque liberauit angustijs
Proxima demolitus ædificia, laxatisq. āple spatijs ad Decus
Nec fine Ciuium commodo
Has vero ædes ex aduerso excitauit, in monumentum facti
Ascanius Philamarinus S. R. E. Cardinalis Archiep. Neapol.
A. D. MDC.LIV.

Ecclesiam à se consecratam suppellectili donasse testantur sequentia.

Ascanius Philamarinus S. R. E. Card. Archiep. Neapol.
Pontificale templum à Carolo I. & II.
Andegauēsibus Regibus constructū solemni ritu cōsecrauit
Die XXIV. April. An. MDCXLIV.

In Cathedrali Neapolitana, Matthęi Philamarini Præsulis memoriam excitauit.

Memoriæ Matthæi Philamarini, Iacobi & Mariottæ
Caracciolæ filij.
Archiep. Neapolitani.
Summis honoribus apud Reges Carolum & Robertum.
Amplissimisq. legationibus ad Clem. V. P. M.
Aliosq. Principes magna cum fide ac prudentia functi
Ascanius Philamarinus S. R. E. Card. Archiep. Neapol.
Posuit Anno M. DC.XLII.
Qui cum Maiorum suorum ossa
In S. Apostolorum ædem transtulit
Antiquo familiæ sepulchri solo.
Ad sacrarū reliquiarū S. Ianuarij amplificandā cōfessio,
Antistitis de hoc templo benemeriti
Cineres ab eius gremio haud remouendos putauit
Obijt An. MCCC. XXIII. ætatis suæ LXI.

Comitijs interfuit Innocentij X. & Alex. VIII. à Barberinis discors, aperte asserens, quòd suæ assumptionis cum solum auctorem habuisset Vrbanum, aperte nec semel contradicentibus nepotibus, Vrbano defuncto, se liberum profitebatur; propterea in Pamphilio conuenit Hispanis iunctus, quem Barberini repudiabant. In Neapolitani populi seditione mira peregit Ascanius, vt plebem in Regem sedaret armatam. Gregem singulari prosequutus amore, non sine lacrymis cum Regi aduersum respiceret; diu noctuq. studebat, vt salutem afferret populo sibi commisso; & ouem perditam ad pascua reuocaret. Ab hoc voto tamen declinasse accusatur, quando in apertam rebellionem concitata plebs Ducem Guisium acclamauit in Regem. Tunc enim nepoti suo non solum indulsit equites Neapolitanos dirigere aduersus Regem; verum etiam ipsemet duci occurrit venienti, diadema regium imposuit spectantę populo, & Senatoribus, qui nouum Regem comitabantur domum vsq. cultu apparatam regali; at malo omine, quod eidem domui continui essent carceres publici. Generalis tamen Amnestię à Rege perduellibus indultę particeps, patriā cum familia redemit. In hanc seditionem de-
A clinasse dicitur, vindictæ causa, quam meditabatur aduersus conciues, quorum plurimis nimium tumidus irascebatur præcipuè. Comitissę Saponaræ, cuius epistolam cum accepisset titulo omisso *Eminentiæ*, *Illustrissimi* atq. *Reuerendissimi* occlusam remiserat, negans ad se pertinere, non sine imminentium malorum discrimine. Periculo non minori à Magnatibus dissentiebat Hispanis, Romanis Principibus licet Neapolitanus, quibus Eminentiæ titulo salutatus in literis gratulatorijs absq. tamen titulo per eos asserto responderat: vnde Neapolitani collectum epistolarum fasciculum, quas acceperant, coram eius fratre, flammis tradiderunt nec
B sine scommate; quorum vindictam vt mature absolueret, vsq. in Annum distulit 1647. Cæterum erga populum procliuis, non sibi, sed eis viuere videbatur, aures præbendo benignas; iura læsis reddendo: benemeritis beneficia, dignitates distribuendo, in penatibus nil venale, aut ambitioni permittendo. Regularium familias cum haud magni faceret, in administratione Sacramentorum, ac explanatione Euangelij eis parcissime vtebatur; Deiparæ tamen amore, lacunar Carmelitarum Neapoli fulmine exesum restaurauit, ornauitq. ita vt Templum illud modo inter pulchriora illius Vrbis templa recenseatur. Inter alia ornamenta ab eo collata, lychnos
C habes egregios, argenteum vnum scutorum 3000. aureum alterum scutorum 4000. Marmoratum sacellum Virginis Annuntiatę, in templo Apostolorum extruxit, tabulis bene pictis ditauit, vt ex epigraphe

Annuntiatę Virgini Dei Matri.
Ascanius Card. Philamarinus Archiep. Neapol. MDCLII.

Sub marmorea Cardinalis effigie in eodem Sacello erecta

D
Vetustum Philamarinæ Gentis Monumentum
E S. Georgij Maioris Anno MCC. IIC. translatum
In Pontificalis Templi adiculam
Sub S. Nicolai a Io: Philamarino dicatum
Et post CCCX. Annum sacrarum reliquiarum S. Ianuarij
Aliorumq. SS. Tutelarium
Pro Vrbis dignitate reficienda pijssime concessum
Ascanius Philamarinus S. R. E. Card. Archiep. Neapol.
Pro se, suisq. hic instaurandum curauit.

In eodem Sacello effigiem fratris habes cum inscriptione. In cœmeterio eiusdem ecclesiæ sub ipso sacello ad sepulchrium Monumentum superne extructo sacello respondens.

Vna cum antigrapho sibi, & Scipioni fratri, posterisq. eius
Ascanius idem Philamarinus S. R. E. Card. Archiepiscopus Neapolitanus.
Posuit An. Dom. MDC. XXXXII.

Hanc eandem S. Apostolorum ecclesiam ipsemet Card. sacris initiauit, vt ex epigraphe,

Ereptum superstitioni fanum

Quod explicata latius area, mutato cultu
Constantinus Magnus S. Apostolorum memoriæ dedicauit
Postmodum exuto aui senio, a fundo, atq. ad Constantinianam magnificentiam
a Clericis Regularibus renouatum.
Franciscus S.R.E. Card. Boncompagnus Archiep. *Neapol.*
Iacto primo lapide fundauit An. *MDCXXVI. die IV. Nou.*
Demum continnato Purpura, ac magnorũ nominũ splẽdore
Ascanius S. R. E. Card. Philamarinus Archiep. item Neapolitanus.
Solemni ritu consecrauit An. *MDC. XLIX. die X. Octob.*


Moniales S. Mariæ Neapoli maximis deuinctæ beneficiis, ad fores Ecclesiæ, inscriptionem erexere sequentem.

Ascanio S. R. E. Card. Philamarino Archiep. *Neapol.*
Protectori præstantiss. Moniales Reformatæ S. Monachæ
Grati animi monumẽtũ PP. a partu Virginis MDCXLIII.

Eius curã pastoralem Patres laudarunt Concilii Trid. interpretationi destinati, datis literis die 15. Octob. 1644. & 17. Decemb. 1650.

De eo lege Chiocarellum *catalogo Antistitum Neapol.* Io: Anton. Capellã *in epiniciis familię Philamarinę.* Vghellum. Ios. Silos *H. Cler. Regul.* Victorium Siri H. Gualdum *Theatro Vir. illustr.*

35. *Neque dominantes in Cleris, sed forma facti gregis ex animo.* 1. Petri. 5.



M. Antonius Bragadenus Batritius Venetius, Venetiis natus Anno 1590. Antonij Bragadeni filius ex Cecilia Maurocæna Barbonis filia S. Marci Procuratoris nepos Marci Antonii Bragadeni qui post fortissime defensam Famagustam in regno Cypri, deditione pacta cõditionibus honestissimis, quarum nullam Turca seruauit; de eiuranda Religione frustra tentatus, viuus fuit excoriatus. Huius martyris sanguine Bragadenus purpuram expoliuit, priusquam acciperet de manu Pontificis. Literarum itaq. pallio indutus Philosophico ea in patria, vbi omnes nascuntur principes, Romam venit V. S. Referendarius, dein quartus Cremensis Episcopus die 3. Octob. 1629. die vero 21. ab Antonio Barberino S. Honuprii Cardinali inauguratus, post Annum ad Cenetensem, mox ad Vicentinam translatus ecclesiam summa diligentia administrauit; pietatis exẽplo, atq. vigilantiæ in procuranda ouium salute, ac ciuium pace, quorum dissidia benignus interpres magna Senatus laude composuit. Parsimoniæ in *Statera Principum Purpuratorum* arguitur quasi dominari in Cleris; & in conuiuiis luxuriari, oculos habere plenos adulterii, sit celsitudo purpuræ; Vtinam purpuram suspiceremus Bragadenam, non murice fædatam, sed martyrũ positã sanguine, quorũ laus etiam penes Tyrannũ maior fuit; quàm Cyprus perdita. Vrbanus ne tanti Præsulis virtutes submodio laterent, purpura ornando Presbyterali tit. *S. Marci*, die 16. Decemb. 1641. omnium oculis exposuit. Comitiis interfuit Innocentii X. & Alex. VII. more Veneto liber, soli adscritus Spiritui Sancto. Ad quem euolauit die 28. Maii 1658. ætatis 68. nobili exceptus tumulo, in Ecclesia S. Marci ad Palatinas cum sequenti epitaphio.

D. O. M.

M. Antonio Bragadeno huius ecclesiæ Titulari munifico,
Quem Vrbanus VIII.
Vt Aui à Turcis excoriati merita in nepote digniss. pẽsaret
Purpura decorauit
Per Cremensem, Cenetensem ac Vicentini gradus
Ad summi Episcopatus fastigium
Ingentibus suis virtutibus properantem mors sistit
Ætatis suæ An. LXVIII. Salut. Hum. MDCLVIII.
Io: Aloysius frater, & Marcus nepos Patrui. Ven.

De eo Baptista Nani *H. V.* Vghellus. Victorius Siri.

36. *Si annuntiaueris verbum impio, & ille non fuerit conuersus; ipse quidem in iniquitate sua morietur: tu autem animam tuam liberasti.* Ezech. 3.



Octauianus Raggius nobilis Genuensis, Iacobi filius Senatoris Liguris, ex Hieronyma Nigra in lucem datus die 31. Decemb. 1592. noua quamuis fulgeat nobilitate, surculos habuit armis literisq. florentes, Thomam Marchionem Pontificiæ classis Generalem Comissarium, & Reipublicæ Genuensis Moderatorem. Thomam seniorem, qui ob profusum in patria aurum, ad posterorum æmulationem, ex S. C. statua honorari meruit in aula ducum. Nicolaum bellica arte clarum, qui Anno Sal. 1462. in Peloponneso, Turcarum captiuus,

uus, palo transfixus ſpiritum exhalauit. His progenitus octauianus ingentibus ſuffultus opibus Romam venit ſedente Paulo V. Pronotarius, & à Gregorio XV. Clericus renuntiatus Cameræ Apoſtolicæ, ſub Vrbano VIII. Procamerarius, in Vtraq. Signatura Iudex, Annonæ Præfectus, Telonii Præſes, Viarum Curator, Rituum Examinator, in quibus ſolertia graui vota Principis adimpleuit abſq. querimonia ſubditorum: imo lue atq. caritate ſæuiente, Annona aliunde collecta, Romæ, vicinioribus populis abunde conſuluit. Promotione Cardinalium facta Anno Sal. 1633. Raggium etiam deſignauerat Vrbanus quamuis ob reſiſtentiam Nepotum præterierit; propterea de alicuius promoti ingratitudine querentem Franciſcum redarguebat Papa. *Tibi imputes, quòd Raggium non creauerim*. Ad purpuram annhelaſſe dicitur, qua etiam ante ſui promotionem indutus quandoq. familię apparuiſſe, imo coram Pontifice ſed hæc in fabulis. Vrbanus namq. ſummus inter Pontifices non aſſumpſiſſet inſanum. Plura cum tractaſſet munera, innocens ſemper & impollutus; merito potius laboris quàm pretio Apoſtolici Clericatus honor adſcribitur. Die 16. Decemb. 1641. Presb. Card. *S. Auguſtini* dictus, Patribus etiam adſcribitur Signaturæ Gratiæ, Conſultationis, Fabricæ, Viarum, Epiſcoporum, Regularium, inter quos libertate Euangelica, aduerſus ipſam domum Regnatricem, Rempublicam promouit, præcipue in bello Farneſio, Pontificem ad pacem prouocans, non formidauit geſta damnare Nepotum. Abbatia donatus Capuana, Vercellenſi, Barienſi, & S. Marthæ, Anno ſuæ promotionis ſecundo, Alerienſi in Corſica Epiſcopatu, mare traiecit ad curam animarum, diæceſim ipſe luſtrando, Eccleſias adornando, pauperes profuſa liberalitate erigendo eos præcipue, quos verecundia premebat & indigentia. Romam reuocatus ſui, ac gregis mærore, collacrymantibus cunctis ex Inſula, quaſi non reuerſurus omine infaſto, ſed veraci. In itinere namq. ventis agitatus, pene naufragus in portum Herculis ſe recepit, vbi per triginta dies in anchoris ſubſtitit, triremem expectans Pontificiam, quæ vento agitata mari vagabatur. Romam cum appulliſſet, vix ſalutato Pontifice, acuta febri correptus, cum mori cognoſceret, Catholica ſacramenta quærens, eadem hora occaſus & ortus, die 31. Decemb. 1643. migrauit, in templo ſepultus Farneſiano nominis ſu, cum epitaphio.

Tibi Octauiano Cardinali Ragio
Tuoq. animi candori
Quem Roma rarum ſtupuit & amauit
Laurentius Raggius S. R. E. Card. ex fratre Nepos
Thomas Apoſtolica Claſſis Commiſs. Generalis Frater
Io: Bap. Eccleſiaſt. Peditum legioni Præfectus
Alter ex fratrę Nepos Poſuere
Obijt Anno MDC.XLIII. Ætatis LI.

Literis non multum excultus literatos tamen ac pios amauit, promouit. Eius ſumptibus, Romæ ad D. Mariæ ſuper Mineruam excitatus tumulus Marię Raggiæ, illuſtris ſanctitatis fæminę, cuius oſſa ibidem iacent; quem typis illuſtrauit Leo Allatius cum inſcriptione nigro exarata lapide.

Maria Raggia Chia
Ex tertio Dominicanæ familiæ ordine
Octauianus Card. Raggius Ianuen. admiratus
Religio ſam fæminæ virtutem vſq. ad ſtuporem exmiam
Et ſub eodem agnomine cariorem
Conditorium legauit An. Repar. Sal. MDC.XLIII.
Laur. Card. Raggius ex fratre nepos & executor curauit
A *Thomas Raggius Pontific. claſſis Commiſſ. General. frater*
& Her. P.

De eo Vghellus. Mercurius Veridicus. Galeat. Gualdus *in Theatro Vir. Illuſtrium*. Statera Purpuratorum M. S.

37. *Manducauerunt & adorauerunt*.
Pſal. 21.

B 

Petrus Donatus Cæſius Romanus Federici filius ex Pulcheria Vrſina lucem aſpexit Anno Sal. 1585. a puero militię traditus eccleſiaſticæ, lauream Iuriſprudentiæ ſuſcepit in Vrbe diuitiis ſuffragantibus & ſplendore familiæ, Abbas renuntiatus S. Mariæ Vallis-Pontis Peruſinæ, S. Petri de Barbata Cremonenſis, & S. Petri de Madignano Cremenſis, Ex Protonotario Apoſtolico (ſedente Vrbano VIII.) Clericus Cameræ Apoſtolicæ, Centumcellenſis munimenti præfectus, Anno 1634. Theſaurarius Generalis S.R.E. diligentia fideli viam ſibi ſtrauit ad purpuram, ob-
C tinuitq. tit. *S. Marcelli*, die 16. Decemb. 1641. Congregationibus adſcriptus Boni Regiminis, Fidei propagandę, Regularium, Epiſcoporum, Fabricę S. Petri. Bello rugiente aduerſus Parmēſem Ducem, Cæſius Peruſiæ præfuit Legatus tempore hercle difficilimo, quo non ſatis Iuſtitia, quæ ſolo armata nomine, tempore pacis, obſequium exigit ſubditorum. Ferociente milite, annonæ caritate ſæuiente, emuncto populo, cui nec labor prodeſt manualis; in vnum Rectorem omnium oculi diriguntur, quaſi eius ſacrilegio tellus areſcat, ingruant hoſtes, Sol non irradiet. Omnibus tamen conſuluit prouide, obuiauit oportunè. vnde Hetruſci qui
D vrbem illam adoriebantur, minime irrumpere auſi; ditio ab illo limine quieuit eccleſiaſtica, excubante Cęſio; a quo annona ſubleuati populi adorauerunt. Canonicarum obtinuit, annuente Pontifice, eccleſiæ Toletanę, Hiſpani Regis munificentia, cuius gratia Cæſius, quamuis contradicentibus Barberinis, Pamphilium in Pontificem exaltauit. Comitiis etiam adfuit Alex. VII. ſub quo deceſſit, die 30. Ianuarii 1656. ætatis 71. ſepultus ad S. Praxedem, ſine vlla memoria.

Scri-

Scripsit Cęsius regulas ad euitandas aulicorum fraudes, pro cautione Apostolici Thesaurarii, in ecclesiasticorum spoliis.

Fratrem habuit Cæsius Ducis titulo insignitum, quem vti suspectum auctorem fuisse iniuriæ illatæ Fabricio Cardinali Verospio, Auenionem relegauit Vrbanus, donec Gallorum intercedente Legato, Romam rediit: spe tamen vana Legati, quòd in proxima creatione Pontificis Petrus Cardinalis, Cæsii frater in Pamphilio minime conueniret.

De eo lege Stateram Principum Purpur. M. S.

38. *Omnes auaritiæ student*, *6. Hier. 13.*




HYeronymus Verospius Romanus, Ferdinandi filius ex Iulia de Maximis, Fabritii Card. Verospii nepos solem aspexit die 27. Iulii *1599.* alumnus Romani Collegii, lauream adeptus Iurisprudentię, patronum egit litigantium, mercede recepta, Patruo postea successit Rotæ Auditor Romanæ, imo & Cardinalis. Mortuo namq. Fabritio, Vrbanus VIII. huius familiæ studiosus, cum ex Rotæ Auditoribus, vt moris est, vnum eligere cogitaret, Verospium cęteris iuniorem, & sola clariorem auaritia, Presbyterum Card. *tit. S. Agnetis in circo agonali* renuntiauit, paulo post Auximatibus Episcopum dedit. Comitiis interfuit Innocentii X. cuius electioni ferociter aduersatos Barberinis iunctus. Roma discessit, vt se indignationi subduceret domus Pamphilię, ad suam ecclesiam Auximanam, vbi nono sui Cardinalatus Anno, die 15. Ianuarii 1652, decessit, sepultusq. iacet.

Scripsit ac typis dedit orationem *de ascensu Domini* ad Paulum V. & *Carmen de B. Aloysio Gonzaga*.

De eo Statera Purpuratorum M. S. Amydenus V. M. S. Vghellus. *Siri in Mercurio*.

39. *Ego autem cum mihi molesti essent, induebar cilicio. Humiliabam in ieiunio animam meam & oratio mea in sinu meo conuertetur.* Psal. 34.



FR. Vincentius Maculanus rustico natus patre, in Ligę Fidentiæ, aliàs, Florentiolæ, Insubriæ pago natus die 11. Septembris. 1578. arti cęmentariæ puer patris vestigia sequutus operam dedit, dein in Papiensi cænobio, Sacri Ordinis Prædicatorum tunica indutus, Anno 16. ętatis, studijs Philosophiæ ac Theologię, natura suffragante laudabiliter incubuit; easdemq. quas didicerat scientias, in præcipuis sui Ordinis cænobijs edocuit. Geometria practica, ac ciuili Architectura cū mirifice oblectaretur, dictus est ea in arte sui temporis Princeps, quare Principibus notus, & Scagliæ Cardinali S. R. E. charus, post Scholasticas artium ac S. Theologiæ cathedras, post diuersorum in Gallia Cisalpina cęnobiorum præfecturas, Scaglia promouente, Papiæ primum, exinde Genuæ, Apostolicus Inquisitor, Romæ postea totius Ordinis Prędicatorum Procurator, mox Generalis Vicarius, inde S. Officij Commissarius inquisitionem absoluit aduersus nepotem Cardinalis Centeni ...... quem morti adiudicarunt; suoq. rigore plures perdidit; si
A tamen rigor, vbi agitur de causa Religionis: in qua summa iniquitas, est summa misericordia. Nō bene tamē audit, cū ad necem laxauit *Basbanum* qui Gregorio XV. à Sacramento fuerat Confessionis: & Abbatem S. Praxedis familiarem Ducis Hetruriæ, carcere sublatum, numquam permissum mutare subucculam. Sacri inde Palatii Magister, cum in tantis muneribus virum se prębuisset; die 16. Decemb. 1641. Presb. Card. tit. *S. Clementis* (vulgo Cardinalis *S. Clementis*, vel *Florentiola* dictus) creatur, eodemq. tempore Archiepiscopus Beneuentanus, cuius ecclesiam cum per Annum rexisset, Romam reuocatus, ac Curiæ negotijs impli-
B citus, Sacerdotium dimisit Beneuentanum. Melitam missus ab Vrbano, vt illius arces ad eludendos Turcarum conatus, in tutiorem formam reduceret; idemq. in vrbana arce ditionis Bononiensis, & Romæ in Hadriani mole, nec non in propagandis mœnibus Vrbis, non solum populum, sed nobiles passus aduersos, quorum Villæ ac suburbana diruta ędificia, pro vasti operis ampliatione, coactus fuit sedente Innocentio X. rationem reddere villicationis, cum spetie operis argueretur centenna vsurpasse aureorum millia. Comitiis adfuit Innocentii X. & Alex. VII. in vtroq. expetitus ad Pontificatum, vir sane religiosę professionis rigidus obseruator, vt
C neq. in decrepita senectute, neq. in summo dignitatis fastigio, de ieiuniis regularibus, vel interulæ tunicæ asperitate laxare voluerit. Diebus singulis post psalmodiam Dominicam flexis genibus Virginalem, Mortuorum, Crucis, Spiritus Sancti, & Angeli Custodis recitabat, diuinam Hostiam immolabat quotidie; Emmortuale Sacrificium sępissime factitabat, in benefactores gratus, in aduersarios mitis, in pauperes munificus, Vrbano VIII. cum se maxime profiteretur deuinctum, pro eo pluries in die preces offerebat, in comitiis nunquàm à Barberinis seiunctus.

Vita Migrauit Romæ, die 15. Februarii, hora 4.
D noctis An. 1667. ętatis 89. Funere celebrato in ęde S. Mariæ super Mineruam, sepultus est in ecclesia S. Sabinæ in Auentino. Condito testamento, ecclesiæ S. Mariæ parochiali in patria sua, præter argentea Candelabra & Crucem, prædia legauit pretio sex millium aureorum ęstimata, ad Vicarii & Ecclesiæ commodum. Eius mortem Io. Bap. de Marinis eiusdem Ordinis Gen. Magister, vniuersis & singulis Religiosis toto Orbe diffusis, per literas significauit sequentes.

* Heu

Heu Fratres & Filij chariſſimi, extincta eſt lucerna in Iſrael, occidit quod vnicum Dominicana familia ſupererat Purpureum iubar, in mortem diſpalluit ſtella noſtri firmamenti Aurora. Et licet incrementum ſit doloris, quod doleas referre ac nominare, nominabo tamen: Eminentiſſimus, ac Reuerendiſſimus, D. F. V. Vincentius Maculanus S. R. E. Presbyter Cardinalis Tit. S. Clementis, dierum plenus, meritorum plenior, mortalis vitæ ſaturitatis, perque LXXXIX. annos candidatus immortalitatis, demum 15. Cal. Martij terris emarcuit, cœlo maturuit, expirauit. Quod ergo Ambroſio in obitu Satyri, quod Bernardo in ſui Gerardi funere licuit, nobis iam liceat (non tamen noſtris ſed ipſorum vt pote aptioribus threnis verbiſque) lugubriter ſingultire: Exite, exite lacrymæ iam pridem cupientes, exite, quia is qui vobis meatum obſtruxerat, commeauit. Aperiantur cataractæ miſeri capitis, & erumpant fontes aquarum. Quouſque enim diſſimulo, & ignis quem intra meipſum abſcondo triſte pectus adurit, interiora depaſcitur? clauſus latiùs ſerpit, ſæuit acriùs. Exeat neceſſe eſt foras quòd intus patior, exeat ſanè ad oculos filiorum qui ſcientes incommodum, planctum humaniùs æſtiment. Numquid ſcitis ò filij quam iuſtus ſit dolor meus, quàm dolenda plaga mea. At malumus totius noſtri Ordinis leſſu vos alloqui: Quid igitur nunc agam Ordo meſtiſſimus, cum omnes vitæ iſtius ſuauitates, cuncta ſolatia, cuncta denique ornamenta amiſerim? excepi plagam quam ferre nō poſſum, tolerabiliora erant tanti doloris præmediata quàm explorata vulnera. Quis iam mœſtum ſolabitur? quis afflictum leuabit? cum quo participabo curas.

Non diffitemur, quo noſtro parta ſubinde funera & vulnera obtigiſſe Religioni, cum ſucceſiuè Galaminios, Scaglias, Mazarinos, Pimentellos Eminentiſſima decoris noſtri ſydera mors ecclypſauit, at minus tactiarum ſenſimus quàm diu vel vnicus ſupererat Athlas, qui in illo Auguſtiſſimo Purpuratorum Patrum Collegio Prædicatorij habitus candidam Galaxiam glorioſiſſimè ſuſtentaret. Nunc verò ſublato etiam poſtremo quid reſtat, niſi quod Egreſſus eſt à filia Sion omnis decor eius? quid ei ſupereſt niſi pallium mœroris? niſi lugubris Syrma viduitatis? Mira res, quod maxima quæque & præſtantiſſima bona nunquam aut penitiùs nouimus aut accuratiùs æſtimamus quàm cum amiſimus. Ex his, imò præ his eminebat vtique illud Regalis Sacerdotij oſtium cardineum, ceu purpura Regum iuncta canalibus, præſtantiſſima quia Sacerrima, pretioſa quia Sanctiſſimorum Pontificum ſingulare donū, pulchra & ineſtimabilis, quia raræ virtutis inſigne publicum, & heroum character fulgidiſſimus, denique (vt cum Ambroſio pergam ingemiſcere deperditis) ornatus eſt glorioſus capitis, quod non regalia diademata, ſed Dominici Sanguinis inſignia dignantur coronare. Tali iam in te ſolo Vincenti Eminentiſſime radiabat ornatu capitis Prædicatorum Ordo, at eheu cinerem hæreditauimus pro corona. Multa in te, eaque verè maxima habebat quæ teneret, nunc nihil præter lacrymas & fletus, dumque iaces, quotidie Ordini tuo maior ad doloremes, creſcis ad gemitum.

Totius ſuauitatis inimica mors, (hoc eam adſpuit conuitio melliflum totius ſuauitatis Doctor) morſu amariſſimo depaſta eſt hanc benedictionē dulcedinis qua fruebamur Quid enim ſupereſt ſuauitatis, quibus tam prædulce decus, tam charum in his mundi tenebris lumen extinctum eſt? in quo non noſtræ ſolùm Familiæ, ſed totius patriæ (dicam potiùs noſtræ Matris) decus occidit?

Verebatur quondam Bernardus, ne fortè ſiſtendo iuſtiſſimas lacrymas, ſibi ſuiſque accerſeret probrum illud, Percuſſiſti eos & non doluerunt. Itaque reuertamur ad threnos, & cum deſolatu Ambroſio: Ipſa doloris ingrediamur viſcera, præſertim, cum, & doluiſſe ſolatium ſit dolentis.

Videtur produxiſſe denuo in ſcenā tragicus ille Propheta, A cui olim iniunctum fuerat à Domino: Percute Cardinem & commoueantur ſuperliminaria. Amos hic fuit, quo nomine ſignificatur Auellens, exponente Hieronymo quod quidem etymon nulli aptiùs quam Morti quadrare perſpicuum eſt.

Hæc vnicum, quo gloriabamur Cardinem ictu lethali inclementer percuſſit, auulſit poſtibus, deiecit in Sandapilum. Quid mirum, ſi ab ictu tam valido ac mortali commouentur ſuperliminaria, nutant paraſtata, contremiſcit luxata tignorum omnium compago? Cardo erat Eminentiſſimus Frater noſter Vicentius non ambitu, non repentina metatheſi euectus ad ſublimia, ſed per omnes laborum, officiorum, honorumque gradus ſolo virtutis meB rito exaltatus in Vaticano; ſiquidem poſt ſcholaſticas Artium ac S. Theologiæ cathedras, poſt diuerſarum in Lombardia Conuentuum præfecturas primùm Papiæ, exinde Ianuæ Apoſtolicus Inquiſitor, Romæ poſtea totius noſtri Ordinis Procurator, mox eiuſdem Vicarius Generalis, inde S. Romanæ, & Vniuerſalis Inquiſitionis Commiſſarius, poſtremò S. Apoſtolici Palatij Magiſter, denique inter ſupremos militantis Eccleſiæ Cardines ab Vrbano Octauo cooptatus eminuit. Cardo erat in vtriuſque fortunæ mobilitate ſemper immobilis rectique tenax, ſuæ autem Religioſæ profeſſionis obſeruantijs velut poſtibus tā ſolidè ac profūde infixus hæſit, vt neque in ſūmo tū decrepitæ ſenectutis tū Cardineæ dignitatis faſtigio, quidquā ſeu deC rigido tenore ieiuniorum Ordinis, ſeu de humili exterioris amictus modeſtia, interulaue tunicæ aſperitate relaxarit, laneis duris ſtratis ludicibus, lanea ad carnē immortuus tunicellæ. Nimirum ab eiuſcemodi firmitate vel ipſe Vitruuius nomē Cardinis extēdit vſque ad tabes ad trabes incardinatas. Cardo erat S. R. Eccleſiæ, cui vt coram in tribus Sacris Congregationibus videlicet S. Officij, Epiſcoporum & Regularium, nec non Epiſcoporum Examinatorij atque Indicis aſſiduum præſtaret immoti cardinis obſequium, Beneuentani Archiepiſcopatus mole ſe abdicarat. Prob! quæ, qualia, quanta Vaticanarum Valuarum pondera ab hoc Cardine per ipſos 25. annos & vltra pependerunt, & quidem æquabilitate ſumma, ſtridore nullo, ſiquidem Cardo noD ſter vndique perunctus erat placidiſſimo lenitatis ac manſuetudinis liquore, leuigatus erat vſu ac longiſſima voluendorum negotiorum agitatione, tractabilis, blandus, facillimus erat natiua indole ſuauiſſimæ humanitatis, deniq. ſolidum puriſſimumque aurum erat, quales fuiſſe leguntur primi Cardines qui ante expilationem Templi (ipſis adhuc Propheta Amos temporibus) fulgebant in hoſtijs interioris domus Sancti Sanctorum. Hunc ergo Cardinē impactum malleo percuſſerit auſterus vates? & quidem iuſſu Domini affirmat ipſemet: Vidi [inquit] Dominum ſtantem

pli faciem, e suis sacerdotijs aureos bis mille annuatim per Annos 15. modo Alexander VII. annueret: concessitq. Papa ea conditione, vt pecunia vterentur Patres, quoad congesta summa 50000. aureorum excrevisset. Liberaliter viuens, paternæ hæreditatis redditus, atq. fructus ecclesiasticos honeste profudit, sciens nomen suum periturum cum sonitu. In Neapolitana seditione, multum auri insumpsit, vt subditos suos in principatu Venafri, ad obsequium reuocaret Hispanum. Literatorum Mecenas, pauperum misericors pater aureum promittebat sæculum, si ad clauum assumeretur Ecclesiæ. Comitijs adfuit Innocentij X. A & Alexandri VII. sub quo, hora 5. noctis. die Lunę 3. Maij. 1655. ætatis 55. Romæ decessit: eiq. Paulus Sabellus matruelis & hæres in ecclesia S. Andræ de Valle parētauit. Absoluto funere, cadaver ad S. Mariã Maiorem relatũ, tumulo quiescit gentilitio.

De eo lege Stateram Purpuratorum *M.S.* Iosephum Silos *H. Canon. Regularium*.

Frange esurienti panem tuum, & egenos, vagosq. induc in domum tuam: cum videris nudum, operi eum, & carnem tuam ne despexeris. Tunc erumpet quasi mane lumen tuum, anteibit faciem tuam iustitia tua, & gloria domini colliget te. 58. Isaiæ. n. 7.



IO: Jacobus Pancirolus Romanus Virgilij de Valle sutoris mascula & vnica proles ex Prudentia Alexia, Mense natus Ianuario 1587. nullo fultus natalium splendore, vel divitijs, sola virtute ad apicem scandit dignitatis. Literis excultus humanioribus, in Romana Accademia lauream adeptus Iurisprudentię Curiam frequētauit Romanam duce Io: Baptista Pamphilio Rotæ Auditore Romanæ, obsequio eodem tempore addictus Iulij Sachetti Romani C Prælati. Causarum patronus in Vrbe, postea Auditor in legationibus Neapolitana & Hispana, sub Io: Bap. Pamphilio, ex provincia reversus, gratiam promeritus Barberinorum factus est Pontifici a cubiculo Honorarius, domus Francisci Barberini Præfectus, Pacis Nuntius ad Italiæ Principes, Rotæ Auditor Romanæ, Patriarcha Constantinopolitanus, ad Hispanos Legatus, tandem die 16. Decemb. 1641. Cardinalis, Romam venit, in Conclavi Patribus congregatis pro creatione noui Pontificis, summa Cardinalis Pamphilij fortuna. Quamvis enim Pancirolus ęque addictus Pamphilio, atq. Sacchetto, isto excluso, omnem mouit lapidem vt Pamphilio Barberinos conciliaret, qui D dissentire videbantur à Cardinali Pamphilio. Rependit iste gratissime, insignibus non solum collatis Cardinalitijs ac titulo *S. Stephani in monte Cęlio*, vna ac Cardinali Estensi, sed etiam ædibus designatis in Palatio Pontificio cum secretaria Status, socium volens Pontificatus. In hoc laboriosissimo munere, hoc summæ laudis meruit, quòd opes aspernatus, licet inconsulto Panzirolo Pontifex nihil deliberaret, castissimas servaverit manus, omnibus gratus, pristinæ non immemor fortunæ neminem remisit iratum, vel gratia collata, vel iusta negationis exposita causa. Sutorem dicitur habuisse genitorem (quod ad gloriæ culmen, & veræ nobilitatis insitum surculare: si à Principibus nasci fortuitum) qui artis beneficio corpori geniti sui purpuram bellè adaptauit: Filius verò morum innocentia, rerum omnium cognitione profunda, longaq. aulæ experientia plasmator sui, lutum mutauit in aurum, & sine erubescentia, imo cum gloria connatæ sibi humilitatis, pauperes complectendo agnatos amauit, protexit, promovit innocenter & vsque ad aras. Sine macula ante thronum Pontificis Innocentij X. huius mandato magnates; purpuratos in iudicium vocauit rationem reddituros villicationis; cur ex Hadriani mole thesauros abstulissent reconditos a Sisto V.? Honorem ut servaret familiæ Pontificiæ, eodem regnante Innoc. X. virtute sua vitia aliena operuit & in humeris errores sustulit alienos, vt grato Pontifici pensum redderet ministerij fidelis, & tutelę cuisdam agnati, quam ei mandaverat.

Expetitus ab Innoc. X. vt titulo assumpto primi Ministri, adeuntes audiret Principum Oratores, servata semper animi moderatione recusauit B libellos nec audens suscipere supplices. Tantis laboribus fessus, cępit primum podagra, deinde stomacho laborare, cuius dolori tandem succubuit An. natus 66. in palatio Quirinali, die 3. Septemb. 1651. Sepultus apud S. Siluestrum in eodem Quirinali, cum sequenti epitaphio.

Io: Iacobo Panzirolo Romano S.R.E. Presb. Card. Vir suo nomine celebris, cui si quid addas, demis Melchior Panzirolus patruo incomparabili mœstiss. Posuit.

Obiit An. Sal. M.DC.LI. die 3. Sept. ætatis LXVI.


Morti proximus cum eo morbo haud se crederet moriturum; suffumigia quædam proponentibus Medicis spiritum excitantia; *In vanum* (respondit) *laboratis; calidum cum sit medicamentum, nolo, ne me ex podagra faciat per menses decumbere*. Quibus dictis, intra duas horas recessit fama relicta viri prudentis, cauti, & impolluti. Viros cum diligeret doctrina præstantes, eorum plurimos habuit encomiastes, præcipue Antonium Dianam *in par. 9. Kal. Moral.* Odoricum Rinaldum *tom.* 14. *Annal. Eccles.* Marcum Paulum Leonem *De auctor. & vsu Pallii*. Zacchariam de Aloysiis *exercitat. Ital.* quas Monachi Cassinenses in comitijs Perusinis recitarunt An. 1646. Augustinum Cermellium in sacris encomijs. Zaccharias vero de Aloysiis Abbas Cassinensis Monachorum nomine, ei tale scripsit elogium.

Aude calame terram linquere
Nomen, quod fama attollit, immortalitas rapit
Cui famula vbiq. natura
Certatim elementa cultum, astra reddunt obsequia,

Scribe, & Cęlum tanges.
IO: IACOBVS PANZIROLVS
S. R. E. CARDINALIS.
Quod potes Elogium hic addere tam illustre,
Quod tam clara luce obscurum non sit?
Quos attexere titulos adeo grandes,
Qui non minores tanto sint merito?
Prima ingenij experimenta vel in puero
Primis fuere miracula senibus,
Autumnum immiscuit Veri, fruges floribus
Mento impubes, mente canus.
Vidit Neapolis, mox Hispania, & mirata meritò utraq. est
A *Maturitatem consilij in ætatis immaturitate;*
Qui nec dum quarto expleto lustro
Humana Diuinaq: sapientiæ numeris expletis omnibus
Nunciaturæ datus Auditor
Maior fulsit Nunciatura
Par summis, expectatione melior, altior fama.
Hinc Astræa inter Quirinalis Rotæ Iudices
Suum veluti Vicarium
PANZIROLVM iussit,
Vt cum laureatis fascibus, sacratis lancibus iura daret.
Quo caduceatore, & publicæ securitatis interprete
Sensit Italia
B *Excussa arma, composita odia, extinctum furorem*
Clausum Ianum, apertam Pacem;
Cum ardentibus in bellum animis,
Districtis in cædem gladijs,
Spirantibus stragē oculis, sitientibus feruorem dexteris
Vti è Cælo missus
Pacator adfuit PANZIROLVS;
Qui gemello Sydere Pietatis, & Facundiæ
Discussa caligine tempestate sedata
Serenaret Mundum, Diem redderet.
O robore munitum Palladio pectus
O potentem Principis manum, inuictum animum!
Sic bene vel profligati auspicium belli,
C *Vel deuictæ spolium Erynnis*
Gentilitiam loricam ferat
Trophęum nobile;
Quo
Apud Catholicum Regem
Apostolicæ Sedis Oratore Legato
Nunquā, vel Romana Dignitas, vel Pōtificia Maiestas
Visa micare sublimius
Tantum Purpuratum Heroem
Vaticanæ splendorem Purpuræ
Suum alterum Patronum beneficentissimum
Cassinensis Congregatio
Inter Academicos Augustę Remoratorum Accademia plausus
D *Accademicorum Mecænatem, Accademiarum Apollinē*
Humilimo veneratur obsequio,
Et testem animorum paginam sacrat.

De eo lege Stateram Principum Purpuratorum M.S. Galeazzum Gualdum *Theatro Vir. Illustrium*: & in vita *Iulii Mazarini*. Lege vitam Card. Astallij a me conscriptam.

Et ego do Singulis annis, quindecim millia siclorum argenti de rationibus Regis quę me contingunt: & omne quod reliquum fuerit, quod non reddiderant qui super negotia erant Annis prioribus ex hoc dabunt in opera domus. 1. Machab. cap. 10. n. 40.



FAustus Polus Casciæ, in celebri apud Camertes municipio natus, parentibus honestis, Romam se contulit adolescens, vbi varios expertus casus, seruitio addictus Maphæi Cardinalis Barberini, patrono in Pontificem assumpto, officio non abstinuit, quod penes Cardinalem exercebat, *Rationarius* scilicet Palatij, in quo diligentissime vtilitatem Domini cum procuraret, magnus inde Apostolici Palatij præfectus renuntiatur. Titulo postea honestatus Episcopi Amasiensis, Mariam comitatus Vngarorum Reginam tanquàm Nuntius Apostolicus illac pertranseuntem cultu & hospitio excipiens magnificentissimo, seruata vbiq. ecclesiastica maiestate, præsertim apud Ædes Lauretanas, Romam rediJt vbi post An. XX. suæ seruitutis, die 13. Iulij 1643. Presb. Card. tit. *S. Chrysogoni*, deinde Episcopus Vrbeuetanus, comitijs adfuit Innocentij X. a quo in quęstionem vocatus de sumptibus in honorem Marię Vngarorum Reginæ factis, accusatus Cameram expilasse Apostolicam, solo mœrore contabuit die 7. Oct. 1653. ætatis 77. sepultus apud ecclesiam principem Vrbis Veteris. In ecclesia Cappucinorum, diæcesis Amasiensis, quam consecrauit; legitur inscriptio infraposita. Mors quæ omnia soluit, quæstionem etiam abrupit eius villicationis. Eius tamen loco vocatus ad carceres Bartolocius Florentinus, qui in bello Parmensi, Castrorum supremus Collateralis, Fausto promouente, stipendia militum fraudauerat. In Poli promotione, Magnum dicitur Alexandrum ęmulatus Vrbanus, qui in munerum distributione non tam capacitatem donatarij; quàm maiestatem donantis respiciebat. Merito porro vacuum non inuenit Vrbanus Arithmeticæ celebrem, pietate & in Deum religione singularem, satis pro laude, obtrectatores non subysse

Vrbano VIII. Pont. Max.

Faustus Poli Archiep. Amasien. hanc ecclesiam Deo; in honorem Immaculatę Conceptionis B. Mariæ consecrauit; & Altare maius, in quo Reliquias S. Callisti Papæ & M. & Gregorij Thaumaturgi inclusit, sacrasq. indulgentias de more concessit: cætera vero altaria Benedictus Laudius Ep. Sempronienfis, & Io: Scanarola Ep. Sidoniensis consecrauit die vltima Aug. MDCXXXVI

In

In Cassinensi municipio sequentia leges.

Fausto Polintimo Vrbani VIII. cubiculario, Pontificia domus Praefecto, dexteritate ingenij patrocinium Principum, beneficentiae studio, patriae beneuolentiam adepto Cassinensis ciuitatis ciui & patrono, in vrbis luce, & aula plausibus insigni, publicum hoc patriae caritatis documentum decreuit.

Vghellus. Gualdus in H. Amyden. *V. M. S.* Statera Principum Purpuratornm M. S.

43. *Misericordiam volo & non sacrificium.* Matth. 12.



LÆlius Falconerius patritius Florẽtinus, Pauli filius ex Magdalena Albizzi, Pisis lauream adeptus Iurisprudentiae, Romae causarum patrocinium subiit; sedente Paulo V. referendis Iustitiae & Gratiaeq. libellis adscriptus, praelecturas Septempedanam, Spoletanam, Beneuentanam gessit. Sedente Gregorio XV. oram maritimam, Campaniam moderatus; iubente Vrbano VIII. inter Consultationum Praesules; Vmbriae, Æmiliae Inquisitor Generalis, defuncti genitoris haereditate ditior caepit alta cogitare, quamuis merito doctrinae deficeret. Ioanni Delphino inter Cardinales assumpto, Venetias descendit birethum ei deferens Thebarum Archiepiscopus; Legatus Apostolicus missus in Belgium, quod Gallici studiosior nominis, Infanti Cardinali ingratus, Romam remissus, Congregationi Episcopum & Regularium a secretis in praemium adijcitur: nec longe post conciliatis sibi Barberinis, auro collato in expensas Belli Parmensis, fenore tamen in Montibus recepto; Presb. Card. tit. *S. Mariae de Populo*. Comitiis adfuit Innocentij X. a Barberinis discors, vnde a nouo Pontifice Bononiam legatus non aurum quaesiuit, sed aureos mores. Sanguinem abhorrens humanum, neminem perire permisit, nisi & pereuntis interesset; etiam in damnatione misericors vnde ipsa supplicii die, pro eorum salute, sacris operaretur ad aras. Hac clementia demulciti Bononienses tempus prorogari legationis Fausto poposcerunt: nec impetrarunt: quod tanta pietas importuna cederet: vel Legatio aliis decreta esset in subsidium. Bononiae interim ne publicum pauperum hospitium a Moderatoribus ob penuriam clauderetur, locupletiores Vrbis ad se euocatos exemplo monuit; opulentiorum fortunas in haec reseruatas infortunia; numerataq. pecunia primus, labantem fulsit Misericordiae domum. Leuissima etiam respuens munuscula, cum sciuisset asseclae suo pateram donatam argenteam, obiurgatione castigauit acerrima, donumq. restitui protinus, imperauit. Familiarem pro alio instanter interpellantem, gratiose interrogauit; quanti ei esset profutura gratia? cumq. actor verè repoluisset: Cardinalis de suo soluit, vt ab iniustitia, auro se soluto redimeret. Pictam aliquando tabulam dono datam a Religiosa familia cum honeste repudiare haud posset; acceptam in alias Religiosorum aedes, dono misit; erudiuitq. ciuiliter, a muneribus abstinerent.

Calculi tentatus morbo, supplicium constantissime subijt a chirurgo illatum, qui octo calculos vulnere per quod educendi erant, sua mole maiores forcipe fregit, demum extraxit. Romam Florentia rediens, morbo correptus antiquo, Viterbii decubuit, vbi totius vitae repetita Exomologesi, die 17. Decẽbris 1684. succubuit. Romã cadauer delatum in ecclesia iacet S. Ioannis, Florentinorum.

De eo quamuis male loquatur Statera Principum Purpuratorum, Carolus Bouius Soc. Iesu, qui eius in funere perorauit, virtutum omnium corona exornat.

44. *Delicta iuuentutis meae ne memineris Domine* Psal. 25.




GAspar Matthaeius nobilis Romanus, Marij Paganicae Baronis filius ex Prudentia Cincia primogenitus, Anno natus 1587. a patribus Societatis literis instructus, nuptijs destinatus vitam duxit more Romanorum adolescentium; donec interdicta sibi puella, quam adamabat, aliam ducere recusauit; quare sub Paulo V. quem affinitate contingebat, inter Praelatos adscriptus V. Signaturae, pluribus ecclesiastici Dominii vrbibus praefuit. Sedente Vrbano VIII. Vrbini Prolegatus, Æmiliae generalis Commissarius tempore pestis, varia obiuit munera sine populorum querela. Archiepiscopus tandem Athenarum, ad Germanos Nuntius extraordinarius, mox ordinarius Magistratum tempore difficillimo administrauit dilectus Deo & hominibus. Presb. Card. tit. *S. Pancratij* absens creatur in promotione Card. nona, titulo postea in *S. Caeciliae* commutato. Aduersarium passus Matthaeum Card. Sacchetum, vix Romam redierat, quod iudice coram sistere coactus, pro restitutione sex mille nummorum, quae mutuo acceperat ad sustinenda onera legationis. Comitiis adfuit Innocentij X. partes Caesareas acerrime tutatus non sine vehementi animi motu, ex quo morbo correptus è Conclaui egredi coactus fuit. Cito tamen saluti restitutus ad opus rediit inceptum, honorabili Pamphilii incremento, quem cum Collegis in Papam promouit. Podagra tamen & stomacho semper laborans, Congregationibus sacrorum Rituum, Boni Regiminis, Ecclesi. Immunitatis, raro adfuit. Poloniae, ac regni patronus Neapolitani iuuare concupiuit, nunquam enim conualuit. Romae obiit die 8. April. aetatis 63. priuato exceptus sepulchro, in titulo S. Caeciliae.

De eo lege Stateram Principum Purpuratorum; literas Aloysii Nouarini Clerici Reg. Eius effigiem habes in Pallade Purpurata Hannibalis Adami, cum

cum epigrammate, de Aquilla Matthæiæ gentis.

Solis auis, solem quærit, cui lumina figat,
Sol eris, o Gaspar, purpura lumen erit,
Te videre Aquilæ, quas armiger educat Ister
Arseruntq. tui solis amore frui.
Romanus hinc Germanas trahis inde volucres
Nec tamen vlla tibi est, Vrbe, uel Orbe, quies?
Non te Roma capit, non te Germania: auitis
Vectum Aquilis, Cœli te capit una domus,

45. *Fecisti nos regnum & Sacerdotes,*
Apoc. 5.



CÆsar Facchinetus Bononiensis, Ludouici Marchionis filius ac Violantæ ex Principibus Cortigiorum, Bononiæ natus die 29. Septemb. 1608. Innocentij IX. R. P. abnepos literas coluit, in quibus nunquàm refrixit. Post literas humaniores, Philosophię, Theologiæ, Iurisprudentiæ addictus, & in eis versatus assidue, Romam venit Anno ętatis 24. a secretis primo Congregationis Episcoporum & Regulariū inde inter Patres Boni Regiminis, Residentię, Visitationis, quasi nouitiatum subijt virtutis suæ: libellos signauit Pontificios: tandem Archiep. damascenus, & in Hispaniam Nuncius Extraordinarius, postea Ordinarius, munus tractauit ad mentem Pontificis, Regi ipsi non ingratus, propterea in Cardinalium promotione, Rege commendante Hispaniarum, die 13. Iulii 1643. Presb. Card. tit. *SS. IV. Coronatorum* assumptus, post obitum Laurentij Campegii, Episcopus Senogalliensis, postea Spoletanus, replicata synodo disciplinam restituit ecclesiasticam, animarum cura nemini permissa, nisi priùs vtriusq. virtutis moralis, ac speculatiuæ inquisitione prę̄missa. Pauperes ita dilexit, vt vere pastor & pater non Princeps appellari meruerit, Aulam post adeptum Episcopatum haud frequentauit Romanam, quàm occasione comitii, in quo creatus Innocentius IX. Christinam Sueciæ Reginam, Romam primò tendentem, in vrbe Spoletana, regio excepit apparatu. Titulum Presbyteralem semel assumptum nunquam dimisit in honorem Innocentii IX. qui huic titulo præfuit, Dignus Atlas, qui impleto agnominis vaticinio, successor eidem daretur Innocentio, ad sustinendum Orbem Ecclesię.

46. *Fiat pax in virtute tua,*
121. Psal. 7.



A HYeronymus Grimaldus iunior, nobilis Genuēsis, filius Ioannis Iacobi Baronis S. Fel. in regno Neapol. & Hieronymæ de Mari patritiæ Genuensis, cæpit a iuuentute sua, alta cogitare, indignum ducens fortunę non adulari, quæ eum nobili plasmauerat sanguine. Martem coluit adolescens in Belgio, Cæsaris castra sequutus; in sententia porro non perstitit, ad aram gloriæ expeditior conscendere cogitans toga, quàm gladio, nomen dedit ecclesiæ, Anno 1621. sub Gregorio XV. V. Signaturæ Referendarius; Anno 1625. sedente Vrbano, Patrimonii Prolegatus, deinde Vrbis Prætor, & Archiepiscopus Seleuciensis ad Ferdin. III. Imper. extra Ordinem legatus, Perusii gubernator, Vrbini Vicelegatus, in quibus plaudente populo, adprobante Pontifice Iustitiam impensissime coluit. Hinc ad Ludouicum XIII. Galliæ
B Regem legatus, a Cardinali Richelio corruptus deserto Cæsare, Gallicę factioni manus dedit; eoq. interprete Princeps Monaci, Hieronymi agnatus Hispano ablegato præsidio, Gallos intromisit ad vrbis custodiam; quamuis sera pęnitētia cognouerit hospitem conduxisse molestiorem. Legationem agens Cardinalibus adscribitur Presbyteris tit. *S. Eusebij*, quem postea in *SS. Trinitatis in Monte Pincio* comutauit. Pluribus donatus in Gallia dignitatibus præcipue Abbatia S. Florentii prope Salmutum, resignante Iulio Cardinale Mazarino, Episcopus Aprumacensis, vel Brumacensis in Liguria, Ludouici XIV. beneficio Archiepiscopus Aquensis Itali-
D ce *Aiz* in Prouincia ob suam prudētiam, ingenii sagacitatem, rerum ciuilium atq. ecclesiasticarum peritiam, Romæ summam rerum Gallicarum tractauit, ob Regis indignationem aduersus Barberinos: quibus reconciliatis, cum Rege mandante valdepro eorum causa contenderet apud Pontificem, non semel ex aula inauditus recessit; noctuq. Gallicis expoliatus insignibus, quæ in fronte palatii exposuerat, insultantem frustra inquisiuit. Comitiis adfuit Innocentij X. Alex. VII. Clem. IX. Inde in Galliam reuersus, gratus Regi, non ingratus Populo; in Parisiensi seditione quamuis Mazarino certum esset præsidium, reconciliationis interpres à partibus ad-
D missus, priuatis, summis, infimis carus & iucundus pacem restituit. *Ad hunc purpuræ statum* (inquit Io: Bap. Ricciolus par. 1. Almagesti) *te prouexit non multitudo, non numerus dignitatum, sed dignitas meritorum; prudentia uidelicet summa, perspicax ingenij sagacitas; arcana consiliorum maturitas, agendi tempestiua dexteritas, circumspiciens omnium uigilantia, rerum ciuilium & ecclesiasticarum peritia, sed profunda super omnia hæc morum probitas singulis, probationis non indiga. Istis profectò splendoribus Sapientissimus Pontifex* cen-


censuit illustrandam purpuram, non te purpura. Pectus in istud merito Christianiss. Galliarum Reges Galliarum rerum summam, & consiliorum suorum thesauros condiderunt.

Scripsit Grimaldus *Constitutiones Synodales*

Epistolarum volumina plura
Vitam Henrici IV. Galliæ Regis à Gallico idiomate transtulit in Italicum.

Comitiis cum adfuisset Innocentij X. Alex. VII. Clem. IX. & X. Vitam clausit in suo Archiepiscopatu, plenus dierum, morum perfectione clarissimus Iusta soluerunt ei non solùm Canonici, sed omnes ecclesiæ subiectæ magnâ pompâ, & luctu ex corde sincero.

47. *Dominus magnus spiritu intelligentiæ repleuit illum: & ipse tanquam imbres misit eloquia sapientiæ suę.*
Eccli. 39.



IO: Baptista Alterius Laurentij filius nobilis Romani, ac Victoriæ Delphinę, Sororis Flaminij militaribus & imperatorijs artibus clari, vt ex elogio ei posito in ædibus Capitolii uis a Senatu, Populoque Romano.

Flaminio Delphino.

Militaribus & Imperatoriis artibus, Magisterio Equitum, ductu Exercitum, rebus praclare gestis domi, forisque clarissimo, post funus publico are, luctuq. celebratum.

S.P.Q.R.
Civi Optimo. M.DC.V.

Ex hisce parentibus nascitur Io: Bap. die Sabbathi 24. Iunij. 1589. & in Romano Collegio inter literarum studia adoleuit Philosophus, Theologus, I. Consultus. Anno ætatis 24. à Paulo V. R.P. in Basilica Vaticana, præbenda donatus Theologali, Sal. Anno 1613. patruum æmulatus Marium Alterium, qui munus illud cum plausu sustinuerat, licet iuuenis summa cum laude prouinciam subijt, eodem tempore Euangelij præco in præcipuis Vrbis templis concionando. ea suada, & pietate, vt vbiq. auditorium subiret frequentissimum. Hinc pro merito, Sede donatus Camerinensi, An. 1624. custos sigilli sacræ Pęnitētiarię, ac sex Episcopatuū supremi Ordinis Visor nomine Senatus Apostolici; Patribus insuper sacræ Visitationis adscriptus, a Scipione Cardinale Burghesio sui executor solus institutus Testamenti, tandem ob morum innocentiam, ac in suo munere ad bonum publicum vigilantiam, die 13. Iulij 1643. Presb. Card. tit. *S. Mariæ super Mineruam*, comitijs interfuit Innoc. X. a quo Tudertina donatus Ecclesia, cum Camerinam resignasset in fauorem Æmilij fratris) Anno 1654. Romam veniens ad Limina Apostolorum, Narniæ apoplexia correptus die 25. Nouembris, mortales deseruit, ætatis Anno 66. Ca-
A daver Romam relatum, ad S. Mariæ super Mineruam iacet in sepulcro Maiorum, de pauperibus optime meritus, quibus in Tudertina ciuitate Xenodochium erexit: in oppido Fratæ, ecclesiam parochialem cum domo, in Episcoporum Tudertinorum commodum, a solo excitauit, Romę in antiquo Alteriorum foro, ædes paternas vnà cum fratribus ornauit; vnde earum legitur in atrio.

Gentilitias ædes in platea de Alterijs, vetustate iam fatiscentes.
B *Magnificentius a fundamentis renovarunt.*
Io: Bap. S.R.E. Cardinalis
Martius Eques Ord. de Alcantara germani fratres, & Filii
Laurentij de Alteriis & Victorię Delphinę.
Patritiorum Romanorum. Ann. Iubilęi. M.DC.L.


Poesi cum delectaretur, Iambum euulgauit in laudem ædium Barberinarum, quem typis datum leges apud Hier. Tetium; ibique habes eius effigiem; tum apud Hannibalem Adamum cum epigrammate.

C

Est sua lux lacti niuibus sua lucis imago,
Et candore suo quàm bene fulget ebur.
Anne igitur praces Alteria *sydera damnes?*
Sunt satis illa sibi lucida, lactea sunt.
Scilicet illa tibi, tantum sacra purpura fulget,
Qua candore micat, qua pietate nitet.
Lactea pinxerunt Heroum Sydera vates,
Ex is Alterij *stemmatis, astra reor.*
Sex lactea sydera gentilitium Alteriorum insigne efformant, è quorum per illustri gente, eximio pietatis candore effulsit hic, quem laudamus. Annibal
D Adamus.

De eo lege Augustinum Cermellium, qui Alterio vitam inscripsit S. Augustini. Anno 1648. Conciones Euangelicę, quas etiam initiatus Episcopus ad gregem habuit, ab hęredibus nimia zelotijpia custoditæ non sine auctoris iniuria typis prohibentur.

Audi conſilium, & ſuſcipe diſciplinam, vt ſis ſapiens in nouiſſimis tuis. 19. Proverb. n. 20.



MArius Theodulus nobilis Romanus, vrbe oriundus Forlivienſi, Marchionis S. Viti ex Flauia Fana filius, collegij alumnus Romani, Abbreuiator Apoſtolicus Cameræ Clericatum, Auditoratum ſubijt. Bello poſtea rugiente Parmenſi, ab Vrbano VIII. in Cardinalem aſſumptus *tit. S. Alexij in Auentino* Gallos quamuis coleret: poſt obitum Vrbani, in A comitijs creandi novi Pontificis, publicam vtilitatem & Eccleſiæ cauſam genio præferens, Barberinos in partem traduxit Cardinalis Pamphilij, quem reclamante Gallo in Pontificem aſſumpſere Romanum. Hinc in primo Conſiſtorio Epiſcopus dictus Fori Cornelij in Æmilia, inde Romam poſt Annum evocatus, ibi Ethica febri correptus, Annos nondum natus 40. viuere deſijt die 27. Iunij. 1650. ſuo ſepultus in S. Alexij titulo, abſque memoria. Eius effigiem habes apud Hannibalem Adamum *in Pallade Purpur.* cum ſequenti epigrammate.

Tolle Rotam, cuius fortuna triumphat in Orbe,
Nulla, tuis meritis, ſortis amicitia.
Integra virtuti debetur purpura: Monti
Nec Vaticano, ſors dedit vlla rotam,
Nobilis, ad celſos properaſti curſor, honores,
Hinc tibi ad obſequium, curva ſubacta rota eſt.
Erigis egregium, cæca de ſorte, trophæum.
Raptaque fortunæ ſtemmate fixa Rota eſt.

49. *Tamquam lignum quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum; & fructum ſuum dabit in tempore ſuo.* Pſal. 1.



FRanciſcus Angelus Rapacciolus, Italus Cipoli natus humili patre, ciuiliter tamen & vrbanè educatus a genitore (qui ſua induſtria pecuniam congeſserat) C ſub cura ſocietatis Ieſus, Romæ theſes Philoſophicas publice propugnauit, Heſperiam modulationem, & orationem *de Christi in cælum aſcenſu* habitam coram Vrbano VIII. typis dedit. Literas ſcripſit Cardinali Facchinetto in laudem hiſtoriæ Tridentini Cōcilij à Sfortia euulgatæ Pallavicino. Ædes Barberinas carminibus illuſtrauit. Nulla namq. arbor quamuis montana & ſilueſtris, quæ inſita non D adoleſcat in fructus, & fronde, flore, germine ita miſceatur vt in viridario cum reliquis altitudine certet. Sic in aula homines licet egeſtate preſſi, dumodo animo non vileſcant, literis inſtruātur ad imperiū conſurgunt. Ludovicus Iacobillus Fulginas Vmbriæ chronographus à Rapizonia familia nobili & perantiqua originem Franciſcum trahere contendit. Animum ei non defuiſſe nobilem nemo negat, & hoc ſatis ad purpuram Chriſti. Clericatum Cameræ cum ſubijſset Apoſtolicæ, officinæ primò adſcriptus diplomaticæ, Archiuio poſtea præfuit Pontificio. In bello Parmenſi Commiſſarius Generalis militiæ Eccleſiaſticæ, ſumma fide pecuniam adminiſtrauit ſibi creditā. Eccleſiæ poſtmodū Theſaurarius ſed aulicis muſſitantibus, neque per diem ab Vrbano permiſsus munus adminiſtrare; Presb. aſſumitur Cardinalis *tit. S. Mariæ in Via*, die 13. Iulij. 1643. vt ſic aulicam declinaret inuidiam. Defuncto Vrbano, Barberinis gratus in Conclaui, cum Mathæio iurgia paſſus duriſſima, quod nimium tenax Gallicæ factionis, verba effutiſſet aſpera aduerſus Auſtrios. In Pamphilio convenit ſolum, trahentibus ſuperis cum votum ſuum cognouit ſuperuacuum. Ad titulum translatus *S. Cæciliæ*, Abbatia donatus S. Anaſtaſij de Corbone in Comitatu Claromontenſi diæc. Anglonenſis, & Interamnenſi Epiſcopatu Eccleſiā vitæ innocentia, morum ſuauitate, literarum ſplendore adminiſtrauit exemplo potius, quàm legibus mores revocans Apoſtolicos. Mortuo Innocentio, in Conclaui Alexandri VII. & ipſe ad Thiaram expetitus, pro honore habuit inter Candidatos recenſeri. Sedente Alexandro B VII. pluribus granatus morbis, eccleſiam reſignauit Interamnenſem; nec diu ſuperuixit; die namq. 15. Maij 1657. calculo afflictus, obdormiuit in domino, in eccleſia ſepultus S. Mariæ ſuper Mineruam.

De eo Vghellus, Gualdus *in Theatro Virorum Illuſtrium*,

50. *Hæc quæ paraſti, cuius erunt?* Lucæ. 12.



FRanciſcus Adrianus Ceva, nobili e Ceuæ Marchionum progenie, in Pedemontana regione, Romam venit, vt in patria communi fortunam quæreret, quam cito inuenit in domo Maphæi Card. Barberini, qui eum ad regimen Eccleſiæ deſignauit. Mutauit & ipſe conditionem, Canonicus dictus eccleſiæ Lateranenſis; progreſſu temporis Cubicularius intimus, & a ſupplicibus libellis, Cubiculiſq. præfectus gratiam meruit Vrbani quod fido corde arcana domini quæreret, referret, cuſtodiret etiam contra familiam regnatricem. Hinc odioſus tarde purpuram eſt aſſequutus. Rigidus, agreſtis ſua parſimonia tantum auri congeſſit, vt inter ditiſſimos Cardinales recenſeretur, Ad Ludouicum XIII. Galliæ Regem Nuntius Extraordinarius pro pace firmanda, cum prouinciam ad mentem Pontificis adminiſtraſſet, Prælatis domeſticis adſeribitur, a ſecretis ſtatus deſignatur; tandem ne famulum fidelem Vrbanus indonatum relinqueret, purpura ornauit Presbyterali, *tit. S. Priſcæ*. Ipſe autem cultum effugiens Cardinalitium, vitam in Vrbe traducebat incognitus, & ſibi vivens, vſque ad 12. Octobris. 1655.

1655. chiragra exagitatus, annos exegit. Comitiis adfuit Innocentii X. & Alex. VII. in Basilica iacet Lateranensi, vbi ad S. Mariæ in fonte Canonici inscriptionem adhuc viuenti posuere sequentem, de eius forsam sibi blandientes hæreditate,


Francisco Adriano

E Cæsarea Ceua Marchionum progenie
Quem Roma primo Vrbani VIII. P. M. intimũ cubiculariũ
A supplicibus libellis, & Cubiculi deinde Præfectum
Lutetia postmodum ad Lud. XIII. Galliarum Regem
Pacis Extraordinarioi inter Principes restaurandæ
Nuncium Extraord. lætanter excepit
Prælatũ in super domesticũ, ac status apud eũdem Põtificem
Et Principum a secretis,
Demum S.R.E. Cardinalem Ceuam
Summo omnium plausu renuntiatũ Roma tandem suspexit
Huius SS. Lateran. Basilicæ olim Canonico
Et multis de eadem nominibus optime merito
Capitulum & Canonici adhuc viuenti
Æternum Amoris, gratiq. animi monumentum PP,
An. Iubilæi MDCL,

Præteritis porro in Testamento Canonicis, litigia plura excitata inter propinquos, quòd tabulæ Testamentariæ priuati hominis manu exaratę essēt, B eiusdem tamen Card. subscriptione firmatę; quæ apocrypha accusabatur. Conuenere tandem hæreditate diuisa; postquam Fiscus magnam omnium partem primus accepisset.

De eo Gualdus *in Historia*. Statera Purpur. M.S.

51. *Principes eius in muneribus iudicabant: & sacerdotes eius in mercede docebant: & Prophetæ eius in pecunia diuinabant.*
Micheę. 3.




ANgelus Giorius Italus patria Camers infimo C loco natus ex Ioanne Francisco, & Polydora Polinia, die 11. Maii 1586. in Seminario Camerinensi rudimenta subiit Grammaticalia, eadem postea in vrbe Grammaticam docuit, quo in exercitio singularis ob frontis asperitatem, & rude colloquium, vnde discipulis venerabilis & terribilis. Altioris fortunæ cupidus quam ferulę imperio conceperat, pedes Romam venit, vbi in famulitium adscriptus Maphæi Barberini, Franciscum & Antonium Maphæi nepotes pedagogus sequebatur ad D Romanum Collegium, in quo eodem tempore, Philosophiæ ac Iurisprudentiæ incubuit. In Pontificem Maphæo promoto, creuit & ipse decore, dignitate, a Missæ sacro, eidem Cardinali inseruiens atq. Pontifici. Eidem adfuit in recitanda diuina Psalmodia; inde Cubiculi præfectus Pontificij, in venatione, qua corpore robustus oblectabatur, sclopi casu explosi, duobus amissis in dextera digitis Pollice, & Indice cum medio dimidii, sacris operari prohibitus, ab eodem impetrauit Pontifice, vt loco pollicis & indicis, annullari vteretur & minimo in consecratione, aliisq. Missæ ceræmoniis: paulo post inter Presbyteros Card. assumptus tit. *SS. Quirici & Iulitæ*, Congregationi interfuit sacrorum Cętuum, sententia liber, eloquio grauis; quòd ipse doctorum scripta attente perlegeret. A curis remotus collem incoluit Ianiculum, ob aeris serenitatem, in quo domum emerat, & ampliauerat. Auaritia Ceua Cardinali non inferior multum auri congessit; in eo solum laudabilis, quod Camerini Templum a solo restaurauit, sacra ditauit suppel- A lectili, sacerdotia in eo instituit, redditibus assignatis in alimoniam inseruientium. Comitijs adfuit Innocentii X. & Alex. VII. sub quo, die 8. Augusti 1662. ætatis 77. decessit, nepotibus ex asse hæredibus designatis. Cadauer Camerinum delatum in Cathedrali iacet cum sequenti epitaphio.

A. D. G.
Angelus tit. SS. Quirici & Iulitæ S.R.E. Pr. Card. Giorius
In eminenti dignitatis fastigio
Se terram, pulueremq. in terram reuersurum cogitans
Hanc sepulchrum hoc viuus parauit
Obijt An. Sal. MDC.LXII. Ætatis suæ LXXVI.

De eo Statera Purpuratorum M. S. Gualdus *in Historia*.

52. *Optaui & datus est mihi sensus & inuocaui, & venit in me spiritus sapientiæ, & preposui illam regnis, & diuitias nihil esse duxi in comparatione illius.*
Sap. 7.



IOannes de Lugo Hispanus ex patre Senatore, totiusq. Hispalensis regni vicario, matre Theresia Quiroga, Hispali oriundus, Matriti natus cœpit a puero indole ingenua, & iudicii feracitate Sophiam quærere, & adamare. Cum ea vinculo colligatus indiuiduo Annos natus duo de viginti Philosophiæ ac Iurisprudentię spatia cũ supergressus esset amplissima, & iam ad ecclesiasticas dignitates designaretur a Rege, ipse contempto Mundi fastu, regulari disciplina societatis Iesu libertatem obstrinxit; in qua post Philosophiam, Theologicas facultates ad Annos 30. docuit, quorum decem in Hispania, Romæ viginti sine vlla laboris indulgentia successiue percurrit. Eodemq. tempore, quo Philosophię pręceptorem agebat, Euangelium apud Hispanos ex suggestu explanabat. Romæ quoq. sacras orationes vrbanissima venustate ac religiosa pietate refertas inter Purpuratorum & Principum coronas, qui auidissimis auribus, nec sine admiratione conueniebant, sępissime exposuit. Tantum virum Vrbanus, (qui in præterita Cardinalium pro-

promotione, duo sibi in pectore, reseruarat) nil tale cogitantem, die 14. Decemb. 1543. purpura ornauit; cuius nuntio turbatus Lugo in cubiculo se abdidit, donec Vrbano iubente, onus subire coactus, titulum recepit *S. Stephani in monte Cælio*; quem sedente Innocentio X. *in S. Balbina* mutauit. Vrbanus vt tanti viri consilio ex tempore vteretur, in Palatio habitationem assignauit Pontificio; & viri clarissimi exaltatione exeuntem coronauit Pontificatum. Sacris adscriptus conuentibus Tridentini Concilii, Hereticæ Prauitatis, Examinis Episcoporum, pro auctoritate Sedis Romanæ, & ecclesiastica potestate vbiq. constans & intrepidus, omnem mouit lapidem, ne quid detrimenti sustineret Religio: ea tamen humanitate atq. prudentia Zelum temperabat religionis, vt sacros atq. prophanos Principes æque demereret. Eandem in purpura viri disciplinam retinens religiosi, ante omnes domesticos e stratis exurgere solitus, preces peragebat antelucanas, mox per semihoram ad sacrificium animo comparato accedebat, iussis omnibus è familia sacrificio interesse; quod nunquam omisit, nisi morbo correptus: alterius tunc sacerdotis Missę interueniens ex vicino cubiculo, quod hoc voto sibi parauerat. Interrogatus ab Innocentio X. *cur senectuti non parceret vestitq. se, ac iuuari non permitteret?* vrbanissime à famulis respondit Hispano acumine, *Eò propius ad Dei similitudinem accedere homines, quo paucioribus indigent.* Ornabat domum non suppellectili aurea, sed hominibus aureis, quorum mores rigida inquisitione rimabat, priusquam in familiam reciperet: vnde inter eos nullum ambitionis vel luxus, sed pietatis, modestiæ atq. doctrinæ certamen; quibus ad brauium virtutis, stimulus erat non imperium, sed exemplum. Eorum cura penes dominum, vt infulis ornaretur & sacerdotiis. Deductis alimoniæ impensis necessariis, reliquum erogabat in pauperes, occulto & plurimum subsidio præcipue in squalidam nobilitatem, & periclitantem Virginum pudicitiam. In Seminario Romano, censum constituit perpetuum, pro nobilium adolescentium educatione, qui Theologiæ operam darent; ne sacræ doctrinę nobiles & generosi deessent propugnatores. Collegium Romanum, in quo priuatus vixerat, singulari benignitate complexus, vsq. ad publicas oculorum delitias exornauit sublatis ædificiis, quæ lumen obscurabant: numeratis ad hoc multis aureorum millibus. Suos etiā sodales laboriosis disciplinarum studiis graues, vt ruris ameno recrearet diuersorio, locum coemit, in quo religiosa Pallas curas aliquando remitteret seueriores. Officiorum memor Barberinos singulari prosequutus amore, occasiones captabat remunerandi, sed vsq. ad aras. In comitiis namq. Innocentii X. Hispanis iunctus in Pamphilio conuenit, a quo sepissime & instantissime, nec sine lacrymis petiit, vt eos è Gallia Romam reuocaret.

Vaticanis comitijs bis interfuit; in primis pro Pamphilio egregiam nauauit operam; in secundis, pronis in Alexandrum animis stimulos addidit, quū desperatam sui agnouit assumptionem, quam Hispano Oratori Fräciscus obtulerat Barberinus; obiicientibus ipsis Hispanis Cardinalibus futurum Gallorum dissensum cum periculo scismatis: qui si calculis, eius electionem prohibere haud possent; è cōclaui cū protestatione nullitatis secessuri, cōtra eum, qui cognitione dempta Theologica, expers omnino regiminis, ex Cathedra nouitius ad thronum ascenderet. Insuper idem fore De Lugo Papam creare, ac vno in Lugo omnes Iesuitas promouere, qui spetie Innocentiæ, ac literarum fundamento, totius Orbis meditantes imperium non minus politicum, quàm ecclesiasticum, pro arbitrio regerent A Pontificatum. Bellarminus, qui *Armamentarium* fuit Ecclesię Catholicæ, & Lugo tam longe superior, gradum hunc ascendere quasi prohibitus si ob modestiam nec concupierat; etiam Lugo quiesceret. Nomen postea cum recurreret Card. S. Clementis, professione Dominicani; dissensit Lugo; ne Ordo præualeret ęmulus societatis. Sacri hi duo namq. Ordines veluti Roma & Carthago, de præcedentia doctrinæ, sancta ęmulatione altercantes hæsitabant: Iesuitæ, ne in Papam assumptus contra eorū priuilegia, aliquod decretū conciperet: propterea Lugo (in quo societas conueniebat vniuersa) cum in sessionibus consęderatorum, nomen B recurreret Card. S. Clementis; non sine contumelia, redarguit, *Actum fore de ecclesia Dei*: tacite annuens; *aduersus immaculatam Virginis Conceptionem* laturum decretū si in Papam assumerēt. Quam accusationem vt a viro docto prolatam, cū indignatione receptam & fremitu Cardinales propulsarunt adstantes; Cum enim Pontifex Romanus ex cathedra docens, errare non possit, afflante Spiritu Sancto; etiam si in ea sederet Atheista adhuc docere cogeretur iuxta veritatem Euangelicam. Prudentia tamen & dissimulatione cuiusdam Cardinalis ibi stantis absolutum colloquium, vulgari proloquio: *quandoq. bonus dormitat Homerus*. Sed hæc ex ęmulatione magis, C quàm ex veritate relata, tanti viri doctrina, pietate conspicui memoriam non conturbant.

Scripsit Lugo In tertiam partem D. Thomę *De Incarnatione Verbi*

De Sacramentis in genere
De Venerabili Sacramento
De SS. Missa Sacrificio
De Pœnitentia
De Iustitia & Iure
De Fidei Diuinæ Virtute
Consilia Moralia.

Senex factus calculis laborauit, quorum dolores D per quinquēnium quamuis attrocissimos ita cōstanter sustinuit, vt cum ex calculi morsu totum corpus contremisceret, vultus tamen non deponeret hilaritatem. Morti proximus sacramentis rite procuratus, veniam à famulis petijt se excusans, ob suam paupertatem non habere, quid eorum fidei ac meritis rependeret. Interrogatus de tumulo, respondit: *se idcirco Alteriorum ædes incolere voluisse, Templo nominis Iesu proximas; vt breuius iter foret ad tumulū.* Circa locum, hoc vnū cupere; *vt prope S. Igna-*

tij

in parentis cineres humaretur. Obiit die 30. Aug. 1660. ætatis 77. eius in funere perorante Ioanne Lucari Soc. Iesu. Supremis tabulis hæredem scripsit domum Professam Societatis Iesu, quam viuens muneribus iuuerat.

Ante altare S. Ignatij sepultus sequentem habuit inscriptionem.

D. O. M.

Ioanni Cardinali de Lugo
Societatis Iesu Theologo Eminentissimo
Domus Professorum Romana Heres
Vt vbi fuerat thesaurus eius, ibi esset cor eius.
Prope corpus S. Ignatij ex eius suprema voluntate Mon. P.
Obijt An. Sal. MDCLX. Ætatis LXXVII.

Eius laudes Chorus contexuit Musarum omnium & præcipue Io: Stephanus Menochius præfat. *de Rep. Heb.* Io: Bap. Giattinus qui ei Logicam inscripsit. Sfortia Pallauic. futurus Cardinal. Assertiones Theologicas Franc. Ioseph. Bressanus *Relationem Italicam Missionis Societatis in noua Francia.* Statera Purpuratorum M. S. Philippus Allegambe *Biblioth. Soc. Iesu.*

53. *Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos.*
Matth. 11.



IO: Franciscus ex Comitibus Guidijs a Balneo, Italus, Fabritij filius Marchionis Montis Belli, in Flaminia, matre Laura Columnensi Pompei Zagarolæ ducis filia, Florentiæ natus mense Octobri. 1578. virilis sexus primigena mortifere cum ægrotaretur, matrem vatem habuit, quæ filio prælusit dicens, *Ne timeas fili, mortalitatem non explebis tam cito, viues; & Cardinalis eris S. R. E.* Florentiæ politioribus instructus literis, Pisis postea Iurisprudentiæ incubuit, inde annum agens ætatis 18. Abbas dictus S. Mariæ Diœc. Salernitanæ à Clemente VIII. V. S. Referendarius, Petro Aldobrandino ad Gallos legato comes datus honorarius, cum eo Florentiam venit pro nuptijs Catharinæ Medicææ cum Henrico IV. Gallorum Rege. Piceni postea prolegatus, Firmi prætor, Fanum, Campaniam iustitia rexit sine querela. Sedente Paulo V. Auenionensis ProLegatus ad septennium prouinciam direxit cum laude, ibiq. parentalia soluit Francisco Burghesio Generali militiæ Pontificiæ & necessitudinem colligauit cum Armando Richellio qui aulæ tunc Gallicanæ inuisus Auenionem secesserat. Nuncius postea Extraord. Gregorij XV. ad Ludouicum XIII. Galliæ Regem; Patracensis Archiep. Nuntius Ordinarius ad Isabellam Austriacam Belgij Principem, sedente Vrbano III. iterum Parisios missus vt Francisco adesset Card. Barberino,

in itinere a militibus spoliatur stationarijs pretiosa suppellectili, priusquam Belgio discederet, Bruxellis, birethum imposuit Cardinalitium Alphonso *de la Cueua*, tandem Nuntius Ordinarius apud Regem Ludouicum, eundem in Rupellanos irruentem sequutus, cum eodem ad bellum venit Casalense, ibiq. degens Ceruiensis promouetur Episcopus atq. Presb. Card. tit. *S. Alexij*, Cardinalium promotione quarta, die 13. Kal. Septemb. 1627. promulgauitq. 15. Kal. Decemb. 1619. Ceruiæ, ære suo pauperibus perpetuum annonæ horreum erexit, dotauitq. Ad Reatinum trãslatus Episcopatum Cer-
A uiensem & Reatinam ecclesiam ædificijs instaurauit, visitatione lustrauit, coacto Synodo instruxit, Basilicam nobili fornice ornauit, redditus auxit, palatium ampliauit Episcopale, donec exacto quinquennio, aere peritus insalubri, Reatinæ ecclesiæ nuntio remisso, Romam se contulit Patribus adscriptus S. Officij, ac Status, die 25. Iulij. 1641. ætatis 63. Cardinalatus XI. diem clausit apud S. Alexium sepultus, in monte Auentino, sepulchro pernobili cum sequenti elogio.

Io: Franc. ex Comitibus Guidijs de Balneo
Fabritij Marchionis Montis Belli
B *Et Lauræ Columnia ex Ducibus Zagarolæ filius*
Tit. S. Alexij. S. R. E. Presb. Card. viuens sibi posuit
Qui cum aliquot ditionis ecclesiasticæ Vrbes & Prouincias
Clemente VIII. Leone XI. Paulo V. P. M. administrasset.
A Greg. XV. extraordinem Legatus in Galliam
Paulo post ad Ordinariam Belgij legationem;
Rursusq. è Belgio ad idem munus ab Vrbano VIII. in Galliam reuocatus,
Ita vbiq. se gessit
Vt eum idẽ Vrbanus tanquàm de Sede Apo. præclarè meritũ Cardinalem creauerit.
Et in honore cum XII. Annos assiduam Reip. Chist. nauasset operam
C *Et Reatinam post Ceratẽsem ecclesiam rexisset Episcopus,*
Morte sublatus
Magnum Vrbi, bonisq. omnibus sui desiderium reliquit.
Anno D. MDC. XLI. Ætatis suæ LXIII.

Testamentum scripsit magnificum, & ad pompam, in quo familiaribus stipem menstruam constituit; Regi ac Galliarum Reginæ honorarium legauit; Hæreditatem enim cum inuenissent perexiguam; testatoris vota implere minime potuerunt. Fuit sane magnificus & liberalis; sed deficiente pecunia, verbosa erat liberalitas. Argenteo ornamento cum donasset Imaginem B. Mariæ in Monti-
D bus; notæ adiectæ sequentes.

Dei Magnæ Matri Patronæ suæ
Io: Franc. a Balneo Archiep. Patracen. D. D.
An. MDCXVI.

De virtute, atq. ecclesia benemeritus Cardinalis, non vno in loco publico honoratus funere, in Louaniensi Accademia laudatus fuit a Gabriele Naudæo. Idem præstitit Libertus Framondus eccle-

ſiæ S. Petri Louanienſis Deeanus. Eccleſia Reatina perorante Pompeio Angeloto eiuſdem eccleſiæ Canonieo, inciſis etiam a Capitulo ſub porticu Cathedrali, ſequentibus notis exequias celebrauit.

Io: Franciſco S. R. E. Card. Balnea
Per quinquennium Ep. Reatino.
Meritis ſuis ſēper māſuris Reate poſuit MDCXXXX.

Deeo lege Io: Malderum Ep. Antuerpienſem *in prima ſec. D. Thomæ*, Scipionem Claromontem *De Sede Sublunari Cometarum*, Iacobum Philippum Tomaſinum *in elog.*

Nummiſma

Cuius in fronte, *In infirmitate perficimur.* Ex aduerſo Inſignia familiæ eum nomine Cardinalis.

Diaconi Cardinales.

54. *Viginti Annis fui tecum; oues & capræ ſteriles non* A
fuerunt; arietes gregis tui non comedi, nec
captum a beſtia oſtendi tibi.
Geneſ. 31.



LAurentius Magalottus Florentinus, Vincentii filius ex Clara Cappona Romæ in Seminario Romano rudimenta edoctus Grammaticę per biennium, apud eoſdem Societatis Patres, Philoſophiæ incubuit, Peruſii poſtea Legibus operam nauauit, Laureamq. adeptus in Piſana Accademia, Romam venit amiſſo genitore, Anno 1608. Vtriuſq. Signaturæ Referendarius, & Mapheo Card. Barberino intercedente, cuius fratri Carolo Conſtantia nupſerat Laurentij, Bononiam ProLegatus, ſucceſſiue per Eccleſiaſticas Præfecturas, Aſculum gubernauit, Viterbij Legati vicem geſſit; ſub Greg. XV. Commiſſarius Generalis, Sacrę Conſultæ Prælatus, eidemq. Gregorio à ſecretis aſſumptus, tandem die 7. Octob. 1624. ab Vrbano VIII. Diaconus Card. *S. Mariæ in Aquiro*, dein Presb. *S. Io: & Pauli*: die 5. Martij. 1628. Ep. Ferrarienſis, in peſte, quæ ſubditos dilaniauit ſumma pietate & charitate iuuit, Cathedralem eccleſiam, Epiſcopale palatium, aliaq. ędificia ab anteceſſoribus extructa, temporum iniuria collapſa inſtaurauit, coacta Synodo Clerum inſtruxit. Poſt ab Vrbe diſceſſum, Romam amplius non vidit, quamuis ex lege Limina Apoſtolorum, tempore teneretur inuiſere ſtatuto, & ipſe inſtantiſſime ſępe ſępius eflagitaſſet; ita prohibente Vrbano Pontifice, in gratiam Franciſci Card. Barberini Zelotypi, a Magalotto gratia præueniri apud Pontificem. Die 18. Septemb. 1637. Ferrariæ deceſſit, poſtquam Annos nouem Eccleſiam illam rexiſſet, in Cathedrali ſepultus ingenti pompa, nec ſine luctu. Succeſſorem habuit Franciſcum Macchiauellum ex Maria ſorore nepotem Cardinalem futurum.

(Margin letters beside this paragraph: B at "ram nauauit, Laureamq. adeptus"; C at "tos dilaniauit ... Ca-"; D at "Succeſſorem habuit".)

Eius effigiem Anno ſæculari in Romano Collegio expoſuere Patres cum ſequenti epigrammate.

Laurea cui virtus, cui dictis aurea lingua
Oppidum Regnum nobile pectus erat.
Mortis in articulo ridens cæleſtia magnis,
Laurenti *agas munera Principibus.*

Ad Cęlum inuitas namq. ipſe potitor Olympi
Nonniſi Rex alijs Regibus aſtra dares.

Annibal Adamus in ſua Pallade purpurata, epigrammate luſit ſequenti.

Roma tibi trabeam, dederat Florentia cunas,
Fædereq. illuſtri, Tibris & Arnus amat.
Obſequijs auxere ſuis, te ſtagna Rauenna,
Suſpexere animi robur, & ingenium.
Magnus vbiq. fuit: Mater Florentia cunas,
Imperium donat Roma, Rauenna Polum.

De eo Victorellus. Vghellus.

55. *Væ qui dormitis in lectis eburneis, laſciuitis in ſtratis veſtris, qui comeditis agnum de grege, & vitulos de medio armenti: qui canitis ad vocem pſalterij: bibentes vinum in phialis, & optimo vnguento delibuti & nihil patiebantur ſuper contritionem Ioſeph.* Amos. 6.



PEtrus Maria Burgheſius, nobilis Senenſis Curtij filius, ex Siluia Saracina Senenſi, Pauli V. R. P. gentilis, cum in patria, præceptore vſus Io: Bap. Burgheſio lauream accepiſſet Iuriſprudentię adoleſcens Diaconus Card. *S. Georgij*, dicitur Nonis Octob. 1624. ab Vrbano VIII. more Romano, vt gratitudinis ergo galerum Cardinalitium reſtitueret familię Burgheſię, per quam ipſe purpuram obtinuerat. Burgheſiorum itaq. cliens Petrus, in domo Burgheſia recepto domicilio, frugaliter vixit vſque ad obitum Scipionis Cardinalis Burgheſij, ob cuius mortem beneficijs eccleſiaſticis plurimis, & pinguibus ad ſatietatem ditatus, vitam lautam inſtituit in Viridario Burgheſio, quod ei M. Antonius Burgheſius Sulmonę Princeps ad delitias conceſſerat prope portā Flaminiam, vbi voluptatibus conſumptus intra decennium, die 15. Iunij. 1642. ętatis 43. deceſſit, apud S. Mariam Maiorem ſepultus in monumento Burgheſiano. Nil legauit ad pias cauſas, quamuis SS. Deiparæ imaginem D. Lucæ penicillo expreſſam viuens dietim deuotiſſime inuiſeret, eiuſq. in ara ſæpe celebraret; vel ſi legauit, nil ſolutum, quòd ęre detracto alieno, quo obęratus obijt, nil ſupereſſet.

Eius

Eius memoriam habes in præfationibus *Virginis Partus contra Hebræos*, quam ei Ignatius Landrianus Abbas Olivetanus S. Victoris; & *Lucubrationum Theologicarum*, quas Hipolytus Campioeiusdem Ordinis ac *Plausus Romani*, Ioseph Photius inscripserunt. De eo lege *Victorellum*: *Hipolytum Marracinum in Purp. Mariana*.

Factus sum mihi metipsi gravis. 7. Iob. 20.



LÆlius Biseia Romanus, Bernardini primarij in Vrbe Causarum Advocati filius, post literas humaniores, Leges quæsivit Cæsareas & Pontificias, dirigente patre, qui ex litigantium diffidijs, & nugis Curialium, magnas cum coacervasset divitias, quæ ad tertium hæredem transmitti non solent, eo mortuo, filius omisso Aduocatiæ munere cæpit alea cogitare: propterea inter Clericos Cameræ Pontificiæ adscriptus ab Vrbano VIII. in tertia Cardinalium promotione facta. 19. Ian. 1646. Diaconus Card. *SS. Viti & Modesti*, dein *S. Mariæ in Cosmedin*, postea Presb. Card. tit. *S. Mariæ de Populo*, vir doctus, ut abunde ostendit nedum in Cameræ Magistratu, in quo cæteris anteibat; sed in Congregationibus Interpretum Sacri Concilij, Sacrorumque Rituum. Fuit etiam Pius, in Ecclesias munificus, & partem templi S. Francisci Romæ collabentem Prælatus adhuc Cameralis restituit. Literatorum patronus fouit, quantum valuit, teste Vghello *tom. 1. Italiæ sacræ, in Ep. Nepesinis*. *Hic ego ne ingrati animi labem suscipiam, silentio præterire non possum, quantis beneficijs humanissimo Cardinali Lælio Biseiæ obstrictus sim: cum ille non modo ad hoc opus prosequendum verbis incenderit, verum pulcherrima antiquitatis monumenta, atque inter alia hoc donationis à Sergio Nepesino Episcopo, & Alberino fratre, dicto Monasterio factæ, documentum: cuius ille exemplum à Scipione Card. Burghesio, illius Cœnobij Commendatario acceperat liberaliter impertierit*. Protectionem Collegii Gregoriani Patrum Benedictinorum, & Comprotectionem Camaldulensium religiose administrauit, vt ex nummismate, cujus in fronte legebatur; *S. Romualdo & omnibus SS. Monachis S. Benedicti*. Ex aduerso, *cls. D. CXXXI. VII. Id. Feb. Desid. Bardellonius Abb. Prae. G. Camaldul. corda, & ecclesiam D. Vrbano VIII. P. M. fauente, P. Card. Camporeo Prot. L. Card. Biseia Comprot. Aurel. Pollicante Abb. Gen.*

Cardinalem cum egisset An. duodecim, supra Menses Decem, triduano morbo consumptus decessit die. 29. Novemb. 1638. ætatis 65. priuato cultu sepultus; in Ecclesia S. Francisci Transtyberim, absque ulla memoria, purpura enim familiam depauperauetat, volens honestè viuere absque ecclesiæ incomodo, & amicorum detrimento: solitus amicitiam quærere moribus honestam, maiestate grauem, dignitate venerabilem, licet ære minus proficuam. Eius memoria in Canonizatione S. Andreæ Corsini, cui subscripsit.

Victorellus. Vghellus. Amydenus *vitu M. S.*

57. *Quoniam postulasti verbum hoc, & non petisti dies multos nec divitias, sed postulasti sapientiam ad discernendum iudicium: ecce feci tibi secundum sermones tuos: dedi tibi cor sapiens & intelligens*. 3 Reg. 3.



HEnricus de Guzman de Haro Hispanus, Didaci Lopez de Haro filius Marchionis de Carpio ex Francisca Guzmania, Hispalensis dein Toletanus Canonicus in literis enutritus, Musas omnes amicas habuit. Assidua ei cum mortuis vigilia, Anno ætatis suæ vigesimo primo, S. Patres perquisierat librorum cognitione adeo multiplici, vt ex Theologis & Patribus nullus eum subterfugeret. Rege instante Catholico, die, 19. Ian. 1626. Diaconus Card. absens adscribitur, magna Hispanæ aulæ lætitia, quam sibi, morum humanitate, officijs, benevolentia mirum in modum sibi deuinxerat. Pauperum patronus, suarum participes divitiarum semper voluit, quòd earum Dominum vnum Deum crederet, se verò ejus colonum, vt sanctè distribueret, Anno receptæ purpuræ, ætatis suæ 21. Mitriti decessit, die Dominico 21. Junii 1626. in collegio S. Thomæ sepultus: ejus in funere perorante Vincentio Marinerio Valentino, qui eidem sequens scripsit epitaphium.

Nil maius quod terra tegat, tegit aeriter, ipsa
Defunctum viuo nam tegit ipsa sinu.
Namq. virum condit, quem mors sibi vulnere pressit
Et quem virtutis vivere fama facit:
Primis hic cecidit Magnus Guzmanius *annis*,
Qui rerum summo pondere primus erat.

Aliud


Conditur hoc tumulo decoras quem Purpura, Princeps,
Condere cui poterat Purpura sola iubar.

Aliud

Hic situs est toto clarus Guzmanius *Orbe*,
Nullo namque potest ipse iacere sinu.
Orbis percurrit supremos nomine tractos
Nullo nam nescit iure iacere sibi.


De eo Victorellus.

58. *Vxorem duxi, & ideo non poſſum venire.* 14. Lucæ. 30.



Nicolaus à Latharingia Franciſci filius Comitis Vaudemontij &c. ac Chriſtinæ de Salme, frater vnicus Caroli à Lotharingià Ducis. Literis inſtructus Theologicis, theſes de Pœnitentia expoſuit dicatas R. P. Vrbano VIII. veſtigia ſe- A
quutus Caroli Cardinalis Vaudemontij, qui in eodem loco Muſiponti, theſes publicas obtulerat Gregorio XIII. ante Annos 50. Tullorum Epiſcopus & plurium cænobiorum Archimandrita; Samielani in Lotharingià, S. Manſueti Tullenſis, D. Petri Senonenſis, Diaconus Cardinalis deſignatur ab Vrbano VIII. & die 19. Ian. 1627. proclamatur. Varias Legationes & colloquia pro fratre Carolo, Luteriæ habuit cum Rege Ludouico XIII. pro rebus Lotharingicis (vbi Gaſto frater vnicus Regis, minimè Regis expectato conſenſu, coniugium contraxerat cum Margaretà Caroli Ducis ſorore) componendis, ſed in caſſum. Inter B
varios motus, fratre Carolo Ducatu Barrenſi Galliæ Feudo, priuato, An. 1624. Nicolaus Cardinalis Luneuillæus, Claudiam duxit vxorē, ſecundogenitam Henrici Ducis Lotharingiæ patrui ſui, & Margaretæ Gonzagæ filię Vincentij I. Ducis Mātuani, & Leonoræ Mediceæ; diſpenſatione Pontificis poſtea obtentà, die 21. Martij, vt Purpuram relinqueret. Dux Carolus ius omne dominiorum ſuorum, fratri ceſſerat Cardinali, die 19. Ian. 1634 In Flandriam, Florentiam deinde Nicolaus Princeps cum coniuge ſe recepit, cum omnia ſubuerſa iacerent in Lotharingià; munitiſſimis vrbibus, quarum caput Nanceium eſt, captis, habitu ple- C
beio Princeps primò diſceſſit. Vxor ſpetie mulierculæ palos vineales humeris deferentis euaſit inter armatas militum turmas, portas Nanceianas cuſtodientium: vrbem Ludouici XIII. Regis nomine gubernante Braſſaco nobili Pictone.

59. *Henoch placuit Deo & translatus eſt; placita enim erat Deo anima illius: propter hoc properauit educere illam de medio iniquitatum.* Eccli. 44.



Hieronymus Vidonus Cremonenſis Vidonis filius Margareta Perſichella natus die 26. Octob. D
1581. facto Peruſij, vtriuſq. iuris experimento lauream obtinuit. Romam aſcendit ſub Clemente VIII. & ſub Paulo V. Abbreviator Parci Maioris, dein V.S. Referendarius, Prolegatus Picæno præfuit, Clericis adijcitur Cameræ. Apoſ Sedente Greg. XV. Annonam curauit: ſub Vrbano VIII. Generalis Eccleſiæ Theſaurarius, Romandiolæ Præſes, Curator Exercitus Eccleſiaſtici, die vero 19. Ian. 1626. Diaconus Card. Anno tantum publicatus ſequenti, Pontifice indulgente; vt quamuis Diaconus titulo præeſſet *SS. IV. Coronatorum*, in quo legitur.

D. O. M.

In honorem capitis S. Sebaſtiani M.
Quod a Greg. IV. in theca argentea reconditum
a S. Leone IV. in hac Eccl. ſia collocatum,
A Io: Garſia Card. Millino huius Eccleſiæ Titulari
inventum,
Hoc loco Hier. Card. Vidonus eiuſdem eccl. Titularis
Decentius collocauit An. 1632.
Sedente Vrbano VIII. P. M. An. eius. IX.

Cameræ Clericus Apoſtolicæ Odeum, Organum in Eccleſia extruxit S. M. De Aquiro, vbi legitur.

Hier Vidonus Cam. Apoſt. Cler. An. MDCXXI.

Congregationibus adſcriptus Hieronymus Epiſcoporum, Regularium; Fabricæ; Boni Regimininis, Aquarum, Viarum, Signaturæ Gratiæ, non minus caute ſe gerens quàm prudens, populis æquè ac Pontificibus ſatisfaciens, poſtquam Canonizationi ſubſcripſiſſet S. Andrę Corſini, die 30. Octob. 1632. angina correptus, è viujs abiit, in Eccleſia ſepultus S. M. de Victoria, ſacello quod ipſe in honorem extruxerat Virginis Aſſumptæ; cum ſequenti cenotaphio.

D. O. M.

Hieronymo Vidono Cremonenſi
Qui graviſſimis apud plures S. P. muneribus functus
Ab Vrbano VIII. P. O. M.
Per honorum gradus euectus, ad purpuram
Magno vbiq. non minus innocentiæ,
ac ſinceritatis exemplo
Quàm ſui deſiderio apud omnes relicto
obiit. Sal. An. 1632. Ætatis 51.
Cæſar Marchio S. Io: in Cruce Fratri O. mæſtiſſ.
P.

In pauimento eiuſdem ſacelli legitur.

Hæc eſt expectatio mea.

In Eccleſia Cremonenſi, Cives publico decreto ſequens inſcripſere elogium.

D.O.M.

D. O. M.

Hieronymo Vidono patritio Cremonensi S. R. E. Card.
Eminentissimo.
Qui paginam felicitatis meritis implevit, & præmiis
Documento Aulicis;
Fortunæ rotam Virtutis clavo defixi.
Romam titulo, ingenio capax prope exhaurit amoris
Pari gratia sub quatuor Pont. Max pollens
Clemens enim VIII. illum inter Aulæ Rom. Præsules
adlegit
Paulus V. Sig. V. Referendarium,
Abbreviatorem de Parco Maiori
Piceni Prolegatum, & Cam. Apo. Clericū renuntiavit.
Greg. XV. Annonæ pref. ad urbis tutelam decoravit
Vrb. demum VIII. præsidem prius totius Flaminiæ
Et generalem Ecclesiæ thesaurar. nuncupatum
In S. Card. Colleg. Orbe plaudente cooptavit
Vere de eo fama fuit, destinavisse Patres, optasse Reges
Vt Pontifex M. ipse renuntiaretur;
Si vitam ad proxima comitia protraxisset.
Civitas tanto decore destituta, parente velut orbata
Meritorum grata, & provido exempla, decreto publico
Amoris & doloris monumentum,
æque in marmore, ac corde
Curantibus Fabricæ Præfectis
Alphonso Maynardo I.C. & Equite Reg. Duc. Sen. Mediol.
Andrea Roncadello
Cap. Hier. Zucchello
Ludovico Bonetto
Balthassare Succia.
Vixit An. 51. in Cardinalatu 5.
Obiit Romæ die 30. Octob. 1632.

Magnificavi opera mea, & ædificavi mihi domos, & plantavi vineas, feci hortos, & pomaria, & consevi ea cuncti generis arboribus & extruxi mihi piscinas aquarum, ut irrigarem Silvam lignorum germinantium. Cumque me convertissem ad universa opera, quæ fecerant manus meæ, vidi in omnibus Vanitatem. 2. Eccles. 4.



MArtius Ginettus Italus, patria Veliternus, Io: Baptistæ filius ex Olympia Pontianella, die 6. April. 1585. natus, in Collegio adoleuit Romano sub disciplina Valentini Mangionij, Gallutij, ac Bernardini Stephanii, deinde in Romana Accademia, iuris vtriusq. lauream adeptus Paulo V. inservijt Cubicularius honorarius, maioris præsidentiæ Præses, Signaturæ Iustitiæ & Gratiæ Iudex S.R.E. Quæstoris Auditor, Vicarius Card. Farnesij, sub Vrbano VIII. præfectus domus Pontificiæ, Sacræ Consultationis à secretis, V. S. Referendarius, die tandem 29. Ianuarij 1626. ætatis suæ primo supra quadragesimum Diac. Card. *S. Mariæ Novæ*, Francisco intercedente Barberino, nec longe Vicarius in Vrbe ad Germanos de Latere Legatus, pro totius Orbis pace procuranda, qua ex legatione in Italiam redijt, & Mantuæ, aureis coronis frontem cinxit Cœlorum Reginæ, instante Maria Gonzaga. Ferrariensi postea legatione functus, Romam redijt ad Vicariatum, quem pro eo absente Card. gesserat Barberinus frater Pontificis. Legatus ad Germanos abysset secundo, nisi Vrbani PP. ad-
A versa valetudo consilia pacis distulisset. Congregationis interfuit S. Officij, de Propaganda, Concilij, Status, Consultationis, Signaturæ Gratiæ, Examinis Episcoporum, Visitationis Apostolicæ; Præfectutam egit in congregatione Episcoporum, Regularium, Immunitatis Ecclesiasticæ, Ergastulorum, Indulgentiarum, Reliquiarum, Confinium. Carmelitarum Patronus pluries præfuit comitiis Romæ celebratis, vnde in cænobio S. Martini tit. equitij legitur.

Martio Ginetto optimo protectore & Præside
B *Capitulo Generali Romæ celebrata XXX. Maij.*
M.DC XLVIII.
Fr. Io: Anton. Philippinus Romanus electus Generalis.

Canonizationi subscripsit S. Andreæ Corsini; S. Thomæ de Villa Nova; & S. Francisci de Sales. Ad Diaconiam translatus *S. Angeli in foro Piscium*, mox *S. Eustachii ad Pantheon* Presbyter *S. Mariæ Angelorum, ad Thermas Diocletiani; S. Petri ad Vincula; S. M. Transtyberim; Ep. Albanus, Sabinus, Portuensis*, Sacri Collegij Decanus comitijs interfuit Innocentij X. Alex. VII. Clem. IX. æta-
C tisq: privilegio ad futurum Pontificatum candidatus, ni Albiccium Card. ferocem habuisset insultatorem.

Divitias congregavit, distribuitque vivens patrium solum amplissimis ædibus, hortis, fontibus exornando. Pertransceuntes si auctorem ignorent, antiqui Cæsaris judicabunt opus, non Cardinalis.

Sacellum etiam in templo D. Andreæ de Valle excitavit, opus nobile atque structura magnificum, vbi quiescit cum sequenti epitaphio.

Martius Ginettus.

D *Ab Vrbano VIII. Pont. Max. Card. creatus*
Mox Vrbis Vicarius
Coloniæ Agrippinæ, Christiano Orbi pacando
Indeque Ferrariæ regendæ Legatus
Demum laborum, dierum, & gloria plenus
Obiit Episc. Portuen. Ætat. LXXXVI.
Anno M. DC. LXXI.

61. Lu-

61. Lucerna ardens, & lucens, Io: 5.



ALexander Cęsarinus, nobilis Romanus, Iuliani filius Ducis civitatis Nouæ, ex Lucia Virginij Vrsini filia, Romæ natus Anno 1592. fratrem Virginium habuit supra ætatem eruditum, quem ad purpuram cum destinasset Vrbanus, morte præreptum, huic Alexandrum substituit die 30. Aug. 1627. iuris
A
vtriusque doctorem, V. S. Referendarium, & Cameræ Clericum Apostolicæ, & Comitiorum pręfectum, Diaconiæ præfuit *S. Mariæ in Dominica*; dein *S. Eustachii*; ac *S. Marię in via lata*. Die 26. Aprilis. 1636. Episcopus Viterbiensis, post Annos duos Ecclesiam illam libere resignauit, postquam Seminarium restituisset. Quintus suæ familiæ Cardinalis, moribus vere ecclesiasticis dum Ecclesiam ornaret Romanam, improuisa angina correptus, annum agens 52. Romæ obijt die 25. Ianuarij 1644. in Ecclesia sepultus S. Mariæ in Ara Cœli, tumulo gentilitio. Ejus memoria in Ecclesia S. Catharinæ Senensis, quam consecra-
B
uit, vt ex epigraphe.

Alex. S. R.E. Diaconus Cardinalis Cæsarinus Romanus,

Ep. Viterb. & Tusculanensis ecclesiam hanc in honorem S. Seraphicæ Virg. Catharinæ

Die 13. Septemb. consecrauit, eamq. anniuersaria die visitantibus 40. dies de vera indulgentia in perpetuum concessit An. D. 1640.

Memoriam habes etiam in Canonizatione S. Andreæ Corsini, cui subscripsit.

Lege Ughellum. Floren. Martinellum. *H. Diaconia S. Marię in via lata*. Victorellum. Amy-
C
denum *Vita M. S.*

Date nomini eius magnificentiam.
Ecclesiastici, c. 39. n. 20.



ANtonius Barberinus Vrbani VIII, ex Carolo fratre nepos, matre Constantia Magalotta, Francisci Card. Barberini frater natu minor, Romæ natus die 5. Aug. 1608. in
D
Collegio educabatur Romano, cum pręter omnium spem, Maphæum patruum assumptum audijt in Christi Vicarium, a quo, Ordinis Prior Hierosolymitani, Maior Crucifer Melitensis, Commendator Fanensis & Bononiensis, vtriusq. Sig. Referendarius, cum Franciscum fratrem inter Cardinales suspexit promotum, emulator & ipse cœpit instare promotionem suam, in quam patruus non inclinabat; quia Antonij mores in castra magis declinarent, *quàm in ecclesiam* Gibbus erat, natura ferox & quamuis in Collegio adoleuisset Romano, gladium calamo pręferebat, liberalis tamen, & quasi prodigus non tam populum sibi conciliavit Romanum, quam advenas & peregrinos, prodigium hercle virtutis futurum, si liberalitas associata fuisset: Vbi enim cumulantur virtutes; Prodigalitas ipsa ad coronam accedit, veluti Titan, qui radios immittit super bonos & malos. Sua itaq. liberalita-
A
te aculeos propulsauit & censuram declinauit historicam inuidos & loquaces bonis collatis in amicos sibi concilians. Nullus Principum vitio apud posteros notaretur, si manus beneficas extenderent in aulicos, quorum animæ mercenarię semper ad ostium pulsant, & Principem adulantur. Inter Cardinales Diaconos assumptus Anno 1627. die vero septima Idus Februarij 1628. publicatus, *S. Marię in Aquiro* præfuit quam commutauit cum *S. Agathę in Suburra*, postea cum *S. Marię in Via Lata*. Presbyter dein Card. *SS. Trinitatis in Monte Pincio*: die 21. Oct. 5655. Ep. *Tusculanus* successive *Prænestinus*; Abbas
B
trium fontium; Abbas Nonnantulanus; magnus Prior Vrbis Hierosolym. S.R.E. Camerarius Basilicæ Liberianæ Archipresb. legationis munere fugens ad Principes Italiæ, Ducem adijt Sabaudiæ; congressum habuit cum Cardinali Richelio apud Pinarolum à Gallis obsessum. Auenionensem Ferrariensem, Bononiensem, Romandiolę legationes gessit. Vtriusq. Signaturæ Præfectus Iustitiæ, & Gratiæ, Breuium: Galliæ, Prædicatorum; Monachorum S. Bernardi, Canonicorum Regularium Patronus; nomine Sedis Apo. Vrbini possessionem inijt; cujus legationis nummisma occurrit, cuius in fronte Antonij imago cum lite-
C
ris *Antonius de latere leg. S.R.E. Card. Barberinus*. Ex adverso Pallas sub lemmate, *Ad vtrumq. parata*. Rem militarem sub Vrbano patruo, summa quidem prudentia, & munificentia administrauit, qua militum sibi cōciliatis animis, nisi pax restituta fuisset, in spem glorię merito Romanos excitaverat. Ad Vrbem cum è legatione rediret, quemdam è plebe Tyberi submersum cum levari iussisset; eidem ab aquis extracto centum aureos nummos duplices dono dedit. Marsupium bene nummatum cum aliquando ludens lucratus esset; inter milites stationarios diuisit. Eiusdem impensis Romana iuuentus, spectante populo, ludo velitari, in foro agonali, ad prælij simulacrum
D
equestris, viuente Vrbano decurrit ea pompa, & apparatu, vt totius Europæ oculos ad se traxerit. Lege carmina *Lęlii Guidiccionis*. Plura ei obyciuntur in libro, cui titulus *Statera Principum Purpuratorum*; quæ mihi suspecta prætereo. In tutela excessisse familiarium suorum haud dubito pręcipuè *Caroli Possenti*, & Manenti. Creato namq. Innoc. X. R. P. ab Antonij latere, palam a birronibus,

bus ereptus *Carolus* cum ſecretario *Manenti*, Bononiam ducti, inquiſiti, conuicti, pœnam ſceleris luere capite, Cardinalis Antonius Barberinus ad Gallos confugere coactus, quibus aurea inuiſus iacebat, quaſi eius culpa opinio Regia non præualuiſſet in comitijs creandi noui Pontificis, in quibus victoria non homini adſcribitur, ſed Numini, Hiſpano pariter non gratus; novo Pontifici Innocentio X. Suſpectus, ob Gualterij cædem nepotis, quam in Flandria vulgus veritatis ignarus Antonio imputabat; interprete Cardinali Mazarino Pariſijs ſtante Gallicam protectionem redemit Lutetiam Pariſiorum aſcendens, A vbi cum tota familia reſedit donec Innocentij X. animo in Antonium concitato deferveſcente, Romam redijt. Interim à Rege Gallorum, Abbas Vticenſis Monaſterij, alias S. Ebrulfi in Normannia renuntiatus, Ordini adſcribitur S. Spiritus, Regis ac regni magnus Eleemoſinarius, demum Epiſcopus Pictauienſis, Archiep. Rhemenſis, Lutetiæ Pariſiorum, Galliarum Delphinum ſacro fonte luſtrauit: vera humanæ ſortis metamorphoſis.

Plura ejus munificentiæ munimenta ſuperſunt: præcipue aula Templi S. Agathæ, quam opere tectorio illuſtrauit: portam condidit maiorem, Diaconicum columellis ſeptum, aperuit: B Porticum, Odeum a fundamentis extruxit, ſpecularibus adiectis, nobili opere: Ara maxima diſturbata, nouam ex marmore puriſſimo condidit, vbi Sanctorum Reliquias condidit cum inſcriptione.

✠

Corpora SS. M. Hippolyti, Adrias, & Neonis
Ac quamplurimas alias Reliquias cum ſuo nomine
Card. Antonius Barberinus *ſub hoc altare collocauit*
An. Dom. M. DC. XXXVI. die 3. Feb.

Altare S. Agathæ a Ludouico Card. Podocatharo olim erectum euertit, & de nouo ex Carrarienſi marmore refecit, Reliquijs cum inſcriptione repoſitis.

✠

Corpora SS. M. Pauline, Dominanda, & aliarum duarum ſororum.
ac multas alias Reliquias
Card. Anton. Barberinus *ſub hoc Altare collocauit.*
An. Dom. M. DC. XXXVI. die 3. Februarij.

In interiori Templi parte, hæc impoſita inſcriptio.

Ædem S. Agathæ
Molim Gregorio Venerabilem, inclytis de Cœlo prodigiis illuſtrem
Nuper vetuſtate ſqualentem
Tom. IV. Card.

Card. Antonius Barberinus
In hanc ſpetiem redegit A. Vrbani VIII.
P. M. Patrui XIII.

In fronte Diaconiæ S. Mariæ in via lata, hæc leges.

Antonio Barberino S. R. E. Card. Camerario
Regis ac Regni Chriſtianiſs. magno Eleemoſinario.
Quòd Templum Diaconiæ quondam ſuæ
Picturis in laqueari, & perpetuis Aulæis
Ex purpureo Damaſceno ſerico, aureiſq. fimbriis ornauerit
Capitulum liberaliſs. Principi Memor P. M. DC. LII.

In ſacrario Baſilicæ Liberianæ ſub effigie Antonij Cardinalis.

Cardinalis Antonius Barberinus
Vrbani VIII. P. O. M. ex fratre Nepos Ep. Tuſculan.
S. R. E. Camerar. Mag. Franciæ Eleemoſinarius
Huius ſacros. Baſilicæ Archipresb.
Celebritatem & gloriam, quæ perſonat apud omnes
Præcipue in Exquilinam Virginem pietate
Officio & vigilantia in eius Clerum
B *Et inexhauſta in ſacram ſupellectilem*
Pretioſis in dies donariis amplificandam munificentia comprobauit

Ante valuas eiuſdem Baſilicæ.

Card. Antonio Barberino Archipresbytero
Areā marmoreā, quam Chriſtianorum pietas excalpſit
Laborante ſub Tyrannis Eccleſia
Vt eſſet loci ſanctitate venerabilior
Franciſcus Gualdus Ariminenſis Miles S. Stephani
Ex ſuo Muſæo huc tranſtulit. M. DC. XXX.

C Ad ſacrarium D. Mariæ ſupra Mineruam, iuxta cubiculum S. Catharinæ Senenſis.

Card. Anton. Barberinus Ord. Prædicatorū Protector
Ob ſingularem in S. Catharinam V. Senenſem eiuſdem Ordinis Pietatem
Cubiculum, vbi Seraphica Virgo
Sponſum nunquam Occidentem ſolem excepit,
Vnde ad ſemper Orientis thalamum euolauit
Ab antiquis ædibus ſeiunxit
Et in hoc ſacrario ad maiorem eius cultum collocauit
An. Dom. M. DC. XXXVII.

D Patronus Canonicorum Regularium S. Saluatoris, ſequentem habuit memoriam, in titulo Eudoxiæ, in ſacello Chriſti mortui.

Antonii Card. Barberini

Canonici Regular S. Saluatoris Patroni
Immortalis in ſe beneficentiæ Monumentū immortale

hic posuit.
Vt pio maxime Principi inscriptus lapis
Augustiorem sacelli spetiem maxime redderet.
Quod diuinæ pietati sacrum exornauit.
D.Thomas Mentius Abbas Generalis.
An.D.M.DC.XLII.

Qualis fuerit in familiares vel mortuos,ex epigraphe habes in Ecclesia S.Onuphrij,In Ianiculo.

Antonius Barberinus S.R.E. Card. Camerarius
Constantiæ, prudentiæ, integritatis,
& multiplicum virtutum memor.
Quæ in Iosepho Abbate Palmerino, Patritio Monopolitano
Principibus acceptissimo
Et sui intimo familiari præfulserunt
Ne peculiaria merita cum mortuo emorerentur
Monumentum posuit.

Scripsit Antonius Card. Barberinus carmina Latina. & Hetrusca, quæ asseruari dicuntur in ædibus Barberinis. Canonizationi suascripsit S. Andreæ Corsini. De eo carminibus luserunt Vrbanus patruus;Ignatius Braccius. Ioannes de Lugo S.R.E. Cardinalis ei tomum secundum inscripsit *De Iustitia & iure*. Hieron. Sopranus *commentaria in Dauidem*. Ioseph Augustinus *tom. 2. Commentariorum in primam partem D.Thomæ*. Philippus Allegambe *Bibliothecam scriptorum Soc. Iesu*. Bartholomæus Rogatus *Elegiarum libros IV.* Paulus Aresius *de Canticorum sensu*.

63. Cui erat insigne Castorum. Act. 28.



Hieronymus Columna Romanus ipso agnomine clarus ex patre Philippo Paliani, Taleacotij, & Marsorum Duce, Regni Neapolitani magno Connestabili, & Lucretia Thomacella huius germinis postrema, in orbem prodijt die 23. Martij.1604.in Orsognæ oppido, sub paterna ditione apud Samnites. Puer immitandis Ecclesiæ ritibus, extruendis arulis dedit infantiam, fælici præsagio sacerdotii futuri. In domo paterna literis imbutus humanioribus, Abbas a Paulo V.renuntiatus S. Marthæ, Philippo iubente Hispaniarum Rege in Hispaniam descendit, & in Accademia Complutensi, lustrato scientiarum Areopago, vtriusq.iuris lauream obtinuit. Rex vero ad testimonium amoris Regiæ cortinæ Hieronimum addixit. Nupserat interim Anna Columna Hieronymi soror Thaddæo Barberino Principi, Vrbani VIII.nepoti,quibus intercedentibus, suffragantibusq.Hieronymi virtutibus; Romam reuersus An.1627. inter Diaconos Card, vnà cum Antonio Barberino cooptatur, quamuis 7.Idus Feb. 1628. solummodo Diaconus præfectus *S.Agnetis in Circo Agonali*, ad *S. Angeli in foro piscium* postea translatus, quem titulum cum *S. Maria in Cosmedin*, ac *S. Eustachii ad Pantheon commutavit*. Presbyter postea diversis temporibus præfuit Ecclesiæ *S. Siluestri de capite*; *S. M. Transtyberim*; *S. Laurentii in Lucina*. Rexit etiam Episcopus ecclesiam *Tusculanam*, Bononiensem (loco Mediolanensis, quam ei Vrbanus commiserat) ab eodem Vrbano consecratus in sacello domestico, diæcesim lustrauit sollicitus, synodos plures celebrauit,disciplinam restituit Ecclesiasticam, vbi lapsam inuenit: puerorum instructionem, in qua vna, fides nostra ac Religio innititur, curauit impiger; viros doctrina pietate præstantes dilexit vnice, fouitq. Hinc carmina Hetrusca Io: Ciampoli, ære suo, typis cudi voluit: quæ merito Romæ edita Cardinali sunt inscripta Columnæ.

Munificus erga Deiparam,scabellum ex argento constructum ad genua submitenda Lauretanę domui, dono dedit. Nobile templum D. Andreę Apostolo sacrum, in oppido Marini, a fundamentis extruxit, tabulis pictis ab Albano & Guercino claris nostri æui pictoribus, ornauit, & sequentem posuit epigraphem.

D. O. M.
More Carthusiano vt iucundam redderet mortem
Et propriam requiem oculis proponeret
Animo composito & immortali sibi viuens posuit
Totius prædicti. Ordinis Protector
Hieronymus Card. Columna
A. D. M. DC. LII.

Plures in Vrbe huius Cardinalis recurrunt memoriæ, præcipue in Basilica Lateranensi, ad Portam Sanctam.

Innocentii X. P. M. Auctoritate
Hieronymus Card. Columna Archipresbyter
Portam hanc Sanctam reserauit & clausit
Anno Iubilai M. DC. L.

In titulo SS. XII. Apostolorum.

D. T. O. M.
Hieronym. Card. Columna
Hac SS. Apostolorum Basilica
Columnensiū nō minus beneficijs,quàm ędibus coniūcta
Te tua Maiorumq. florentem laudem perpetuum sui
Tutelarem adoptat
Sic posito Monumento.
F.Felix Franciſchinus Cassianus
Ord. Conu.minister Generalis
Atq huius Monasterii familia contestantur
An. Dom. M.DC. XXIX.

Familiæ suę cum palatium ampliasset in Vrbe, ac supra modum ornasset; sequentia leguntur in foribus Aulæ.

Hieronymus Card. Columna
Dux & Princeps
An.D. M.DC.LII.

Fuit

Fuit Hieronymus placidis moribus quamuis vultu tumidus, erecta fronte per vrbem incendens Martino V. similis: Omnibus namque etiam de plebe respondebat mitis, audiebat patiēs, animumq. fouebat compositum in corpore rustico, & ad superbiam exposito. Sagax, prudens quamuis Barberini cognatus Innocentio X. bene visus, fortunam fixit nutantem amicitia Regnātis; Burghesiorum edoctus periculo, quum sedēte Vrbano VIII. viuenti fœdus prętulerūt defuncti Pontificis. Bononiensis dictus Archiepiscopus ab Vrbano VIII. eoq. mortuo, cum spargeretur ab aulicis, gratissimum fore Innocentio X. si ea sede Cardinalis honestaretur Albergatus, vt ap- A tius iste personam gereret Cardinalis Ludouisij nepotis Gregorii XV. nemine vrgente, suum ei obtulit Archiepiscopatum, Castoris more, cum periculo vrgente, ob testiculos peti gnarus, eos sibi amputat, & venatoribus proycit, vt enatare valeat absq. naufragio. Annæ Columnę nuptiæ cum Barberino, ex arcano potius celebratę dominationis, quàm amoris, cum pronubam subierint auaritiam, vinculo magis subsistebant sanguinis, quàm amicitię. Neq. cum Caietanis conueniebant Columnę propter homicidium Georgii Caietani patratum a Carolo Columna Hieronymi Cardinalis fratre, quem propterea Vrbanus morti destinauit ex rigore B iustitiæ, postea indulsit; hac arte nouam eludens inquisitionem, quam excitare potuissent successores Pontifices. Vt autem sibi caueret securius, cuculla indutus, in castra confugit Ecclesię, donatus postea ab eodem Vrbano, Archiepiscopatu in partibus Infidelium.

Interfuit Hieronymus comitiis Innocentii X. Alex. VII, quibus possessionem Basilicę Lateranensis Archipresbyter tribuit Ecclesię vniuersę. Post obitum Odoardi Farnesii, patrocinium suscepit Ordinis Carthusiani. Patrocinium quoq. gessit, mandante Cęsare Ferdinando III. Germanię ac Imperii Romani: Aragonię, Sardiniæ, Catalunię, præ- C cipiente Rege Philippo IV. eiusq. Orator libellum supplicem Alexandro VII. porrexit pro canonizatione B. Thomæ de Villa Noua. Firmatis inter Leopoldum I. & Margaretam Philippi IV. filiam nuptiis in Hispaniam euocatus a Rege sequentibus literis,

Muij Reuerendo en Christo Padre

Cardenal Colona mi muij caro, y muij Amigo. Estando declarado por plazo para la Iornada, que la Infanta Emperatriz mi hia ha de haçer a Alemania el mes de Abril del Anno que viene; y deseando yo, que la vaya siruiendo, y accompanando sugetto del grado, calidad, y demas cir- D *cumstantias, que son necessarias para semeiante empleo, ho hecho eleccion de Vos per lo que estimo Vuestra persona, y Casa, y la gran confiança, y satisfacion, que tengo della, deque ha parecido anticiparos la noticia, porque podays an virtud della disponeros para este viaie: especialmente hauiendo de venir Espanna para el tempo sennalado, a donde descarèllegueis con tota selicitad, y que se ofrezian ocasiones, en que experimenteis efectos de mi gratitud. Y sea muij Reuerendo en Christo Padre Cardenal Colona; mi muu amado Amigo Nuestro Sennor en Vuestra continua guarda. De Aranueza. 22. de Abril de 1664.*

YO EL REY.

In Hispaniam cum venisset, a Rege & Regina summo exceptus honore, cum Magnatibus ob præcedentiæ dissidia non conuenit; neq. cum visitarunt. Regi adfuit moribundo, mortuo iusta persoluit, in aula sacrum pro eius requie celebrauit. Consiliarius renuntiatus Caroli II. annuaq. donatus pensione scutorum septem millium, ab Abbate Parci in Sicilia persoluenda, Parochus honorarius Hispanam desponsauit Infantem Cęsari Leopoldo, eamq. Matrito descendentem in Italiam comitatus, ad litora cum appulisset Ligustica, vix naui egressus, febri correptus decubuit in oppido Finarii, die 4. Septemb. *1666.* ætatis *63.* tumulo acceptus temporario in ecclesia Patrum Dominicanorum, in Basilica humandus Lateranensi, ad pedes Martini V. Suppellectilem sacram sacelli sui domestici, Templo legauit S. Barnabę.

De eo Fr. Gabriel Fabrus Ordinis Minorum, elogium edidit. Vincentius Centurionus inscripsit *plausus Triumphales M. Ant. Columnæ* Aloysius Sanseuerinus *Catenam SS. Patrum*. Bernardinus Castoreus *eiusdem & Christianam Institutionem*.

64. *Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum: qui autem iudicat me, Dominus est.*
1. Cor. 4.



THeodorus Triuultius nobilis Mediolanensis, Principis Theodori filius ex Catharina Gōzaga Marchionissa Giufre, in lucem editus Anno 1597. castra miles sequutus Hispana vnà cum patre, eoque in Belgio amisso, duabus collectis equitum turmis in obsequium Philippi III. Hispaniarum Regis, eodem Philippo auctore, coniugē duxit filiā primigeniā Principis Monachii quæ in puerperio, vita migrauit. Curatoris inde Cęsarei munere functus ad Italiæ Principes, prò bello Vngarico, a Ferdinando II. Imperatore, pro se, suisque heredibus, Musocci, & Vallis Mesolurię Principatum obtinuit; atq. a Rege Catholico inter pręcipuos Hispaniarum Principes locum obtinuit. Inde altioris honoris auidus, exclusis plurimum nobilium fœminarum nuptiis, Cameræ emit Clericatum Apostolicę, & Protonotarius factus Apostolicus sub Vrbano VIII. paulo post, ætatis suæ Anno 32. Diaconus Cardinalis *S. Cæsarij*, die 13. Kal. Decemb. *1629.* dein *S. Maria in via Lata*, ac Piceni Legatus, Romę splendidè vitam duxit, Hispanę factionis tenacissimus, a quibus, ere signato sæpe sæpius iuuabatur, vt sumptibus respondere posset, quibus quandoq. oppressus, Roma discedere non fuisset permisus a creditoribus nisi auro fultus fuis-

ſet Hiſpano. Hinc Aragoniæ, Siciliæ, Sardiniæ ProRex regna populorum plauſu, ac Regis elogio adminiſtrauit. In Palermitana ſeditione, ſimili agitatus diſcrimine, quo Neapoli dux Arcos, ſui arcus vix funem euaſit, fidem tamen Regi ſeruauit & regna, honorem ſibi. Reipublicæ Prætor Mediolanenſis, ſumma vigilantia, illius vrbes ab incurſu defendit hoſtili, ægrotus etiam munitiones inuiſit, ſuppetias tulit obſeſſis, Ducibus timidis animum addidit, Italus pro Hiſpanis tantum conſulit ſolus, quantum Hiſpania pro Italis nomen eo-ſcentibus Hiſpanum. In aula Romana Oratoris Catholici, Equitum Hieroſolymitanorũ Patronus, cu- A
ſtos vigil iuris Hiſpani, *Explorator* appellabatur Hiſpanorum. Comitiis interfuit Innocentij X. Alex. VII. Hiſpanis ſemper morem gerens, ita tamen ne iuſtitiam negligeret, & libertatem. Hinc Vrbem moderante Vrbano VIII. cupidus Mazarinus quietem reſtituendi Lutetiæ Pariſiorum, obnixius paſſus Cardinalem Retzium; mandante Regina, fuit iſte liberæ cuſtodiæ traditus obſtrepente Roma, ignem fouente Hiſpano, ne Gallis in Romanos diſſidia deeſſent. Solus, Romę, inter Hiſpanos Cardinales Triuultius Pontifici anathema cogitanti aduerſus Reginę miniſtros (ni Retzius libertati reſtitueretur) reſiſtebat; *quod eſſent ſine viribus iræ. Nec latet* B
vnius Retzij iniuria ſacrum Cardinalium Senatum exagitari: vei untamen cum vis Sedis Romanæ nihil proficiat, quàm ad hoſtium Gallici nominis incrementum, & digladiandum cum libertate Gallicana; cur cauſam alienam, facimus noſtram? quantis iniurys, aduerſus iuſtitiæ leges in Mazarinum ſæuiere Parlamentarij, Rege ipſo inuito atq. fremente; ſtatuam Cardinalis veſtibus exornatam Pontificiis per compita trahentes; nec vllus veſtrum muſſitauit. Nunc ob læſę maieſtatis cauſa pacis publicæ perturbator Retzius cuſtodiæ traditur; ſyſtema totum Romanæ reuoluitur Iuriſdictionis; Neq. in eo conuenio, vt Marinus Archiep. Auenionēſis Pariſios mittatur ad inquirēdũ, vngendumq. vt iudicium ad Sedē remittatur Apoſtolicā: C
Si enim Cortinum in Nuntium Apoſtolicum agnoſcere Regina renuit; quòd ea in ſcia deſtinatus fuiſſet; quomodo Inquiſitori acquieſcet non quæſito, nec concordato? Diſſidia quærimus importuna. Tutius crederem, Cardinali Mazarino, cuia non minus intereſt honor purpurę, quàm noſtra, mandata dirigere: ſic enim in tuto erit fama Senatus; & Sanctitatis Veſtrę an obſequium & veneratio.

Patrię ſecuritatem curabat Mediolani Triuultius annum ætatis agens 59. cum febri petitus Martio ineunte, migrauit ad ſuperos: Anno 1657. Publico funere ei parentatum, perorante Alexand. Porro Epiſcopo Bobienſi, lingua Italica.

De eo Ioannes Bap. Manenti in præfatione *lucubrationum*: Iacobus Lampugnanus *De Chriſti Paſſione*, Auguſtinus Terzagus *literariarum lucubrat*: Brunorus D
Taberna *Cantici Italici*, laudes concinarunt. Galeazzus Gualdus *Theatro Virorum Illuſtrium*, effigiem expreſſit Triuultii cum elogio.

Cardinalibus ſuæ familiæ epigraphem Theodorus inſcripſit ſequentem.

Magnis Patruis

Io: Ant. ab Alex. VI. Auguſtino a Leone X. Card. ampliſſ.

Theodorus Card. Triuultius. MDCLIV.

De eo Thuanus. Victorelus. Victorius Siri *in Mercurio Veridico* Martinelus *H. S. Mariæ in Via lata*, Capriata in H.

65. *Da mihi Domine ſedium tuarum aſſiſtricem Sapientiam; noli me reprobare a pueris tuis; quoniam ſeruus tuus ſum ego, & filius ancillæ tuæ*; ideſt Virginis Deiparę
3. Reg. 3.



BEnedictus Vbaldus Italus, Peruſinus Marii Rodulphi filius ex Zenobia Vbalda Peruſina nepos Rotæ Auditoris Romanæ, ſub quo Romæ adoleuit, eiuſq. hæres ſub conditione, vt agnomine depoſito paterno, ac Monaldorum ſcuto gentilitio, *Vbaldi* aſſumeret & inſignia. Romano in foro cum litium patrocinia non ſine laude tractaſſet, ſucceſſionem in munere Auditoris obtinuit. Auditor poſtea Legationis datus Antonio Barberino ad Principes Italiæ Legato, eo intercedente Diaconus Card. aſſumitur *SS. Viti & Modeſti*, die 28. Nouembris 1633. Anno ſequenti Epiſcopatu donatur Peruſino, quē poſtea renũtiauit Horatio Monaldo germano fratri. Bononiēſem quamuis geſſerit legationē, cũ in ea gloriā quæreret non diuitias, egeſtate laborans vitā duxit ærumnoſam, vnde ei non eſſet, quo aulicis ſtipendia ſolueret, auditus ſæpe exclamare; maluiſſe in Rota perſeuerare Romana, quàm inter Cardinales ſedere; idq. eo animi exprimebat angore vt ſtrophiolum effuſis humaret lacrymis. Gloriam ſuæ legationis Virgini adſcribens Immaculatæ, ac Franciſco Tutelari columnam erexit marmoream, Virginis impoſita ſtatua cum epigraphe.

D. O. M.

Benedictus SS. Viti & Modeſti Diac. Card. de Monaldorum familia Peruſii ortus, vt benifici teſtatoris auunculi præceptum impleat, Vbaldus *nuncupatus, Ep. Peruſinus, & Bononię de latere Legatus ob ſuam erga ſacrum D. Franciſcum Ordinem proſperam voluntatem, hanc columnam Immaculatæ* Conceptioni *erigendam curauit, & tantas ſuæ ſuęq. Domus Protectricis ſimulacro proprium nomen in adorationem ſubmitti voluit; cumq. gubernatæ ciuitatis tranquillitatem eiuſdem Virginis nomini acceptam ferat gratiam, quam illi habet, hoc marmore teſtari iuſſit. An. Dom. MDC. XXXVII. Pontif. S. D. N. Vrbani Papæ VIII.*

Peruſii quieuit die 20. Ianuarij 1644. ætatis 60. ſepultus in eccleſia principe.

In vrbe Peruſina cum ſequens legeretur memoria lite orta An. 1649. inter Comites de Rayneriis, & D. D. de Monaldis auctore Prætore; ſublata fuit.


D. O. M.

D. O. M.

Glotto Augustæ Patria Prætori
Et
Benedicto Card. Vbaldo Episcopo
Ex Monalda Nobilitate
Alter qui spirat è marmore
Montelucium Monasterium fundauit An. D.M.CCIIX.
Alter præsenti virtute firmat
Conditori patrono
Gentilibus beneficentiss. Sanctimoniales PP. An. Dom.
MDCLI, A

De eo lege Vghellum. Marrac. *in Pur. Mariana*. Felicem Ciattum in *Annal. Perum* Amyden. *V.M.S.* Cæsarem Alexium *in præfat. elogiorum*,

66. Et relinquent alienis diuitias suas: & sepulchra eorum domus illorum in æternum.
Psal. 48.



IVlius Gabriellius Romanus Antonii, & Prudentiæ Lancellotæ filius, Horatij Card. Lancelloti nepos, in B Romano Collegio, literis instructus, Anno 1622. coram Gregorio XV. in die Pentecostes de aduentu Spiritus Sancti, orationem habuit, & typis datam Scipioni Burghesio dedicauit. Laurea ornatus Iurisprudentiæ, Clericatum emit Cameræ Apostolicæ, Vrbano sedente, quo in munere, vt omnium laude dignissimus propter modestiam, pauperum amorem, literarum studium, ita ab omni prorsus laudum ambitione remotus, ex Clericorum Decano, die 16. Decemb. 1641 Diaconus Card. assumptus *S. Agathæ in Suburra*, postea C Presbyter Card. tit. *S. Priscæ in Auentino*; *S. Praxedis*; *S. Laurentij in Lucina* Episcopus Asculanus; coacta synodo leges dedit pro cura animarum; sub eodem Vrbano, legatione functus Vrbini, ad suam postea rediit ecclesiam, gregi gratissimus, cui præfuit sine querela. Ter comitiis interfuit Innocentii X. Alex. VII. & Clem. IX. sub quo Episcopus creatus Sabinus, ecclesia relicta Asculana, Reatinam assumpsit in quo ob dissidia cum diæcesanis (Gabellarum occasione, quas exigi mandauerat Papa) vexatus; tandem amice composuit. In Vrbini legatione diuitias congregasse accusatur ad decorem familiæ. Eius effigiem expressit Hannibal Adamus in D sua *Pallade Purpurata*, adiecto epigrammate, cuius Lunæ alludens in stemmate depictę, Gabriellæ Gentis.

Si tibi plena dies, e lumine martiis ardet,
Luna, quid obscura noctis amica nitet?
An caraata sine, tua lumina, Cynthia adorat
Deq. tuo sperat crescere sole iubar.
Perge, nec obscuros timeas, o Luna labores;
Nulla tibi solem terra, nec vmbra reget.

De eodem stemmate cecinit Franc. M. Vannotius libro, de Aqua Salmacina, quem Iulio Card. dicauit.

Portentum, solem vincit tua lumina Luna;
Ille vni Mundo sufficit, ista tribus.

De eo Statera Principum Purpuratorum M. S. Vghellus. Siri *in Mercurio*.

67. Sponsus sanguinum tu mihi es.
Exod. 4.



IVlius Mazarinus Petri, ac Hortensiæ Bufalinæ Tifernatis filius, die 14. Iulii 1602. in oppido Piscinæ natus apud Samnites, Siculus natu eius parens, cū bonis cecidisset Romam venit, vbi duos masculos procreauit Iulium, & Michaelem, ac vnam fœminam. Auum habuit ..... artificem pileonem, & hoc ad Mazarini gloriam, cuius nobilitas non proauo cinere sed ex auro gestorum. Non enim nobilis qui nascitur se qui nobiliter viuit. Hoc hominum est: illud brutis etiam commune. Hominem Creator plasmauit non solum, vt homo esset; sed vt humaniter operaretur, animalia calcando irrationabilia, quæ viuere coguntur impellente natura. Hominem Nobilem eadem positione explanauere Philosophi ac probum, scilicet virum constantem, prudentem, religiosum, iustum, gratum, cæterisq. ornatum dotibus, quibus commertium instruitur rationabile, atque Conscientiæ securitas. Ex vtero matris, Iulius non nudus prodiit, sed tunica quadam indutus, geminoq. armatus dente in ore, quasi alter Marcus Curius Dentatus æque, ac fortunatus. Septennis in Collegio Romano a Grammaticæ rudimentis se expedit, summo namq. ingenio præditus facillime superare voluit etiam natu maiores. Anno 16. ætatis, cursu absoluto Rhetoricæ, Philosophię sectator positiones Meteorologicas publice sustinuit tanta facilitate, vt viris etiam doctissimis admirationi fuerit. Anno ætatis 17. cum Hieronymo Abbate Columna Cardinale futuro, in Hispaniam descendit, vbi apud Complutenses, Iurisprudentiæ operam nauauit. Petrus interim Iulii genitor homicidii accusatus, Iulium ex Hispania euocauit. Alter nāque filius Alexāder nomine, mortalibus rebus valedixerat, & inter Prædicatores initiatus cōfugerat. Romam aduolauit Iulius audito genitoris periculo, & parentem a calumnia citissime exemit. Annum agebat ætatis 20. cum a Patribus Societatis Iesu relatio B. Ingatii, & Francisci Xauerii solemni pompa celebranda esset; ex petitus Actione maximo apparatu, in Collagio habita Romano, ipsius Ignatii personam tanta dignitate sustinuit, vt omnium admirationem, & amorem ad se traheret. Princeps interim

Prænestinus à Columnensium familia, occasione tumultus Vallis Tellinæ conscribebat milites; a quo facillime Iulius peditum cohortem sepositis scientiarum studiis, obtinuit, & cum eo Mediolanum venit, vbi Fräciscum Sacchettum militiæ Pontificiæ Commissarium Generalem, patronum nactus & ab eo sæpissimè negotiorum causa, ad Gallos missus & Hispanos, cum quibus Gallice & Hispanice loquebatur, amicitiam iniit cum earum nationum Imperatoribus, Torquato Tasso ecclesiastici Exercitus Moderatore; Duca Feriæ Mediolani Gubernatore, ac Hispanæ ductore militiæ: a quibus Romam missus, in itinere fractis rotulis currus, quo vehebatur, coactus paulisper consistere, ad ludum rediit, in quo cum esset magister irrepræhensibilis, vnius horæ spatio, Venetos aureos nummos mille, & quingentos lucratus, Sachetto, ioci causa rescripsit; currulis rotę fracturam impedimento quidem fuisse itineri incæpto, sed facilem viam ad aurum obtinendum.

Vrbanus ob millies cëtenna millia aureorum profusa in illis tumultibus, arma posuit: Mazarinus verò in domo Sacchetti Romæ per Annum substitit, quo exacto laurea ornatus Iurisprudentiæ, eadem die cum Sacchetto Mediolanum discessit misso ad remouendos Hispanos à Bello Mantuano. Post aliquot menses Romam reuocatus Sacchettus ob res domesticas Vicarium Mazarinum reliquit. Is audita noua designatione Legati, Antonii Barberini ad Italiæ Principes, occasione belli Mantuani, Bononiam citissime acurrit, deinde Romam, Legatum Pontificium de negotio tam clare, ac distincte edocens; vt ambo Mazarini personam in re tam ardua duxerint necessariam. A Pontifice itaq. ad Legatum, a Legato ad Collaltū Cæsarei ducem exercitus missus, adeo illum sibi deuinxit, vt palam Cardinali Antonio protestaretur, cum solo Mazarino in posterum agere velle, cauto non minus quàm prudenti ministro Pontificis. Egit itaq. sæpissime cum Carolo Emanuele Sabaudiæ Duce, qui ob proprium commodum, Gallorum in Italiam abhorrebat aductum, propterea permitente Legato, Mazarinum in Gallias ad Card. Richelium direxit. Lugduni prima vice Richelium offendit, expositisq. Italorum votis, quamuis non obtineret, commendationem tamen assequutus plenissimam. Labores multos suscepit ex Gallia Romam eundo, redeundo, cum Duce agendo Collalto, cum Spinula, cum ipso Rege, pro Italię pace, quam tandem post obitum Spinulę Mazarinus in ipsa pugna, inter Hispanorum, Gallorum, Germanorumq. castra, summa sui laude confecit. Ea firmata in Galliam rediit, ad stabiliendam Panaroli assignationem. Romam postea ascendit Lateranensis Canonicus, & inter aulicos Antonii Card. Barberini, Prosumistæ munere fungens, deinde Legationis Aueniõẽsis Auditor, Nuncius postea Extraordinarius ad Galliarum Regem pro libertate Electoris Treuirensis, ac restitutione Ducatus Lotharingi, priusquam ab vrbe discederet, Margheritam sororem vxorem tradidit Hieronymo Comiti Martinozzo Fanensi; Hieronymam natu minorem Laurentio Mancino nobili Romano: tertiam Muto nobili Romano: quartam inter Vestales locauit in Monasterio Tifernati, ex quo permittente Pontifice, ad Romanum transiit S. Mariæ in Campo Martio. Mansit in Gallia Mazarinus Nuncius Apostolicus duorum Annorum spatio charus Regi, gratus Richelio. Ægrotantem inuisit Rex. Richelius sæpissime cum eo per octo horas tractabat Vrbanus cum Regem per Mazarinum expugnare nõ valuisset, reuocauit, & prolegatum declarauit Auenionensem. Hanc Vrbem semestri rexit, inde Romam redux insultantibus æmulis, inuidiam de-

A clinare decreuit in Gallias secedendo, Rege ipso inuitante, qui vt Hispanis rependeret, hominem eis inuisum ad Subalpinos Regium Oratorem destinauit, vt Thomam Principem Sabaudum Gallo reconciliaret;& familiam componeret Sabaudam. Vtrũq. feliciter absoluit, sub capite suo collectis Sabaudis Thoma ipso clandestine cum Gallo conspirante. Redux Richelium ad Aquitanos tendentem sequutus, cæpit familiarissime vti euidenti Gallorum fruge; eius enim studio, occupatę Sedano (Asyllus erat perduellium) Tortonæ obsidione disposita, Iulii diligentia militari coacto apparatu; Principe Hispanis abalienato. Hinc ad Regis præces, Collegio

B adscriptus Cardinalium die 16. Decemb. 1641. cum vasa colligeret,& Romam ascenderet ab ægrotante Cardinali Richelio prohibitus, qui absq. æmulatione non tam socium dignitatis, quàm successorem ministerii procurauerat, apud Regem substitit; & cum morbo oppressus Richelius die 4. Decẽb. 1642. viuere desiisset; in eius locum a Rege subrogatus Delphinum è sacro fonte leuauit cum Cõdeia Principe. Iulius vero modestissime vtens regio fauore, breui Regis arbiter, eò ascendit vt Rege iubente consedèret (quod Richelio longissimo fidelissimę seruitutis tempòre nunquàm permissum) Rex tandem & ipse morti proximus ad se accito Iulio tabulas

C communicauit testamentarias, quibus Consilium delegerat pro tutela Regii pupilli, ac Monarchiæ, Principibus exclusis agnatis, ipsaq. Regina; cui tanquam caput solus Mazarinus pręesset. Restitit Iulius, discrimine futuræ seditionis exposito, si Regina cum Principibus excluderetur. Rex propterea mutato testamento, Reginam pluribus conditionibus alligauit, & inter assistentes Mazarinum recensuit, iuramento adstrictum, Gallia non discedere, quo voto patrinum in baptismate assumpserat. Mortuo Rege die 14. Maii 1643. indignum Regina ducens legibus alligari, defuncti Regis tabulas testamentarias irritas voluit in Parlamento, absente

D Iulio, qui aduersus Regem quamuis defunctum interesse non voluit, imo ad secessum paratus, quamuis iubente Regina subsistere coactus, iterum arbiter curauit cum Principibus externis fœdera instaurare antiqua, pacem Gallię in tuto ponere, arma in hostes promouere, quibus pacem Alemanniæ Gallis quæstuosissimam conclusit, Italicam firmauit, summoq. studio pueri Regis fines extendit, Regine matris nomen exaltans. Tanta exteri viri amplitudo ac fulgor plurimorum oculos perstrinxit. Quosdam secre-

secretus mordebat liuor, quidam palam obloqui. Hinc plures questus sed inauditi reconciliatis Principibus Regii sanguinis. Explicatis postea vexillis, Theodonis villam castra direxit Anno 1643. & Angueni Ducis auspiciis Gallico asseruit imperio. Friburgum obsidione cinctum leuauit, vltra Rhenum & Danubium traductis castris, Heilbruuam occupauit, donec Monasterii sancita pace Brisacum a Suecis iam occupatum An. 1638. in Alsatia, & Philippoburgum in Palatinatu inferiori retinuit. Eodem tempore insidias coactus declinare domesticas, Ducem Belfortii carceri tradidit, qui necem Cardinali parauerat. Artificio non minori Ducem Aurelianensem spe gloriæ, misit in castra; vt æmulatione, & discordia cum Anguiano Duce concordiam seruaret in aula; eaq. aura promouit, vt Aurelianensis magnam Flandriæ partem occupauerit. In Catalaunis expugnatis pluribus fortalitiis fratrē præfecit Cardinalem S. Cæciliæ. In Italia, Duce Thoma Principe Sabaudo plura tentauit omine sæpe infausto. Estenses tamen Hispano abalienauit, præcipue Rinaldum Cardinalem, qui Romæ patrociniū gessit Gallicæ coronæ: Plumbinum in ora maris Tyrheni, Portum Longum in insula Hua immissa classe expugnauit; quibus victoriis reconciliationem Barberinæ Domus promouit cum Innocentio R. P. quos ex inimicis fecit affines, Maphæo Barberino desponsata pronepte Pontificis, ad purpuram assumpto Carolo Palestinæ Principe, qui sponsalia contraxerat cum Comitissa Martinoccia Mazarini nepte, quæ postea Duci nupsit Mutinensi. Optime etiam audiit, quum sui mediatione Sueciæ & Daniæ Reges ad pristinam rediere amicitiam. Tanto incremento fortunæ, præuallebat Gallia; cum motu ciuili cuncta turbantur. Prima editionis occasio ab Emerico, vno ex præfectis regio ærario, angariare volente Parlamentariorum officia. Hinc Arrestum Parlamenti aduersus consilium Regium. Ex aduerso Regina, non consentiente Mazarino, consiliarium Brusselium, & duos Præsides Blamenium, & Sciartonum damnauit carceri. Plebs vero armata, in cōpitis viarū, expāsis catenis libertatē carceratorū extorsit cū deportatione supradicti Emeryci, ac iniuria Maiestatis cōtradicēte Mazarino, qui vt Parlamentariorū carcerationi nō subscripserat, ita eorū obstabat libertati quòd Regis esset, legem dare, non accipere: vt palam fecit euentus. In peius enim concitatus populus cum noua in dies postulasset nocte Epiphaniæ sacra (ita Iulio suadente) Parisijs Regina cum filio secessit die 6. Ianuarii 1649. Parlamentum verò Cardinalem tanquàm regii acutorem secessus tota Gallia deturbauit. Regina vna cum Condæo Principe Lutetiam obsidione cinxit & ad concordiam coegit. Parisios ergo Iulius rediit, inuidia comite, sed & inter Principes regii sanguinis immissa discordia nunc eleuando, nunc deprimendo, Condæum Principem cum fratre & cognato carceri tradidit; eodemq. tempore, quo in eos sententiam scribebat falsis amplexibus amicitiam simulabat, cuius specie eos in vincula traxit. Nec lōge Nepotes, quas Condæo vrgente, inter Vestales relegauerat, in aulam reuocauit, Regem puerum iterum Parisiis eduxit aduersùs Burdegalenses, qui seditiosi legem detrectabant, & Hispano eccitante vnà cum hostibus Mazarini contra ipsum Regem explicauere vexillū Domiti tandem fidelitatem iterum iurarunt. Mouit inde Mazarinus aduersùs Campanos, vbi Turrenius cum Hispanis castra tenebat, initoq. certamine hostem dissipauit, Rhetelium redèmit, atq. nominis famam, ob clades in Flandria receptas pene deperditam. Parisiis verò à coniuratis, Principum in Parlamento libertate decreta, Iulii deportatione sācita; præcurrit ipse ad locū carceris, vt sibi Principes

A recōciliaret iratos, Reginæ nomine liberos pronūtians adiecit. *Regina vos rogat, vt pro bono publico Regem, patriam, Reginam diligatis*: Cui Princeps Condæus. *Iustitia obstricti, quam erga nos Regina exercet Regi seruiemus, Regina* (ruensq. in ipsius Cardinalis amplexum) *vobis etiam Domine*. Vnà postea conuiuantes & adinuicem propinantes, prandio absoluto discesserunt, currum Principes ascendentes Grammontii; Iter precanti fęlicissimum Cardinali, Condæus, qui currus sedebat in porta respondit, adulationem non oblitus Mazarini, quando inter amplexus & oscula Condæum dirigebat ad carcerem. Parisijs interim Mazarini deportatione decreta; à

B Seditiosis coacta Regina Mazarino literas dedit, & ter replicauit, vt toto regno secederet. Apud Coloniæ Electorem honorifice exceptus, & liberaliter tractatus substitit, mente reuoluēs hostium ruinam, Seuerosæ ducissa interprete, qua auctore Mazarinus exulabat. Filię nuptias iam pactas cum Principe Contiaci, Condæi fratre (quasi pretium libertatis Principibus restitutæ) insinuauit Iulius per amicos Condęo Principi indecoras: & tanto Principi impares Seuerosæ nuptias, vnà cum detrimento Condæi stemmatis, si gemino matrimonio inter fratres patrimonium diuideretur. Quibus victi Condæi fratres nuptias celebrare negarunt. Furore propterea Se-

C uerosa percita, abiurato fœdere, Ducem Aurelianensem Reginę reconciliauit. Celebratæ etiam fuere nuptię inter Mazarini neptem, & Ducem Mercurii, furente Parlamento, quòd spretis legibus suis, Princeps Gallicus exulem desponsasset & hostem. Renouatis propterea Arrestis, omnes relegarunt, qui Mazarino adhærere dicebantur, quamuis Regios Consiliarios. Rex autem atq. Regina tantam Parlamenti arrogantiam volentes corrigere accersito milite Mazarinum euocarunt, Parlamento præterito, à quo Mazarini percussori decreta fuerant in pręmium quadraginta aureorum millia, si quis reum lęsæ Maiestatis tolleret; hoc enim titulo

D Parlamentarii Cardinalem appellabant. Romę in Consistorio cum inuidis & ęmulis non vacaret, captum; tanto abstinere discrimine; exitum à longè respicere. Stipatus interim quatuor millibus armatorum, quos proprio ęre centuriauerat, Augustoritium venit Cardinalis, occurrente extra mœnia Rege, qui curru descendens post amplexum, eum secum duxit, insanientibus Parlamentis Burdegalæ & Parisiorū: quorū decreta tanquàm seditiosa irritauit Rex. Per Annum & vltra perseuerauit seditio, Condęo

dæo auctore, & Aurelianensi cum aliis Principibus plena sanguine, Regias turmas dirigente Turrenio; Coniuratorum Condæo, qui specie publicę vtilitatis, Mazarini poscentes exilium, Regem alligatum volebant. Regi porro cum prægraue esset, a subditis legem accipere, & Consiliariis vti, qui cum hostibus conspirarent, adduci haud poterat, Mazarinum remittere. Tandē cum insanientibus non aliter consulere posset, ac populum die 9. Augusti 1552. placare furentem, Mazarinum secundo remisit; cuius missione exarmati Principes, a populo deserti, quòd bellum egerent modo non contra Mazarinum, sed contra Regem, secessere diuisi: Rex verò A
Parisiis restitutus aduersus perduelles lege decreuit: Cardinalem *Gondium* carceri tradidit; pro cuius libertate Mazarinus ipse quamuis absens accessit intercessor sincere ageret, vel simulate; non sine populi plausu, quòd Rex inciperet Regie agere: in vno tamen deficere; quòd vnà cum Cardinali Gondio, etiam Mazarinum non includeret. Castra iste curabat apud Campanos fortuna secunda, expugnatis oppidis, restitutis vrbibus in Regis obsequium: a quo Luteriam reuocatus venit, occurrente Rege duobus milliaribus extra vrbem, a quo perbonigne receptus vna cum Rege eodem curru vectus, Luteriam rediit in triumphum Regis & Regni arbiter, ad B
cœnam sedens cum Rege, qui vacantiū beneficiorum collationem distulerat, vt per eam Mazarinus sibi subditos conciliaret. Redierę etiam eius neptes, hospitio exceptæ Regali, earum in occursum exeuntibus matronis primariis. quarum vna Anno 1654. Contiaci Principi nupsit. Sic ludit Deus in Orbe terrarum. Aduena, bis exul Iulius, reus læsæ maiestatis proclamatus, menytro imposito in fauorem percussoris, neptis coniugio, miscetur sanguine Regio; Regina ipsa sponsam ad thalamum comitante. Eò tandem ascendit, vt prostrata inuidia regnaret pacificus de hostibus, de æmulis triumphator prolatis Galliæ triumphis, vt neminem timeret, cum omnibus terror esset, Vita migrauit 9. Martii 1661. ætatis 58. Mense V. die 22. post obitum Cardinalis Richelii, Anno 18. Mense 3. die 5. Eius in funere viri doctissimi parentarunt, Romæ, die 28. Aprilis ad S. Vincentii & Anastasii, iustis solutis orauit P. Leo Theologus Carmelita, vbi tumulus honorarius elogio animatus sequenti,

D. O. M.

Iulius Mazarinus Romanus
Virtute in purpura illustris

Vrbem & Orbem illustraturus, vitæ primordia supra D *ætatem illustrauit: in iuuentute militiæ adscriptus, immortalitati nomen adscripsit; adhuc puber pater pacis sub Casale è castris ab Vrbano VIII. ad publicas curas vocatus, in omnibus prodigioso ingenio clarus & charus omnibus: inde Christianiss. Rege commendante, Apostolico aggregatus Collegio, Armandi Card. Richelij amorem ab æstimatione adeptus, dignior meruit iudicari Successor, Ludouici XIII. propensione, & electione, Gallici Imperij Moderator designatus, Regnaturi Infantis è sacris vndis susceptor, Regniq. soboli, Regiæ Tutricis imperio Consiliarius, quo in munere dicendum nunquàm satis. Gallia eo directore, nunquàm maior, aut felicior, Ludouici XIV. eximia dilectione, ac existimatione eximijs ornatus honoribus. Tandem Christiana Resp. pace donata, Regniq. firmata coniugio ad summum gloriæ culmen euectus, Primarijs Europæ Principibus affinitate coniunctus, in prosperis, in aduersis, & in morte triumphans, omnia sua præconia hoc vno conclusit,*

Deo inseruire ac Regi
Obdormiuit in Domino An. Sal. MDC.LXI. Ætat. suæ LVIII. Mens. VII. die XXII.

Cum Regia munificentia Abbas esset S. Arnulphi S. Clementis, S. Vincentii, Metis, S. Dionysij in Francia, Cluniaci S. Victoris Massiliensis, S. Medardi Suessionensis, S. Petri Corbeię, S. Luciani Bellouacensis, S. Martini Lauduni, Moissiaci, S. Taurini Ebroicensis, S. Michaelis in Eremo, & aliorum Monasteriorum in Gallia, Præsul Metensis per abdicationem Henrici Borbonii, multum auri congessit, quo ecclesiam S. Vincentii & Anastasii Romę (cuius in finibus erat paterna domus) a fundamentis restituit, vt ex literis in fronte incisis,

Iulius S. R. E.
Cardinalis Mazarinus.

In Quirinali Regium palatiū coemit pretio nummorum 70000. Nepotem Ducem constituit Niuernensem, & Marescialium Migliareum refertissimæ hæreditatis ex asse instituit. Ex duobus sororibus plures cum sustulisset neptes, Lauram nuptui tradidit Alphonso Estensi Duci Mutinensi: Annam Mariam Contio Duci Ducis Condæi fratri: Victoriam Mercurii Duci Prouinciæ Procuratori, Henrici IV. Regis nepoti: Olympiam Eugenio Sabaudo: Mariam Laurentio Columnæ Regni Neapolitani Co-
C mestabili: Ortensiam Carolo Armando Marescialio Migliareo, rei tormentariæ Præfecto, hodie Duci Mazarino: Maria Anna post obitum Cardinalis Bulioneo Duci, Rege plaudente Ludouico XIV.

Condito testamento scuta ducenta millia legauit in Bellum Turcicum, cui Anno 1660. Maaarino auctore cum nauibus Gallicis quatuor millia peditum contulerat Rex Ludouicus Duce Almerico Estensi.

Mazarino cecinere elogia omnes fære literati quāuis ad sobrietatem munifico. Inter eos lege Petrum L'Abbe *in elogijs*: *P.* Marcellinum Gallum Cappucinum Hannibalem Adamum *in Pallade Purpurata*. Galeacium Gualdum *Vita Mazarini*. Baptistam Nanium *H. Veneta*. Sed laudes claudat Rex ipse Ludouicus XIV. *ep. ad Regem Hispaniarum*,

Mio Signore, Fratello, Zio, e Suocero

Nel giorno medesimo ch'è piaciuto à Dio di visitarmi con vno de maggiori trauagli, ch'io potessi mai riceuere, hauendo chiamato a se il mio Cugino Card. Mazarino, piglio la penna per dar parte alla M. V. della perdita ch'hò fatto d'

vn

vn ministro tanto degno, e fedele. Ma ho ancostimato d'hauer a trouare qualche sollieuo al dolore eccessiuo, ch'io prouo col depositarlo nel seno di V.M. la quale mi assicura hauerà la bontà di compatirmi, e di dare qualche sospiro alla memoria d'vna persona, che hà hauuto l'honore di essere da lei tanto stimata, e che per altro è stata di così sincera intentione, ch'ha goduto la buona fortuna di contribuire tanto viuamente all'vnione de' nostri cuori, e de nostri Stati, al riposo della Christianità, & alla felicità d'vn Matrimonio, che compone tutta la dolcezza della mia vita, e della quale sola consolazione, io sono presentemente capace. Quello che mi resta solo di conforto in questo accidente, e di che posso assicurare la M.V. è ch'egli è morto con sentimenti tali di religione, pietà, e di pentimento de suoi falli, che mi fanno sperare, che la Diuina Bontà l'habbi già rimunerata delle sue fatiche. Io so che V.M. che teneramente l'amaua, hauerà piacere d'intendere questa circonstanza, che può temperare tale disgrazia; ne io deuo tacere a gloria di detto mio Cugino, ch'vno de suoi vltimi consigli che con maggior applicatione ha procurato d'insinuarmi, anco nella maggior violenza del suo male, e stato di non solo conseruare inuiolabilmente la pace (in che ben sapeua, ch'io non haueuo bisogno di alcun stimulo) ma di stringere sempre più i nodi della nostra amicizia, della nostra vnione, in maniera tale ch'il Mondo tutto rimanga pienamente persuaso, ch'egli no sono veramente indissolubili, e che per mezo tale le nostre Corone, oltre le proprie forze, habbino anco vna considerazione, e l'vna per l'altra con vn'intima vnione di consigli ad interessi; al che assicuro la M.V. dal canto mio ogni possibile disposizione. Lascio poi alla Regina il pensiero di partecipare a V.M. vn'altra nuoua d'assai differente natura &c. 18. Marzo 1661, Parigi.

Romam Cardinalis dictus cum non intrauerit propterea titulum non sit consequutus; in ecclesia tamen S.Mariæ ad Martyres, aliàs *Pantheon*, sequens legitur memoria.

Auspicijs Eminentiss. Principis
Iulij Mazarini Romani S. R. E. Cardinalis
Hanc aram marmoream Veteris Noui Testamenti
Figuris celatam, tanquàm nascentis Ecclesię
Aduersus Iconomachos testimonium
Franc. Gualdus Ariminensis
Eques S.Stephani e tenebris in lucem hac transferri
Et veluti trophæum erigi curauit An. MDCXXXXVI.

68. Iusti fiunt sol in conspectu patris eorum.
Matth. 13.



VIrginius Vrsinus Domicellus Romanus, Ferdinandi Ducis Braccianı ex Iustiniana Vrsina filius primogenitus Romæ natus die 17. Maii. 1615, ob sanctioris vitæ amorē primogenitura relicta, vestem a pueritia induit Clericalem sperans ob natalium splendorem quòd breui purpura indueretur. Fefellit tamen opinio; quamuis optimis excultus moribus illustris natu, doctrina non obscurus; longa enim tolerantia fores pulsauit inauditus, imò spe omni frustratus, suæ promotionis, incipiens retro respicere, nuptias procurauit carnales cum Ludouisia Gregorii XV. pronepte; cuius dote rem magnopere leuasset domesticam. Timore correptus Vrbanus, ne tantis diuitiis Vrsini fulciti, prisca renouarent dissidia; specie honoris, purpuram obtulit; vt disturbato coniugio Vrsini opibus claudicantes quietem seruarent coacti. Die itaq. 16. Decemb. 1641. Diaconus Card. *S. Mariæ in Portica*; dein *S. Mariæ Noua*; *S. Mariæ in Cosmedin*; *S. Eustachij*; *S. Mariæ in Via lata*; postea
A Presbyter *S. Mariæ Angelorum, ad Thermas* sub Clemente IX. *S. Praxedis*; *S. Laurentij in Lucina*. Munus protectoris pro Regnis Lusitano & Sarmata gessit in vrbe; absente Card. Estensi Gallica etiam negotia tractauit, indignante Hispano, quamuis inuitatus a Marchione S.Germani, oratore Hispano, suo adesse ingressui, postea abstinere iussus, propter titulum contumacem *Protectoris Lusitani*. Cœtibus aggregatus de Propaganda; Indicis; Episcoporum; Regularium; Signaturę Gratiæ. Consistorialium; Cæremonialis; Fabricæ męnium Vrbis, maiestatis Vrsina in exercitio grauis, rigidus nemini parcit.

Carmen scripsit Italica in laudem Barberini pa-
B latii, in quo effigiem habes huius Cardinalis. Eo intercedente Alexander VII. Sal. An. 1655. Ordini S.Mariæ de Mercede redemptionis Captiuorum, officium, Missam permisit S.Raymundi Nonati, cum amplissima Rectorum indulgentia, die 14. Nouemb. 1656. celebrandum in ædibus S. Eustachii. Comitijs adfuit Innocentij X. Alex. VII. Clem. IX. & X. sub quo obijt.

69. O stulti & tardi corde ad credendum,
Lucæ. 24.

C 

RAinaldus Estensis Mutinensis, Alphonsi III. Ducis, & Elisabethæ Sabaudæ filius, Philippi II. nepos, Anno natus 1618. Anima grandis in paruo corpore, Francisco fratri non dissimilis, literis incubuit & armis, quibus sistemma innititur Maiestatis. Verum quia sterilis pax est; & otio marcescimus; impatiens sui domicilij Franciscus, quasi angusto premeretur in loco, per oculos spirabat, respirabat, vestigando sollicitus, vbi enitaret. Munere non contenti Austriaco, cuius sub ala castra eurabant in
D agro Mediolanensi (Mutina namq. Feudum cum sit. Imperiale; eius Duces nunquam ab Aquilis aberrauerant) decreuerunt fortunam augere dignitate pacifica Cardinalatus, quem etiam die 16. Decembris 1641. obtinuerunt, intercedente Ferdinando III. Imperatore. Paulo post, classicum canente Barberino aduersus Parmensem Ducem; Estensis Cardinalis reperitis actionibus pro Ferrariensi ducatu, ac agro Comaclensi manus dedit Parmensi euentu inutili præter spolia, & cædes; nam


nam rebus compositis, nil innouatum. Roma tamen abstinuit; vel manus abhorrens Sanguinolentas vel rumoribus tempus daret. Moritur interim Vrbanus VIII. ad comitia propterea Rinaldus venit absq. titulo, & sine pileo; quem ab Innocentio X. accepit, & Diaconiæ præfuit *S. Nicolai in Carcere*. Declinabat per hæc tempora, Fortuna Austriaca, vndiq. præualente Gallo in Germanos, Belgas, Hispanos, Insubres; quibus conterminus Estensis nouas amicitias, noua fœdera cogitauit. Austrij etiam in aduersis fortes, Romæ per suos Cardinales videbantur flocci facere. Hinc ira, & occasio Rinaldo propitia, nec iniusta ad hostes declinandi domus
A Austriacæ. Romæ cum in domo Cardinalis Albornotij conuenissent Hispanj, arcana rimantes maiestatis, Estensi prætcrito tanquam suspectæ fidei; paucos post dies, in pleno Consistorio, Lusitano vrgente oratore pro Episcoporum inauguratione in regnis Lusitaniæ; Purpurati secessere Hispani ne cum Lusitano conspirare viderentur. Solus Estensis quamuis præmonitus a Sauello Cæsaris oratore, adfuit constans, Sauello respondens: *Quod cum Hispani in suis Congregationibus minimi facerent Estensem: parui etiam foret eius præsentia in futuro Consistorio*: in quo libere, iuxta Gallorum leges, iura propugnauit Lusitani. Incredibile dictu, currenti Estensi
B qualia, quanta calcaria Gallus adiecerit; vt lapis Mutinensis, quem Hispani reprobauerant, fieret in caput anguli, Belli Italici, quod molliebantur. Vacantem ergo titulum Romæ, *Gallici Protectoris*, quo Antonium Barberinum Galli spoliauerant, Estensi contulerunt: Barberino absente cui magis opus erat decendi, quàm defendere. Cum autem publica voce ingratus erga domum Austriacam argueretur Estensis, qua intercedente purpuram obtinuerat apologiam vulgauit, cui quamuis mordicus responsum; nullam omittit industriam, quæ ad vtilitatem, vel gloriam Gallicæ spectaret
C coronæ; præcipue in causa Barberinorum, in quos instructa quæstione, Innocentius X. inquirebat; & ex æmulatione belli nouissimi, Barberinæ domus pericula Italis non ingrata. Eorum porro restitutioni incubuisse dicitur quod ab eisdem Barberinis spe lactaretur Abbatię Nonantulanæ, quam ab antiquo potiebantur Estenses. Hoc cum Innocentio innotuisset Pontifici; accedenti Estensi, ac de more causam aspere & iniucunde prosequenti reposuit Pontifex. *M. Audio vos supra modum in eorum incumbere tutela, quos antea accusabatis. Mutationis causam ignoramus. Veruntamen si spes Abbatię Nonantulanę, quam à longo tempore concepistis, vos excitat: aduertite, Barberinorum esse, ea se abdicare; nostrum ve-*
D *rò conferre*. Intrepidus porro adiecit Estensis. *Causam ego Barberinam, Beatissime Pater prosequor ratione duce. Innocentiæ tutela auctoritatem habet rationis, non officii. Regi seruio, non amo. Roma secedam ne Beatitudini vestrę viuam iniucundus*. Papa vero absoluit paucis, *Optime; Deus vos benedicat*: quod idem, *Ite in pace*. His auditis Cardinalis illico conscenso curru, Mutinam abijt, communicatis cum fratre consilijs, quomodo Gallorum armis in agrum irruerent Mediolanensem, quę in mappa Geographica cum Gallo partiti fuerant, diuiso nondum capto Lupo. Romam interim venerat A. Castellanus orator obedientiæ cum protestatione visitandi Cardinales omnes, Estensi excepto. Cuius iniuriam dissimulare impotens Cardinalis citato curru Romam venit; vbi hinc inde conscripto milite, rumoribus repleta vrbe, quieuit tandem euacuato marsupio, quamuis portionem militaris stipendii non minimam contulissent Galli. Nec cessabat interim eius frater Dux Mutinensis classicum canere, vt primo Vere 1647. in agrum irrueret Mediolanensem, eius votis seditione fauente Neapolitana. Gallici itaq. ductor exercitus Franciscus, Cremonam duxit validis quidem copiis, sed consilio inutili, per agros peruagando & pagos rapinę intentus: cuius mora collectis Hispanus viribus Cremonæ consedit, impetus eludens Gallorum; domo, milite, auro, existimatione minor factus Mutinensis; Cremonæ obsidione soluta, recessit titulo coactus se abdicare *Generalis* Gallorum, non tamen animo repetendi castra, occasione meliori. Anno propterea 1655. Sede vacante Romana, nouo iurato fœdere, cum Gallicis copiis Ticinum duxit vano tamen conatu; dissolutisq. castris Lutetiam Parisiorum ascendit, vbi vanida lactatus gloria, quòd mortuo Thoma Principe Sabaudo, solus Gallicis imperaret legionibus Valentiam irruit, deditioneq. potitus, Alexandriam frustra tentauit, donec An. 1658. expugnata Mortaria in agro Mediolanensi, seipsum consumpsit, sero sed seriò Alphonsum monens successorem filium, vt redempta Hispana amicitia, a Pontificibus non dissentiret Romanis, quorum manibus fors inhęrebat Estensis.

Comitiis Rainaldus interfuit Innocentii X. Alexandri VII. Clem. IX. sub quo ad titulum translatus Presbyteralem *S. Pudentianę*. Anno 1668. inter Patres connumeratus Propagandæ Fidei; Sacrorum Rituum; Consistorialium; Signaturæ Gratiæ; Vallis Lucensis cænobij ordinis Cisterciensis in Galliæ Abbas, Episcopus Regii Lepidi consecratus mense Nouembri 1651. in Cathedrali Mutinensi, quam sedem postea resignauit, Monspeliensi Pontificatu, in Gallia donatus à Ludouico XIV. Gallorum Rege.

Mutinæ obiit Sal. An. 1672. hora 21. die 30. Septembris D. Hieronymo sacra; dieq. Sabbathi sequenti, tumulo exceptus temporario apud Fratres Cappucinos; donec &c.

70. *Num-*

70. *Nunquam sic locutus est homo.* Io: 7.



CArolus Rossetus Italus, Ferrariensis, Alexandri comitis filius ex Margareta Tassona An. natus 1615 studio literarum a puero addictus, An. 18. ætatis, Philosophiæ Theologiæ An. vero 22. Iurisprudentiæ laurea exornatus Romam ascendit, vbi directoribus Iacobo Pācirolo Romæ Auditore, & Vermigliolo causarum patrono, foro incubuit; postea Francisco Barberino patrocinante, V. Sig. Referendarius, ad Reginam Angliæ Apostolicus minister An. 1639. Londinum appulit, quo tempore apud Reginam filiam morabatur Galliæ Regina mater, deinde ctisq. sibi aulicis; eam pacem Catholicis impetrauit, quàm in hostium vrbibus æmuli habere possunt Religionis. Nullus tamen Catholicorum ad necem quæsitus; frementibus Puritanis, qui ob scripta vulgata a Rossetto in fauorem vnitatis Catholicæ, quibus Regi insinuabat nullam esse Religionem, vbi variam; ira perciti in eius domum irrepserunt armati, ad necem exquirentes Romani Pontificis ministrum. Carolus verò apud familiarem sacerdotem expiata conscientia, mutata veste domum confugit Reginæ Matris, in qua, nulla habita ratione Regiæ maiestatis, vnius diei, ac noctis spatio, species eius ex iudicum præcepto quæsita, certi de morte inferenda, cuius causa funebre construxerant tabulatum. Ex Anglia itaq. in Belgium aufugiens, Archiepiscopatu donatur Tarsensi, & Nuntius extraordinarius ad Coloniensem congressum, pro pace Principum Christianorum. Eo cum se recepisset Regina Mater, decubuissetq. Carolus præsto adfuit cum Sacro Viatico, eandemq. sacro Chrismate vnxit; supremis eius tabulis subscripsit, & vsque ad extremum vitæ spiritum, suauissimis iuuit colloquiis. Moribus namque innocens, quamuis arcana aulæ non multi faceret, toto vitæ cursu Ideam gessit Episcopi irreprehensibilis. Mansit Coloniæ per biennium, Faentiæ primò Episcopus, deinde 13. Iulij. 1643. Diaconus Cardinalis, eadem die ad eius cubiculum euolante Apum examine, quæ Vrbani VIII. gentilitiæ, dignitatem nuntiabant ei ab Vrbano collatam. Post mensem initæ purpuræ, Legatus a latere renuntiatus ad conuentum Monasteriensem ibi cum Fabio Ghiggio futuro Alex. VII. arcana direxit Orbis Christiani.

Vrbano defuncto, comitiis adfuit Innocentij X. a quo insignia accepit Cardinalatus & Diaconiam *S. Cæsarij*, mox in suam sedem receptus, diœcesim lustrauit sacramenta ipse distribuens Eucharistiæ, atq. Confirmationis, Euangelium ex suggestu explanando, nihil utilium subtrahendo, quæ prodesse possent animarum saluti, Congregationibus institutis coram Vicariis foraneis, habendis pro ecclesiastica disciplina, & morum correctione. Ad Clericorum instructionem, Synodos conuocauit, Lectores adhibuit Theologiæ Moralis; Languidi ne iacerent in via, Valetudinaria in Vrbe, & alibi aperuit: diebus festis a prandio, lectionem haberi voluit sacræ Scripturæ, cui semper interfuit. Canonici ne cum vita tanti Præsulis memoria periret, in Ecclesia principe inscriptionem posuere sequentem.

A

Carolo Cardinali Rossetto.
In magna Britannia apud Reginam
Apostolico primum Ministro, Archiep. deinde Tarsensi
Et Coloniæ Nuncio Extraordinario
Tunc Ep. Fauentino, demum æt. suæ An. XXIX. *S.R.E.*
Cardinali
Et pro pace vniuersali inter Principes, Monasterij de latere. Legato
Ad ciuitatis ornamentum, & tanti Principis æternitatem Canonici posuere An. *Sal.* M.DC.L.

Ex Diaconia ad Presbyterium translatus *tit. S. Mariæ in Via*, deinde *S. Siluestri in Capite*, comitiis interfuit Alex. VII. Clem. IX. Fauentiæ, Christinam excepit Suecorum Reginam, Romam pergentem cultu plane Regio.


B

Scripsit Rossetus *in summam D. Thomæ.*
Relationem de rebus Anglicanis
Constitutiones & Decreta Synodalia.

Eius effigiem exhibuit Galeatius Gualdus *in Theatro virorum illustrium*. Hieronymus Tetius *in ædibus Barberinis*.

71. *Omne animal diligit sibi simile: sic omnis homo proximum sibi.* Eccli. 13.

C



VIncentius Costagutus Prosperi & Paulæ Costæ patriciorum Genuensium Spiciani & arcis Heluetiæ Marchionum filius, Romæ natus pridie Nonas Martii 1612. ibidem laudabili fruge disciplinas omnes inuestigauit. Anno ætatis 21. Protonotarius dictus Apostolicus, postea Rector Cancellariæ, in bello Parmensi Commissarius Generalis, stylo Curiæ ad Clericatum Cameræ Apostolicæ, sibi viam strauit, eodemque An. 1642. vectigalium, & Annonæ præses, bello

D

etiam rugiente, abunde prouidit. Ferrariæ Prolegatus quamuis vndiq. strepente milite pacem manutenuit. Hinc Romam euocatus die 13. Iulij 1643. Diaconus Card. *S. Angeli in foro Piscium*; postea *S. Mariæ in Cosmedin*, *S. Eustachij*; tandem Presb. titulum obtinuit *S. Callixti*. Comitiis adfuit Innocentij X. libero suffragio; Gallis, Hispanis minime obstrictus quamuis a nationalibus

præmeretur, vt Gallis nomen daret. Vrbinum Legatus ab Innocentio X. cum tota Italia Annonæ caritate pressa iaceret; ea vigilantia populos rexit sibi subiectos, vt etiam finitima loca redundanti frumento commode refici potuerint: vt ex memoria publico posita decreto, in area Pisauriensi.

D. O. M.

Vincentio S. R.E. Card. Costaguto è latere Legato
Quòd vrbem hanc caritate depressam pietate, prouidentia subleuauerit. A
Præclaris monumentis eandem munificentissime decorauerit,
Inconcussa animi integritate vitia aboleuerit, virtutes firmauerit,
Obseruantiæ argumentum Senatus Pisauriensis posuit An. Dom. M.DC.IL.

Munificus liberalis, quamuis redditibus Ecclesiæ pauper, patrimonio diues larga manu pauperes, literatos fouit. Non minus Italicè, quàm Latinè doctus vltra Philosophiam, Theologiam, artes omnes professus liberales, Mathematica, Architectonica, Musica apprime instructus; Musis ianuam voluit apertam B *Aureus* appellatus Cardinalis cum propter diuitias, tum aureos mores, quibus omnium amorem sibi conciliabat. Sedente Alexandro VII. Christinam Sueciæ Reginam solemni in Vrbem ingressu, vnus ex prioribus Diaconis à latere sociauit, eiq. vetera Vrbis monumenta, Sapientissimæ Reginæ plausu; erudita narratione exposuit. Accedit ad laudem; quod in Turcas dum classis pararetur, portionem cæteris non inferiorem contribuit. Nobilem Villam in Anzii littore, geniali quodam Maris oblectamento, suæq. familiæ decore celeriter, sumptuq. construxit ingenti. Plurium Confraternitatum patronus, & Congregationum Iudex, C omnium benefactor cum celeri passu ad Thiaram pergeret, acuta febri præventus, die 8. Idus Decemb. 1660. ætatis 49. placide quieuit in Domino, in Ecclesia sepultus S. Caroli de Cattinariis.

72. *Parauit in iudicio thronum suum: & ipse iudicat Orbem in æquitate: iudicabit populos in iustitia.* Psal. 9.




IO. Stephanus Donghius patritius Genuensis, Bartholomæi filius ac Iacobę de D Bernardis, Philosophicis instructus disciplinis; gymnasia non solum Italiæ frequentauit, sed Hispaniæ, Salmanticæ laureatur I. Consultus Romam venit Apostolicus Protonotarius, mox Præses Cameræ Apostolicæ, dein Clericus, Vrbani VIII. nomine pacem tractauit cum fœderatis Italiæ Principibus, subscripsit, absoluit, Qua in legatione auro profuso, Romam reuersus, die 13. Iulij 1643. Diaconiam Card. obtinuit *S. Georgij in Velabro*, quam postea in *S. Agathæ de Suburra* mutauit.

Legatione Ferrariensi sub Vrbano functus; Flaminiæ Legatus sub Innocentio, vbiq. lacrymas excitauit populorum, cum locum successori reliquit. Hinc Rauennates memoria in foro posita.

Cardinali Donghio Legato
Quę laxioris Annonæ cura, auara nequidquam Cerere aduersante
Iustitiæ Sontes vndecumq. ad pœnas reuellens
Prouincia ad stuporem parente
Tam probis carũ prædicant, quàm improbis metuendũ
Rauenna Adriatici ad mœnia famulantis beneficio nobilitata
Triumphale hoc stemma ad æternitatem erexit. Kal. Sept. M.DC.LIV.

Plures Episcopus rexit ecclesias, Adiacensem in Corsica, Imolensem in Æmilia, (vbi Christinam Suecorum Reginam Romam tendentem regio excepit honore) Ferrariensem tandem, non sine spe regendi ecclesiam Romanam ob morum sanctitatem. Interfuit tertio Vaticanis comitiis Innocentij X. Alex. VII. Clem. IX, sub quo decessit die 26. Nouemb. 1669.

73. *Cœpit Noe vir agricola exercere terram, & plantauit vineam; bibensq. vinum inebriatus est, & nudatus iacuit in tabernaculo suo.* 9. Genes. 20.




PAulus Æmilius Rondininus Alexandri & Felicis Zacchiæ patritiæ Genuẽsis filius, Laudivii Card. Zacchiæ ex filia nepos, Pauli Æmilij Card. Zacchiæ pronepos in Romano Collegio inter Musas adoleuit. Perusij laurea ornatus Iurisprudentiæ, Romam venit, vbi non tam Vrbani VIII. beneficio, quàm bellici pulveris, collectique militis quem ære suo centuriauit in bello Parmensi, die 13. Iulii. 1643. Diaconus Card. *S. Mariæ in Aquiro*, postea *S. Mariæ in Cosmedin*, præfuit. Ter adfuit comitijs Pontificijs, Innocentij X. Alex. VII. & Clementis IX. sub quo Presb. Card. titulum obtinuit *S. Eusebii*. Sedente Alex. VII. ecclesiam rexit Assisinatem in Vmbria, vbi Christinam Sueciæ Reginam suscepit honorifice. Vitam laute duxit, propterea morte correptus repentina, die Dominico 16. Septemb. 1668. mundo excessit, in ecclesia S. Mariæ super Mineruam exceptus maiorum sepulchro cum paulò ante conscientiam ritè, & longa Exomologesi expiasset.

De eo Gualdus *Theatro Viror. Illustrium*. Statera Principum Purpur. M.S.

37. Epu-

37. *Epulabatur, quotidie splendidè,* 16. Lucæ 19.



FR. Achilles d'Estampes de Valenzaii Gallus, Ioannis filius equitis Torquati regiorum Ordinum S. Spiritus, S. Michaelis, ex Sarra de Haplincourt nobili fœmina huius germinis postrema, quartus virilis sexus filius, Anno natus Sal. A 1584. adoleuit in castris, vnde ętatis Anno 17. Melitam insulam aggredientibus Turcis, ad defensionem accurrit Achilles (qui Anno ętatis suę Octauo, Ordini S. Io. Hierosol. nomen dederat) nec a pugna recessit, quàm vulneribus saucius, mediaq. aure sinistra ictu sclopeti sublata. Confecto postea militiæ tyrocinio apud Gallos, & Belgas, in Monte Albanensi cum quatuor fratribus, pro Rege fortiter dimicauit, quatuor plagis conspicuus. Hinc a Rege vna ex duodecim cohortibus equestribus donatus, quæ etiam in pace sustentantur, data occasione singulari certamine plures deuicit: Militiæ ma- B gisterium sub Carolo Em. Duce Sabaudo tractauit: Verruam ab Hispanis defendit, & in eruptione a suis destitutus, octo vulneribus saucius captiuus abijt Hispanorum, Inde manumissus classi præfuit Gallicæ in obsidione Rupellana; cuius timore Anglicæ naues deditionem permisere fortissimi munimenti. Expugnata Rupella, Fr. Achilles militiæ Generalis Magister appellatus, custodias sub imperio recepit Reginæ matris; cuius partes in bello ciuili acerrime prosequutus, vt Cardinalis Richellj iram declinaret, Melitam nauigauit. Ex hac insula euocatus ab Vrbano VIII. militiæ præfuit ecclesiasticæ contra Principes Italiæ, Antonio Barberino (qui togæ præferebat sagum) charus; & per eum patruo commendatus, qui ęmulari volens antiquos (a quibus Cęlum, specie Deorum omnium repletur, qui genio, moribus dissonabant) *Virum sanguinum* inter Cardinales transcripsit die. 14. Decem. 1643. Diaconum *S. Hadriani*. Vixit in ecclesia veluti in castris, culina semper aperta: vnde in publicum prodeunt, Regem videres, turba comitante Gallicę iuuentutis. Facilius namq. conueniunt homines in odorem pulmenti, quàm vnguenti. Conclaue ingressus, post mortem Vrbani VIII. toto fere comitiorum tempore, ex podagra decubuit: quibus absolutis, bis in Galliam abijt vt se purgaret de electo Pamphilio contra Regis mandata. Prima vice reiectus inauditus, imo nec admissus Parisiorum in vrbem: secunda vice auditus, sed non exauditus, vnde Romam regressus in paupertate, eorum scilicet inopia pressus, quæ animo vere Regio necessaria erant ad decorem purpuræ Cardinalitiæ. Hinc animi tędio confectus, Romæ moritur die 27. Iunii. 1646. ętatis 62. purpuræ secundo; sepultus apud Virginem de Victoria.

De eo Theodor. Amyden. *in vita M.S.* Statera Principum Purpur. M.S.

Vicecancellarij S. R. E. sub Vrbano VIII.

LVdouicus Ludouisius S. Laur. in Damaso Card. a principio Pontific. vsq. ad Nouemb. 1632.

FRancıscus Barberinus S. Laur in Damaso Card. a Nouemb. 1632. vsq. ad finem Pontificatus.

INNOCENTIVS X. P. R. CCXXXV.

INnocentius X. Electus die 14. Septemb. An. Sal. 1644. Obiit die 7. Ianuarii. An. Sal. 1655. Eius adfuere comitiis.

Episcopi Cardinales.

Ex Paulo V.

1. Marcellus Lantes Ep. Ostiensis, Collegii Decanus.
2. Petrus Paulus Crescentius Ep. Portuen.
3. Franciscus Cenninus Ep. Sabinus.
4. Iulius Roma Ep. Tusculanus.
5. Guido Bentiuolus Ep. Prænestinus.

Presbyteri Cardinales.

6. Aloysius Capponins P. C. tit. S. Laur. in Lucina: ex Paulo V.
7. Alphonsus de la Cueua tit. S. Sabinę. Ex Greg. XV.

Ex Vrbano VIII.

8. Fr. Antonius Barberinus S. M. Transtyberim.
9. Ernestus Adalbertus ab Harracch. S. Praxedis.
10. Bernardus Spada S. Petri ad Vincula
11. Fridericus Cornelius S. Marci.
12. Iulius Sacchettus S. Susannæ.
13. Io. Dominicus Spinula S. Cæciliæ.
14. Io. Bap. Pamphilius S. Eusebii.
15. Ægidius Albornotius S. Petri in monte aureo.
16. Alphonsus Ludouicus du Plessis Richelius SS. Trinitatis.
17. Cyriacus Roccius S. Saluatoris in Lauro.
18. Io: Bap. Pallotta de Calderola S. Siluestri de Capite.
19. Cæsar Montius S. Mariæ Transpontinæ.
20. Franc. M. Brancatius S. XII. Apostol.
21. Alex. Bicchius S. Sabinæ.
22. Vldericus Carpineus S. Anastasiæ.
23. M. Antonius Franciottus S. Marię de Pace.
24. Stephanus Duratius S. Laur. in pane & perna.
25. Franc. M. Macchiauellus S. Io: & Pauli.
26. Ascanius Philamarinus S. M. in ara Cæli.
27. M. Antonius Bragadinus SS. Nerei & Achillei.
28. Petrus Donatus Cæsius S. Marcelli.
29. Hieronymus Verospius S. Agnetis.
30. Fr. Vincentius Maculanus S. Clem.
31. Franc. Montaltus S. Hieronymi Illyricorum.
32. Io: Iacobus Pancirolus C. sine titulo
33. Faustus Polus S. Chrysogoni.
34. Lelius Falconerius S. Mariæ de populo
35. Gaspar Matthæius S. Cæciliæ.
36. Cæsar Facchinettus S. IV. Coronatorum.
37. Hieronymus Grimaldus sine titulo.
38. Carolus Rossetus sine titulo.
39. Io: Bap. Alterius S. M. super Mineruam
40. Marius. Theodolus S. Alexii
41. Franc. Angelus Rapacciolus S. M. in Via.
42. Franc. Adrianus Ceua S. Priscæ.
43. Angelus Giorius S. Quiriaci & Iulitæ.
44. Io. de Lugo S. Stephani in monte Cælio.

Diaconi Cardinales.

Pauli V.

45. Carolus Medices Diac. S. Nicolai in carcere.
46. Franc. Barberinus S. Laur. In Damaso S. R. E. Vicecancell.
47. Martius Ginettus S. Eustachii.
48. Antonius Barberinus S. Mariæ in Via lata Camerar.
49. Hieronymus Columna S. M. iu Cosmedin
50. Theodorus Triuultius S. Angeli in foro piscium.

Vrbani VIII.

51. Iulius Gabriellius S. Agathæ.
52. Raynaldus Estensis sine Diaconia.
53. Vincentius Costagutus S. Mariæ in porticu.
54. Io. Stephanus Donghius S. Georgii in Velabro.
55. Paulus Æmilius Rondininus S. M. in Aquiro
56. Fr. Achilles d'Estampes de Valenzaii, S. Hadriani.

Cardi-

Cardinales Absentes.

1. Gaspar Borgia Ep. Albanus.
2. Franc. Rupefucaldius P. C. S. Crucis in Hierusalem.
3. Augustinus Spinula P. C. S. Barthol. in insula.
4. Iulius Mazzarinus sine Diaconia.
5. Virginius Vrsinus D. S. Mariæ Nouæ infirmus.

Presbyteri Cardinales de nouo creati ab Innocentio X.

1. *Nequaquam vt mori solent ignaui, mortuus est Abner.* a. Reg. 3.



Dominicus Cechinus patritius Romanus Domitij filius ex Fausta Capissuchia, Romę natus die 7. Februarij. 1587. in Seminario educatur Romano à Patribus Societatis, Perusii postea Aono Sal. 1604. ætatis 16. laurea insignitus Iurisprudentiæ, eaq. in Accademia familiaritatem adeptus Scipionis Caffarelli nepotis Pauli V. R. P. cæpit alta sperare; veruntamen inter Burghesianos & Aldobrandinos simultate exorta, eum progressum desperaret in aula, causarum aduocationem agere decreuit sub disciplina Io: Bap. Pamphilii & Alexandri Ludouisii Rotæ Romanæ Auditorum. Hinc defuncto Paulo V. cum Petri cathedram ascēdisset Alex. Ludouisius nomine Gregorii XV. ab eo inter Aduocatos Consistoriales cooptatus inde Cardioali Ludouisio nepoti Auditor datus, hooorarius Pontificis cubicularius, Canonicus S. Petri, V. S. Referendarius, patronus Xenodochii S. Iacobi, SS. Trioitatis ad pontem Sixti, S. Mariæ in Via; sedente Vrbano VIII. Signaturæ Gratiæ iudicibus, Rotęq. Romanæ Auditoribus, ac Congregationi S. Officii Cōsultor datus; ab Innocētio X. initio Pōtificatus, Datarius assumptus, mox Cardinalium promotione secuoda, die 6. Martii, 1645. Presb. Card. tit. *S. Sixti*, Datarii munus plurium Annorum spatio cum dignitate sustinuit, donec quietis causa, permittente Innocentio, remisit. Vir alti spiritus, & naturæ liberalitate ad omnia aptus, præcipue in aulæ arcanis, cuius artes inter familiares quasi ex cathedra cum explanaret, suę vitę alternanrem fortunam, & iocum ipsemet fuse descripsit. Genti addictus Aldobrandinæ, Cardinali Ludouisio pergratus, Francisco Barberino perfidelis, bellorum tempore, Vrbis vigilantissimus custos, non sine populi commodo, vota Pontificis adimpleuit.

Ad purpuram cum eum euocasset Pamphilius, qui Columbam insignibus gestat; Hannibal Adamus in sua Pallade, sequentibus lusit.

Cholchidis ad spolium, Nereo indignante, Columba
Argiuos penna remige, duxit amor.
Inter arenosas aula, Tiberisq. procellas
Te, sacra purpureum ad syrma Columba vocat.
At super astra, iterum meliori sorte vocaris,
Diua Columba fuit, vellus Olympus erat.

Comitiis eum interfuisset habitis pro doctrina Iansenii; nec non post obitum Innocentii X. creao-
A di Alexandri VII. Kalēdis Maii 1656. annum agens ætatis 68. migrauit sepulchro exceptus gentilitio ad S. Mariam Transtyberim, cuius sacellum *Maria Via Capa* vulgo dictum viuens ornauerat. Gaspar Aluerus oepos in sua Roma hoc patruo scripsit epitaphium.

Dominicus Cecchinus Romanus
Ex Domitio Cecchino & Fausta Capisucchia
Ortus Anno 1589. Nonis Februarij
Infans natalium splendore ac generosa indole, cunctis clarus ac charus.
Puer optimorum, & eximiæ expectationis
B *Illustre specimen præbuit.*
Adolescens.
Non lusus, non luxus, non auri fuere famis,
Sed virtutis amore incensus Doctoratus lauream
Et Præsulatum adeptus est; hunc sub Paulo V.
Illam sub Clemente VIII. cuius etiam fuit affinis:
Iuuenis.
Honoris studiosissimus, honestis rationibus incumbens,
Maximis quibusuis negotijs se parem præstitit,
Hinc sub Gregorio XV. Progubernator Firmanus.
Prolegatus Auenionen. Consistorialis Aulæ Populiq. Rom. Aduocatus.
Canonicus S. Petri, a Secretis Contracedularum.
C *Vir*
Acuens animum ad memoratu digna gerenda
Laboris amicus tolerantissimus fuit.
Hinc sub Vrb. VIII. Iudex Montis Pietatis, Præfuit Cong. Immunitatis,
Militiæ Artificum Vrbis Præfectus,
Consultor S. Officij, Auditor Rotæ.
Senex
Solidæ laudis tuendæ cupidissimus
Prudentiam, grauitatem, pietatem in cunctis prætetulit,
Hinc ab Innocentio X. in ipso suæ exaltationis die,
Datarius designatus
Et Mense Martij Presb. Card. renuntiatus.
D *Postea varijs in rebus arduis publicis & priuatis, adhibitus*
Semper fidelis, semper magnanimus
Et in vtraq. fortuna semper idem fuit.
Tandem ab Alex. VII. pluribus gratijs donatus
Tātis post laboribus hic requieuit in Dom. Kal. Maij 1656.
Gaspar Aluerus magni patrui gloriam in nobile ad posteros
Virtutis exemplar, hoc qualipronunc licuit monumento
Consecrauit.

2. Me-


2. *Memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis.* Eccli. 7.



NIcolaus Albergatus Vgonis Marchionis filius ex Francisca Bouia, Bononiæ nascitur die 15. Septemb. 1608. & nomen dedit militiæ ecclesiasticæ, die 4. Martii 1622. Abbatiam adeptus, quam ei Fabius frater resignauit, vota professus in Societate Iesus. Studio addictus legali, lauream subiit Bononiæ, die 3. Februarii 1627. Romam vocatus à Card. Ludouisio Anno 1631. post varia mu- A
nera gradatim exercita, Archipresbyter Bononiensis, sedente Vrbano VIII. Signaturę Iustitiæ adscriptus, Archipresbyteratum Antonio fratri resignauit. Sub Innocentio X. Archiepiscopus electus Bononiensis die 6. Feb. 1645. quinta vero Martii, Presb. Card. *tit. S. Augustini*, translatus postea ad *S. Mariæ Angelorum ad Thermas*, ac successiue, *S. Mariæ Transtyberim*, *ac S. Laurentij in Lucina*. Ex resignatione Cardinalis Columnæ, Archiepiscopatum Bononiensem Nicolaus obtinuit, sed pensionum onere adeo grauatum, vt pro alimonia familiæ, vix duo millia coronatorum superessent. Ad purpuram assumitur intercedente Principe Ludouisio nepote Gregorij B
XV. qui neptem Innocentij X. cum duxisset in coniugem, rogauit & impetrauit ab Innocentio, vt Nicolaus Albergatus eiusdem Ludouisij cognatus in Cardinalem assumeretur eo pacto, vt in posterum Cardinalis *Ludouisius* appellaretur. Tenuis cum esset fortunæ, hospitio exceptus ab eodem Principe Ludouisio, ibidem resedit donec ad residentiam remissus Bononiensem, & inde Florentiam, vt Leopoldum Ferdinandi II. Magni Hetrurię Ducis filium è sacro fonte susciperet, pretiosis inde discessit donatus muneribus, suaq. familia; cumq. aulicis Hetruscis aliquid rependere conaretur; abstinuere omnes, ita iubente Duce, forsan non sine Cardina- C
lis nota. Si enim vti Albergato muneribus certare illicitum cum Magno Duce; vti Cardinali decorum. Anno vix elapso, Romam vocatus, per sex menses ibidem substitit, recusatis Archiepiscopatibus Montis Regalis, & Panormi, ad quos Philippus IV. Rex Hispaniarum pręsentare eum offerebat. Anno 1649. Mediolanum legatus ad Annam Austriacam Ferdinandi Cæsaris filiam, & Philippi Sponsam, Rosam obtulit auream, & voto respondit Regis atq. Pontificis, humanitate, pietate, doctrina. Romam restitutus, Pœnitentiariam subiit, Congregationibus adscriptus Episcoporum, Regularium, Rituum, Propagandæ, Cæremoniarum, Indulgen- D
tiarum, Protector Hospitalis S. Sixti, Collegij Germani, Hungarici Comprotector.

Cultor præcipuus B. Nicolai Albergati curauit, huius vitam euulgare sermone Italico & Latino. Mortalitatis suæ conscius, vt eam præ oculis haberet velut in speculo; tumulum sibi erexit ad S. Mariam Transtyberim, in quo (postquam comitiis adfuisset Alexandri VII. Clementis IX. & X.) iacet.

Stemma gentilitium supra positum errore Oldoini, corrigas cum *Petra Sancta* in Tesseris gentilitii sequens apponendo.



3. *Oculi mei semper ad Dominum.* Psal. 41.



TIberius Cincius Romanus patritius, mense natus Decembri 1580. Clementis VIII. Cubicularius, Vaticanę Basilicę Canonicus, familia quidem nobili & clara, sed quam auaritia & parricidio infecere maiores. Tres cum haberet filios auarus senex, duos masculos, vnicam fęminam aspectu pulchram, ætate nubilem, ob patris auaritiam, innuptam; Cogitauit hęc nutrice conscia, ac fratre minore genitorem è fenestra dare pręcipitem, clamoribus, gemitu simulantes furiosum patrem nemine impellente, proiectum. Inquisitione tamen facta a iudice, & filia sub tortura reposita, iniquitatem fassa ipsa & nutrix ferro percussę piaculum luere capite, adstante filio paruulo ad supplicium, quem sororis exemplum instrueret. Ex hac gente Tiberius, suis dotibus venerabilis & inter Patres Oratorij S. Philippi Nerij enutritus religionem vndiq. spirabat. Æsij Prætor electus a Paulo V. prouinciam ea iustitia rexit atq. prudentia, vt non modo Principis, sed ciuium omnium in se amorem traxerit, vt ex stemmate marmoreo in palatio publico exposito cum lemmate.

Tiberio Cincio Patritio Rom. Gub. Opt.
S. P. Q. Æ. An. D. MDCXIV.

Pluribus vrbibus cum præfuisset ditionis Ecclesiasticæ, a Gregorio XV. Æsinam ecclesiam An. 1621. administrandam suscepit, eiq. spatio Annorum 32. præfuit virtutibus charus & clarus. Corpus cum inuenisset S. Septimij primi Æsini Episcopi, qui sanguine suo Ecclesiam illam irrigauit, nobili inclusit tumulo, vt ex inscriptione in Cathedrali posita.

D. O. M.

Sacrum tanti Præsulis & Patroni pignus
Seu potius thesaurum humi alte defossum
Cum diu neglecto latuisset in solo
Tiberij Cincij Episcopi solers pietas inuenit

Sci-

Scipionis Card. Burghesij munificentia
Honestiori conditum vrna vario marmore decorauit
A. F. S. MDCXXXIII. Ciuis, hospes hoc volebam sileet.

A latere.

D. O. M.

Ciuis hospes, quisquis ades, venerare supplex heroica virtutis exuuias, S. Septimij Corpus hic situm est. Hunc S. Marcellus Æsinæ Ciuitatis Episcopum dedit, quam ille Vrbem miraculis sacratam, praeceptis excultam, praedicatione consitam, sanguine irrigatam, ad omnem morum honestatem in dies efflorescentem praesenti patrocinio tuetur.

Tanti praesulis memoria apud Æsinos in æuum vigebit; si Monialium Monasterium pænitentium: ecclesias S. Rocchi; S. Mariæ de Vlmo ab eo excitatas suspiciant. Insuper palatium restauratum Episcopale: Suburbanum à Gabriele de Monte Episcopo prope castrum Plani extructum, à Tiberio exornatum: Agros Episcopales ad culturam redactos: sacram suppellectilem cum sex Candelabris & Cruce argentea donatam, Vrbem ædemq. Lauretanam etiam sibi commissam, spatio 14. Annorum summa cum laude administrauit, fonte in foro publico restaurato; Lauretano palatio aula amplificato maiori cum cubiculis nobilioribus.

Talem Præsulem Innocentius X. die 6. Martii. 1645. Presbyteris Card. adscripsit titulo *S. Callisti*, intercedente pro Tiberio, Principe Burghesio, qui cum proximiorem non haberet ad purpuram promouendum, Innocentio Cencium obtulit, donauitq. auleis, & pecunia numerata cum hospitii oblatione, vt dignitatem honorifice gereret Cardinalitiam. Annos octo expleuit in purpura, die namq. 26. Februarii 1653. ætatis 73. debitum naturæ Æsij sepultus æneo cænotaphio cum elogio.

D. O. M.

Tiberio Cincio Romano Presb. Card.
Post primarias in Pontificia ditione Præfecturas
Summa cum laude administratas
Postq. Æsinam Ecclesiam pars pietate diu rectam
Ab Innocentio X.
Cognitis eius celebratisq. promeritis Purpura
Vrbe iampridem exoptante Orbis approbatione decorato
Marius Cincius Fratri dulcissimo posuit
Obijt die 26. Feb. A. D. MDCLIII. An. æt. suæ LXXIII.

De eo lege Stateram Principum Purpuratorum.

4. *Positus est hic in ruinam, & resurrectionem multorum.* 1. Petri.



PEtrus Aloysius Caraffa Neapolitanus Octauij filius & Chrysostomæ, die 31. Iulii 1581. natus, in Collegio adoleuit Romano, vbi Philosophiæ theses propugnauit sub auspiciis Petri Card. Aldobrandini, Neapoli lauream obtinuit Iurisprudentiæ pluribusq. concertationibus eruditionem, doctrinam probauit. Inde Romam euocatus V. S. Referendarius, An. 1614. sub Paulo V. dein Ferrariæ Prolegatus, omnium amore munus sexennio sustinuit. Sub Gregorio XV. Firmi Prætor inde Episcopus Tricariensis, sub Vrbano VIII. Agrippinæ Coloniam legatus discedens a ciuibus Firmanis, amoris argumentum sequentem habuit inscriptionem incisam in palatio Magistratus.

Petro Aloysio Caraffæ
Quòd in gubernanda prouincia
A *Summam nobilitatem lenitate, summam æquitatem*
amore temperarit
Ciuitas Firmana publicas gratias refert. An. MDCXXIV.
Quod exaratum primi pro foribus beneficium
Ne ingratis dilabētium imbrium litui is penitus aboleretur
Hic ideo descriptum est,
Vt ardentiorem ex aquis in Firmanorum animos emersisse
Iam insignis benefactoris memoriā Omnibus innotesceret.
Anno MDCXXIII.

In inferiori Germania Nuncium agens Apostolicum, opus arduum inchoauit & absoluit tota plaudente Germania: Monachos nempe Fuldenses, qui
B omnes nobiles, à cænobiarchis non admittuntur, nisi decimumsextum gradum probauerint veræ Nobilitatis. Hi pleni diuitiis, cum eorum Præsules decem, vel duodecim aureorum millia in annis percipiãt prouentibus, veste induti damascena famulorum stipati caterua, canes alentes venatorios; & equos, phaleratos in stabulis, milites potius apparerent quàm sacerdotes, pro libitu viuentes sine regula absq. obedientiæ lege; cum Reformationem Abbas requireret, eo adiuuante, Caraffa opus aggressus omni humanitate, ac prudentia; Deo cooperante habuit adeo obsequentes; vt abiurata sæculi pompa exemplum foueant regularis atq. Monasticæ ob-
C seruantiæ. Eiusdem Caraffæ studio, dux Bulionæus Caluinista bellica virtute clarus cum tota familia, in Collegio Leodiensi Soc. Iesu, coram ipso Nuncio Apo. abiurato Caluini errore vnam fassus veram germanam fidem Ecclesiæ Romanæ, fuit ab eodem Legato, sacro Chrismate confirmatus. In hac legatione Annos XI. emensus Romam reuersus tanti laboris præmium purpuram meditando, a Columnensibus exclusus, Anna interprete Thaddæi Barberini coniuge, quæ lacrymis non abstinens, Pontificem tandem expugnauit, vt in promotione Caraffam præteriret. Hinc experiri volens, quid iterum in futura promotione sperandum? Vrbanum
D adiit, licentiam poscens redeundi ad Ecclesiam, sperans non permittendam, si Cardinalis designaretur. Fefellit tamen opinio: ambabus manibus benedictionem poscenti impertiente Pontifice. Ad Ecclesiam itaq. regressus Tricariensem, eam ære proprio ad formam reuocauit elegantiorem, constructo Organo, strato pauimento, vario marmore ornatis foribus, congregata suppellectile, pretiosis ex auro indumentis, candelabris argenteis, vasibusq. affabre celatis ad custodiẽdas sanctorum Reliquias

liquias, Seminarium insuper censu attributo 150. aureorum annuo excitauit: pensionē pulsanti Organa constituit: duobus aureorum millibus Clerum ad quotidianam distributionem donauit: palatium ampliauit Episcopale: Villam oblectationis causa, cum fontibus extruxit; aliam ęre proprio coemptam Mensæ vniuit Episcopali. Diomedi fratri prædecessori suo, qui Romana profectus ad limina ibidem decesserat, cum Romę in ecclesia S. Marię ad Montes, tum in ecclesia Tricariensi memoriam erexit, cum inscriptione quæ Romæ legitur.

Diomedi Carafa Tricariensi Ep. Octauij Marchionis Antij filio A
Viri ingenij cultissimi ac singulariter pio
Quo ad limina Ap. profectus, simul & ad limē ęternitatis,
Vt sitas apud sanū Cęli exuuias corporis haberet in hac ęde
Virginis Deipara, cuius obseruātissimus vixit, cōdi voluit.
Petrus Aloysius Carafa Ep. Tricar. Vrb. VIII. & Apo. Sedis
Cum potestate legati a latere Nuncius ad Tractum Rheni
Et Prouincias Inferioris Germanię
Nunquàm absens a pietate erga suos
Fratri ac in Episcopatu antecessori posuit
Obijt An. Sal. MDCX, ętat. suę L.

Vsque in Annum 1642. ecclesiæ adfuit Tricariensi, quum Romam ab Vrbano VIII. reuocatus, tempus colligendæ messis credidit aduenisse; sed iterum à Columnensibus impetitus, ad Limina se vocatum audiit Apostolorum, non ad purpuram, non sine aulæ indignatione, & murmure, quod in tanto Præsule de Sede merito Apostolica, patientię quæreretur experimentum. In regressu cum visitaret Cardinales; gratissimum offendit Pamphilium. *Displicet* (inquit iste) *D. S. Illustriss. indonatam secedere, sine vllo suorum meritorum pręmio.* Reposuit Carafa: *Faxit Deus, vt de manu recipiā Eminentię. V.* Longe (adiecit Pamphilius) *a tanto gradu aberramus. Veruntamen si Deus nos euocaret; fidem damus, quòd in promotione prima foret D. S. Illustrissima.* Verbo etiā stetit Pamphilius, Papa dictus post promotionem nepo- C tis, in proxima Cardinalium creatione Carafā titulo ornauit Presb. *S. Siluestri & Martini in montibus*, die. 6. Martii. 1645. memor etiam, quòd Neapoli dum Legationem exerceret Apostolicam; Tiberius Carafa Camillum Pamphilium nepotem suum de sacro fonte leuasset. Adscripsit eum Congregationibus Immunitatis, Examinis Episcoporum, Propagandæ, Aquar. Cæremonialis, Concilij; cuius præfecturam Petrus subijt post aliquot Menses vnà cum legatione Bononiensi, quam prouinciam vnius Anni spatio administrauit, secedere D inde coactus ob aerem sibi insalubrem, lacrymis cum populo prosequente Bononiensi quòd vni intentus publicæ vtilitati Carafa, ciues regeret quasi filios.

Innocentio mortuo, comitiis adfuit Alexandri VII. in quibus appoplexia correptus in Vaticano occubuit hora 14. diei 15. Februarij. 1655. ętatis 74. in Farnesiano templo sepultus Nominis Iesu, cum Tiberio fratre, nobili tumulo, & elogijs.

D. O. M.

Petro Aloysio Carafa SS. Siluę, & Mar. in Montibus tit.
Equstij, S.R.E. Presb. Card.
Sagra Congreg. Concilij Trident. Prafecto
XV. Kal. Mar. An. MDCLV. Ætat. LXXIV.
In ipsis Vaticanis Comitijs è viuis erepto
Franc. Belaedery Princeps Patruo magno P.

A sinistris

Tiberio Carafa ex Antij Marchion.
Ex Nuceria ducibus, Scilla & Bisinians Principi
Aurei Velleris Equiti Hispaniarum Magnati
Neapol. Militia Generali Prafecto
Petri Aloysii Card. germano Fratri
IV. Non. Octob. An. MDCLVII. Æt. LXVIII. vita functo
Petrus Aloys. Carafa Episcop. Tricarien. Patruo Opt. P.

Tricarienses Canonici, vt Carafarum merita posteris trasmitterent sequens posuere elogium.

Inclytis Tricariensis huiusce Ecclesię Episcopis
Ex eadem gente Carafa, ijsdemq. Antia Marchionibus
B *Vt sanguine, ita & vita innocentia, religione, sapientia coniunctissimis*
Diomedi Carafa, qui aucto munifice Canonicorū prouentu;
Subleuata pauperum inopia, accuratis Ciuium comodis
Infulas triennium administrauit.
Petro Aloysio Card. Carafa, Diomedis germano fratri
Qui cathedram Annos omnino duos & viginti
Rexit solertia, amplitudine auxit, ornauit moribus
Ecclesiam ad elegantiorem formam reuocatam
Sacra suppellectili, pretiosis ex auro indumentis
Vel absens Tractum Rheni, & Inferioris Germania Prouincias
Apostolicus Legatus
C *Organum ad sacras modulationes magnificentissimum*
Faciendum ære suo curauit.
Pensionem subinde pulsanti Organa perpetuo constituit.
Quotidianas Cleri a Sacrorum ministerio distributiones
Annuo censu aureorum additamento cumulauit.
Seminarium attributo centum supra quinquaginta aureorum censu Excitauit.
Pijs itē locis, ac pauperū indulgētiis proniori manu cōsuluit.
Dignus plane sua Purpura
Quam illi Innoc. Pontifex X. detulit Maximus Optimo
Petro Aloysio Carafa ex Clericis Regularibus
Petri Aloysii Card. & Diomedis & fratre Nepoti
Æqo, atq. incorrupte vitæ moribus aquè florentissimo
D *Ecclesiam is ex parte collabentem instaurauit.*
Laquearia auro, ac calaturis conspicua imposuit,
Sacrum in ea instrumentum expoliuit, adauxit.
Sacrarium procuratis non modico sumptu armariis magnifice construxit.
Canonicorum Collegium Capitum numero amplificauit.
Thesaurarium curanda res sacra pensionemq. illi annuam constituit.
Sacellum D. Virgini a peritate.
Vnà cum BB. Caietano & Andreę Clericis Regularibus
Ad

Ad defunctorum tutelam dedicauit
Domus itidem Pontificias laxauit, exornauitq.
Postremo quod in Antistite laudabilius, ac magnificentius
Viui Dei templis, hoc est egenis, sacrisq. familijs
Adfuit, adest munifice
Canonicorum Ordo Patruis, nepoti benemerentissimis
Ad æternum obsequij specimen
Vnum idemq. grati animi monumentũ vnanimi cõsensu P.


Moriens legatum scripsit Coronatorum supra sexaginta familia; quorum viginti in emptione Palatii impenderentur ad commodũ antiquioris Prælati familiæ Caraffę. Reliquorum annui census in ali- A m oniam staret eiusdem Prelati.

Scripsit Petrus Aloysius latine legationem suam ad Inferiores Germanos, & Francisco dicauit Card. Barberino. Hannibal Adamus in *Pallade Purpurata*, dilectissimum pingit Alexandri VII. sequenti epigrammate.

Imperio dignam spetiem Mundiq. capacem
Mentem, oculumq. vides Parthenopea Thetys?
Agnoscis? tuus ille vir est Aloysius *ille,*
Vrbis honor, Patriæ gloria, & Orbis Amor.
Hunc Padus, hunc Menus, Patriæ hunc Sebethidis vnda
Concordiq. tuba, Rhenus vterq. canunt.
Vltima quæ fuerat, laudum sit prima tuarum;
Magnus Alexandro diceris; hoc satis est.

De eo lege Tarquinium Gallutium *in Carminibus*: Ignatium Van Papenbrieck. Ægidium Budacium commentar. *in Canonem Paschalem*. Hieremiam Drexelium, qui ei dicauit *Infernum &c.* Statetam Principum Purpuratorum.

5. *Inueni virum secundum cor meum, qui faciet omnes voluntates meas.* 4. Reg. 2.



Horatius Iustinianus patri- C tius Genuensis, Iosephi & Deipinæ Iustinianæ filius, Chios insula Ægei Maris natus die 28. Februarii 1580. puer Romam venit, vbi absoluto literarum cursu, Patribus S. Philippi Nerej nomen dedit Annum agens ætatis 25. Theologiam sine Magistro perdidicit, historiam sacram prophanam percurrit, vt sibi priuato ac aliis in publica concione, maiorum gesta proponeret ad imitandum. In sacris versatus Codicibus, grauis concionator euasit. Philippo suæ Congregationis fundatori primum tem- D plũ in oppido erexit Carboniani. Eius virtus cũ innotuisset Francisco Card. Barberino, ad negotia vocatus Ecclesiastica, regimini præfuit Abbatię Farfẽsis, dein Vaticanæ bibliothecæ. Athanasio Patelerio Pseudo Patriarchæ Costantinopol. Romam tendenti, obuiam missus Anconæ conuenit, arcana edocuit, quæ ille ignorabat. Anno 1640. Episcopus dictus Montis Alti in Picæno, ad sedem postea translatus Nuccrinam ob aeris inclementiam, vtramq. laudabiliter gubernauit vsq. ad Annum 1645. palatio constructo Episcopali, iuuante Vniuersitate, in ecclesia Nucerina Congregatione instituta S. Philippi Nerii, Cathechesim ipse ex cathedra populo explanabat. Clerum in sacris ritibus instruebat. Tanta virtus Innocentio X. non ignota purpurã meruit. Pontifex enim, vt gratificaretur Andreæ Iustiniano Bassani Principi, cui neptis Pontificis ex fratre nupserat, virum sibi antea cognitum Presb. Card. tit. *S. Onufrii in Ianiculo* adscripsit, ac S.R.E. Bibliothecarium renuntiauit. Adoptionem Princeps Iustinianus & hæreditatem nactus fuerat Marchionis Iustiniani, quamuis solo gentilitio nomine adoptantem attingeret; vnde adoptionis tempore, ei a cubiculo esset, Horatio interprete; propterea volens gratus rependere tam grande beneficium, purpuram ei impetrauit.

Patronus Ordinis S. Basilii, Anno 1649. eorum adfuit comitiis, pluribus editis Constitutionibus, quas Papa firmauit. Patronus etiam sodalitatis Nominis Iesu, absente Barberino, Ordinis Minorum, Collegii Germani, Vngarici, Summus Pœnitentiarius, omnibus se lenem præbuit, ad indulgendum facilis, Seruatoris exemplo peccatores alliciens, pro quorum salute sanguinem fudit. Virgi- B ni Deiparæ addictissimus, imis venerabatur præcordiis, diebus singulis Rosarium recitando; larga manu eleemosinas pauperibus distribuendo, vt Rosarium B. Virginis attente recitarent. In veneratione habens eiusdem Virginis imaginẽ Græco ritu expressam; appensam tenebat ad lectum, demississimis precibus, in extremo præsertim vitæ termino, se se commendans. SS. Missę Sacrificium nunquam, excepta morbi causa, omisit. Diebus singulis librum aliquem asceticum percurrebat: ærumnis oppressos non solum verbis, sed ære leuabat. Honores, dignitates excelso despiciens animo, nonnisi animarum vrgebat salutem. Primarium Vrbis virum in C in lecto iacentem, Principi odiosum & inuisum, spreto indignationis periculo, inuisit publice; onerosum sibi asserens & graue, si afflictos ei occultarent, quos erigere summopere exoptabat.

Plura scripsit Horatius, præcipue *De primatu. De Sacramentis Græcorum*. Summam D. Thomæ in Grecam linguam a Demetrio Cydonio translatam perfecit, notis ad marginem illustrauit: *Acta Concilii Florentini* collegit. Professionem Fidei pro Orientalibus scripsit. Archiconfraternitatis Confalonis de Vrbe iura in meliorem formam redegit. Vaticanam Bibliothecam ordinauit, libris in classes distributis Elenchos formauit, venientibus promptos exhibuit.

Innocentij X. successor cum non obscure designaretur tanquàm vir pius, doctus, prudens, humanis meliorem ad vitam eum euocare Numini placuit dię 25. Iul. i 1649. Cardinalatus quinto, ętatis 70. sancte moriens, vt sancte vixerat. Morti proximus iussit corpus suum in solo reponi, illud repetens *Aspergite me cinere*, *mox in cineres reuersurum*. Sepultus iacet in æde Virginis Vallicellanæ, communi Patrum S. Philippi sepulcro.

De eo lege Stateram Principum Purpuratorum.

6. Requieuit Spiritus Eliæ super Elisæum,
4. Reg. 2.



ALderanus Cybo ex nobili & perantiqua Massæ & Carrariæ Principum progenie, Caroli filius huius nominis in familia primi, & Principis tertii; ex Brigida Spinula, natus die X. Iunii 1613. fratres habuit Albericum Marchionem Carrariæ, Ioannetinum, Franciscum, Laurentium, Eduardum, Dominicum: sorores Mariam coniugem Galeotti Pici Ducis Mirandulani, & Veronicam vxorem Ducis Saluiati. Tot vetustæ nobilitatis titulis exornatus, ab Innocentio X. ad Pontificatum assumpto Palatio præficitur Pontificio die vero 6. Martii 1645. Presb. Cardinalibus tit. *S. Pudentianæ* postea *S. Praxedis*. In hac promotione cineres decorare voluit Innocentius X. Innocentii VIII. Liguris, gente Cibo cui incrementum fortunæ debebat domus Pamphilia, ab eo namq. ad dignitates vocata fuerat Ecclesiasticas. Addunt alii excitare voluisse Alderanum palatium ei cedere gentilitium, contiguum ædibus Pamphiliis: quod subodoratus Alderanus dono illud vltro obtulit; licet magnanimus Pontifex absq. pretio accipere recusauerit: cum & Fideicomisso subiectum iaceret palatium illud. In promotione Alderani ad prædilectionis testimonium, Innocentium Innocentius dixit; vnde ab ea die *Innocentius*, non *Alderanus* est appellatus. Præfuit postea Legatus Apost. Vrbini Ducatui, deinde Æmiliæ prouinciæ, demum Ferrariæ, ea diligētia vt quamuis plurimis Annis prouincias illas administrauerit, adhuc exposceretur a subditis in iudicem, rectorem, & patrem. Ab Alexandro VII. Innocentii successore Æsinus dictus Episcopus Anno 1655. collecta Synodo Constitutiones euulgauit, quæ cū honestatem referant & iustitiam, Clerum habuere veneratorem. Vir pius doctus, libris semper intentus, & mortuorum colloquiis, seueritatem quamdam præfefert antiquam, quæ tamen a iustitia nunquam seiuncta venerationem potius conciliat quàm timorem. Natura Melancholicus, & Mercurialis quòd meditationi semper intentus, voluptuosas abhorrens societates nonnisi Musica delectatur sacra tamen, non prophana. Congregationibus Annonæ adscriptus Aquarum; Paludum; Examinis Episcoporum, Regularium, Boni Regiminis, Immunitatis & controuersiarum Iurisdictionalium, Sacrorum rituum; Rerum Consistorialium, Sacræ Consultæ, Fabricæ S. Petri, Hæreticæ prauitatis, Fidei propagandæ, Signaturæ Gratiæ, Viarum, sexto iam Comitia adiuit Pontificia, in quibus Alex. VII. Clemens IX. X. Innocentius XI. Alex. VIII. Innocentius XII. exaltati fuere; sub Innocentio XI. totius Regiminis molem sustinuit; solus, in quo Pontifex speraret, confideret, remitteret. Ea enim fide, diligentia Arcana tractauit Reipublicæ, quòd eius ministerium non solum Romani, sed Orbis Terræ Principes dicto laudauerint Euangelico, *Beatus ille seruus, quem cum venerit Dominus, inuenerit vigilantem*. Aulę prępositus Pontificiæ, Legatus dictus Auenionensis, Minorum Obseruantium Protector, Trinitariorum, Collegii Germanici Armenęq. nationis, sacellum extruxit magnificum in Ecclesia S. Marię de Populo, vbi cineres Maiorum suorum requiescunt. Vitam Innocentii XI. R. P. cum ei inscriberem, sequentibus panxi. (Eminentissime Princeps) *Sciagraphia hæc Pontificis Sancti (quam in remedium corrupti sæculi, Deus*
A *nobis ex alto proposuit) accedit impauida, quia adulatione impolluta. Abhorrens decipi, vel decipere, historicorum fucum studio declinaui, qui opus suum approbari & populare fieri formidant, nisi illud mendacio aspergant, vel miraculis excitent; sperans, si aliquis omissionis error irrepserit, eius fore, qui arcana vidit, quæ non licet homini loqui, superaddere, quæ ad Religionis incrementum, & Catholicæ tutelam fidei, in Quirinali cum Christi Vicario, Consilij particeps dia est meditatus ac noctu. Hac in graphide secreta recurrunt, quorum finis Deus, occasio Pontifex, minister Cardinalis, Alienà ergo in imagine tua etiam membra reperies, Excepto Capite, quod Christus nunc soli Innocentio reseruauit.*
B *Harmonicum planè regimen, & plena Imperio Dextera tua fœlicitatem posuit non in potestate, sed in Iustitià. Tantum enim, quantum Vult, potest, qui se, nisi quod debet, non putat posse, Officium tuum Imperare esse, non Regnum legationes testantur Vrbini, Æmilia, Ferraria, vbi prò monumentis relicta monimenta Virtutis, de te resonant uerius, quam de sapientibus Stoicus. Hi continebant manus, & firmiores à validioribus tuebantur, suadebant dissuadebant; vtilia, atq. inutilia monstrabant. Horum prudentia, nè quid deesset suis; prouidebat, fortitudo arcebat pericula, beneficentia augebat, ornabatque subiectos. Nemo quantum posset aduersus eos experiebatur, per quos ceperat posse: Nec erat cuiquam*
C *animus in iniuriam, aut causa: cum benè imperanti benè pareretur, nihilquè Rex maius malum minari malè parentibus posset quam vt abiret è regno. Sedentem nunc in Orbis Theatro Coadiutorem Petri, socium Pauli in opus ministerij, cum in ędificationem Corporis Christi te ad instar illius Discipuli, qui supra pectus Domini in cœnà recubuit; Innocentia dilligat: lege quę ego ex genu (quemadmodum de Ignatio Xauerius) scripsi deuotus de Sanctissimo Patre nostro Innocentio XI. Gloria namquè mihi erit sempiterna, D. Bonauenturam sequi; quandò iste Charismata æmulatus meliora, vna cum D. Thomà melos canens Hostiæ Eucharisticæ, hymno audito, quem prælegerat Doctor Angelicus suum & ipse recitare excitatus, vt*
D *manus daret victori, discerptum monstrauit in puluere scripsi, quæ viri etiam priuati vsque ad expugnationem Albæ Iuliæ assequi non prohibentur. Penitiora supplebit Celsitudo tua Eminentissima cui reuelata sunt secreta cælestia. Dictare ni pigeat, me rescribere non pœnitebit. Colles quandoquè conscendam Romanos, vt ex alto legem conscribam. Et si semel eam me audire contingat, forte forsan meliori quam Moyses, non confringam, sed etiam coram Idolis, corde, ore, manu intactam seruabo. Accipe interim, Eminentissime Princeps, vel inconcinnè distributa*

stributa

stributa gesta Pontificis, sacra enim prophano licèt in ore non polluuntur. Libertatem, sine qua historia languet, cum tuo solummodò inueniam in stemmate, si sub umbrà protegas alarum tuarum, legent mortales sine irà, & studio (quorum causas procul habeo) fastos Cardinalis Eminentissimi, Pontificisquè sanctissimi, quorum sedendo est vincere, dùm alij pugnando. Talis cum te deceret Pontifex, qui a die natalis sui Benedictus veniens in nomine Domini ascendit in montem Dei Innocens manibus & mundo corde: Cardinalis ei à secretis conueniebat, qui Aquila magnarum alarum grandis, innixa Cruci Saluatoris, à Mari vsquè ad mare, & à flumine vsque ad terminos

A

Orbis terarum, libertatem manutenens Ecclesiæ pro templo terram nancisceretur uniuersam, pro delubris Vrbes, & pro imaginibus homines omnes, quorum in animis semper cum glorià insideret memoria Imperij pacifici, incruenti, felicis, triumphantis, eo licet unico armati signo, cui omne genu flectitur, Cælestium, Terrestrium & Infernorum. Ita post humile sacræ Purpuræ osculum venerabar.

De eo lege Augustinum Abbatem Einsidlensem *in defensione Triden. Concilii.*

Obijt Ciibo die Iovis, 22. Iulij 1700. hora 18.

B

cadauere exposito in ecclesia Iesu nomini sacra, vbi iustis solutis delatum cadauer in templum B. V. de Populo, funus militia prosequente Romana, ut decani S. Collegij. Condito testamento tria millia Coronatorum legavit familiæ distribuenda.


7. *Laudemus viros gloriosos, & parentes in generatione sua. Dominantes in potentatibus suis, homines magni virtute, & prudentia sua præditi, nuntiantes in* Prophetis *dignitatem Prophetarum.* cap. 44. Ecclesiastici. n. 1.

7. *Dixit ad eos Aaron: Tollite inaures aureas de uxorum, filiorumque & filiarum vestrarum auribus, & afferte ad me.* cap. 33. Exodi. n. 2.



FAbritius Sabellus Romanus Pauli Principis Sabelli filius ex Catharina Sabella, Romæ natus die 14 Iunij 1607. Salernitanam rexit Ecclesiam sibi a patruo Iulio Sabello resignatam per Annos sexdecim. Inde Romam veniens longo fyrmate, & clara avorum imagine, genitoribus non inferior. Die 7. Octob. 1647. promotione quarta, ab Innocentio ad purpuram assumptus Presbyteralem tit. *S. Augustini*, ob generis splendorem, Bononiæ Legatus præfuit & reos ne mulctaret sanguine, mulctavit auro; quo plebei vel nobiles lascivire solent, & ludere. Novus Aaron ut populum coerceret contumacem, Mundo exuebat muliebri, ut ad limina revocaret obsequij, & sarcinis expediti superbiæ, facilius enatarent ad portum salutis æternæ. Legatione peracta, Romam redijt & ecclesiam Salernitanam Ioanni de Torres resignauit, Comitiis adfuit Alexandri VII. sub quo, die 26. Februarij 1659. ætatis 52. diem clausit, sepulcro exceptus gentilitio, apud S. Mariam de Ara Cœli.

8. *Manifesta sunt opera carnis.* Gal. 5.



FR. Michael Mazarinus Petri apud Siculos nati filius ex Hortensia Bufalina de civitate Castelli, in Baptismo Alexander dictus, germanus frater Iulii Card. Mazarini, Romę natus (vt diximus *in vita Iulij*) Gramaticæ rudimentis instructus in Romano Collegio, nomen dedit cęnobiarchis S. Dominici, ad S. Mariam super Mineruam, inter quos nomine relicto Alexandri, Michaelis assumpsit. Bononię cursu confecto Theologico, Romæ Theologiam docuit, inde Venetias Commissarius sui Ordinis directus à Magistro Generali Rodulphio, Apuliæ mox Romanæ Provinciæ Prior Provincialis, vacante Generalatu in Comitiis Magister Generalis. Veruntamen orto dissidio inter Hispanos & Gallos, cum Simoniace & per violentiam accusaretur intrusus, propterea mandante Cęsare à Germanis irrideretur: Vrbanus vtile duxit, Romæ iterum congregare Fratres ad Generalia Comitia, in quibus cum Papa Magistrum Sacri Palatij declarasset Mazarinum; Fratres Thomam Turcum Magistrum sibi prępo suere Generalem.

C

Sedente postea Innocentio X. Michael Aquensis dictus Archiepiscopus, mense Iulio 1645. Romę, in ædibus S. Mariæ super Minervam consecratus, accepto Pallio, in Galliam abijt, vt solitum pro tẽporalibus fidei clientelaris sacramentũ Regi præstaret. Post biennium in vrbem reversus, specie arcana Gallicæ Maiestatis cum Pontifice conferendi, re vera remissus a fratre, quòd supra modum gravis cum Gallis non conveniret, apud quos nec sonus ponderatur verborum, quem admodum apud Romanos, neque gradus mensurantur circino.

Fama erat Cardinalem a Rege postulari Christianissimo, cui ægre conveniebat Pontifex, ne Galliæ Ministri illud sibi vsurparent; quòd eorum fratrem Romani Pontifices assumerent in Cardinalem. Nova tamen haud defuit Iulio Mazarino prudentia, vt Papam expugnaret. Literis namq. impetratis ab Vladislao Sarmatiæ Rege ad Pontificem, & ad Pamphilium eius nepotem, quibus pro corona Polonica Michaeli purpuram humiliter poscebat; in eum tandem Pontifex


D

Innocentius inclinauit. Cum enim per expressum tabellarium, ex Regio mandato Michael Roma euocaretur, Pro Rex dictus Catalauniæ, iussus ab Innocentio paucos dies Romæ subsistere, habitoque interim secreto Consistorio, in quo sex Cardinales promoti, inter eos Mazarinus etiam inclusus *tit. S. Cęcilię*, qui propterea novo Regis mandato, iussus Romæ subsistere, vt Neapoli rem Gallicam promoveret aduersus Hispanos orta civium seditione, in qua plurimi etiam claustrales immixti; at cum Hispanæ prævaluissent phalanges, ad regimen Michael abiit Catalaunicum sed sorte infelici ingratus populo, A odiosus magnatibus, propterea Romam à fratre remissus, animi angustijs atq. aeris inclementia afflictus, die post suum in Vrbem aduentum octauo, 31. Augusti 1648. ætatis 43. hora tertia expirauit, apud S. Mariam super Minervam sepultus, ad pedes Fratrum suorum, vt iusserat in testamento. Annulum valoris trium millium coronatorum cęnobio legauit S. Mariæ: maiorem sacelli sui suppellectilem Ecclesiæ Aquensi. Eius in tumulo sequens legitur epitaphium.

D. O. M.

Fr. Michaeli Mazarino *Ord. Præd. Apulo, Romanoque Provinciali*
Sacri Palatii Magistro, Aquensi Archiep.
S.R.E. Card. tit. S. Cæciliæ, Catalaunię Pro Regi
Ad Innoc. X. P. M. Oratori electo
Immatura morte sublato Kal. Septem. Anno
M. DC. XLVIII.
Fratres S.M.S. Minervam Fratri Benefactori Amantiss. Pos.

9. *Domine, non est exaltatum cor meum, neq. elati sunt oculi mei*. Psal. 130.



FRancisc. Cherubinus Italus in oppido Montis Bodij apud Picenos, die 22. Sept. 1585. natus Romam venit auro pauper non literis, in familiam adscriptus Cardinalis Pamphilij. Munera plura obivit Romana, fide, & iustitia, qua duce Cœlum etiam habuit in partibus, quæ patronum eius Pamphilium ad thronum, Cherubinum verò eodem tempore ad Auditoratū Palatij manuduxit, ex hoc ad purpuram Presb. tit. *S. Ioãnte portam Latinam* die 7. Octob. 1647. Auditoris munere non deposito. Comitijs adfuit Alex. VII. a quo Ep. Senogalliensis dictus die 2. Aug. 1655. Anno nondum exacto, è vita migravit ætatis An. 71. die 20. Aprilis 1656. in sua Cathedrali sepultus. Ejus mitem animum conijce ex lemmate supra posito. *Domine non est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei*; eumdem namq; morem seruauit in purpura, quem in tunica; humilis, mitis, & nulli grauis.

10. *Quia confisus es in viis tuis, in multitudine fortium tuorum: consurget tumultus in populo tuo & omnes munitiones tua vastabuntur*. Oseæ 10. num. 14.



CAmillus Astallius nobilis Romanus Fuluij filius ex Catharina Pinella natus die 21. Octob. 1616. in oppido Sambuci diœcesis Tiburtinæ, laurea I.V. suscepta in Romano Collegio, Aduocatis adscribitur Consistorialibus ab Innocent. X. mox ex amore eiusdem Pontificis, Clericus Camerę Apostolicę cum Carcerum Præfectura Considerans porro Papa quòd senio confectus non valeret solus molem sustinere regiminis, eo agnatum nepotem adoptare cogitauit, qui etiam post mortem, stemmatis gloriam protraheret. Ar-
B canum cum communicasset Pancirolo Cardinali, annuit iste, ne Papam affligeret. Veruntamen iussus iterum rem attentius considerare, respondit. *Vtinam S.V. rem acuratius perpendat: ne volens creaturas suas sub uno capite congregare, familiam dividat*. die sequenti, accedens Pancirolus iterumq. a Pōtifice interrogatus, quid sentiret de adoptione nepotis, eum ipse tumidum primi ministri titulum abhorrèret, votum iterum confirmavit adoptandi nepotem, iussus itaq: eos adnotare, quos ex Cognatis, tanto ministerio idoneum crederet nomina obtulit in abeccedario Albitij, Borromæi, Imperialis, ultimo loco *Astallij* iam Cle-
C rici Cameræ Apostolicæ, Fratris Marchionis Astallij (cui neptis ex Olympia nupserat) eiusque in laudem multa protulit: ex quibus Pontifex paucos post dies, vocato Cousistorio, die 19. Sept. 1650. Astallium Presbyterum Cardinalem assumpsit, *tit. S. Petri in monte aureo*, collaris ei Pāphiliæ gentis insignibus cum palatio ad inhabitandum, in platea *Nauona*, & ad onera sustinenda decem millibus Coronatorum; permissa etiam tormentorum explosione (ita consulente Azolino) ex arce S. Angeli, vt solet in promotione nepotum Pontificis, vt amor & existimatio concilia-retur promoto. Huius adoptione cognita, reliqui
D concitati cognati ad Pontificem venere solliciti, in unum Pancirolum queruli & collimantes, quasi iste ignem immisisset in familiam Pontificiam: revocationem cum conarentur impetrare decreti, noluit Papa verbo deficere, licet inclementius ageret cum Astallio. Hunc Pancirolus diebus quindecim, hospitio recepit, ære suo alimenta toti familiæ subministrauit: quo tempore; in tanto corpore expertus angustum esse menti locum,

locum, pænituit creasse hominem: verum cum absq. nota Pontificis, locus non esset pęnitentię, collectis studijs ad Pontificem venit, męstitiam simulans; causam sciscitanti Pontifici, finxit convenisse Astallium lacrymis obrutum. Plangit enim, *quòd S. V. tanquàm alienum non assumpserit; Si enim non adoptatus fuisset, sua contentus forte vitam duceret felicem*. In familiam verò assumptus Pamphiliam, cum hoc minime cogitaret, eodemq. tempore odiosus factus Sanctitati V. *delictum arguitur, cuius in pęnam aspectu etiam spolietur illius Pontificis, qui eum tantis cumulauit beneficijs*. His auditis Papa pietate motus Astallium ad se euocavit, cum vidit, sprevit, toruoq; oculo remisit, aduersus ipsum Pãcirolum indignatus quòd Astallius, rebus agendis minime aptus appareret; ab Alpha Instruendus ad Omega. Iuuenem cum excusaret Pancirolus Maiestate obrutum, metu exagitatum: mandavit Papa, vt statis solum diebus Astallius adeum accederet: sed & in eo constantia Panciroli prævaluit; vt semel in die Astallius permitteretur accedere: Hunc non audiebat Papa, nisi prius expedito Pancirolo: cui incessanter instanti pro Astallio, indulsit tandem Papa, & pensiones prædiuites supra decẽ millia Coronatorum annuarim percipiendas, vnà cum legatione Auenionensi designauit. Quantum insudaverit Pancirolus, vt gradatim hæc Astallio impetraret? incredibile dictu; Cogitanti Pontifici bona Astallij acquisita & acquirenda, per fideicomissum in Pamphilios transfundere, dissuasit; quòd satis pro fide Astallij, vinculũ gratitudinis. Instruebat interim Pancirolus juvenem, & proprij consilij ipsum quandoq; asserebat auctorem. Ipso etiam prohibente Papa, ne in familiam Astalii agnati adscriberentur vel amici, Caffarellum dedit Domus præfectum; & Marium Maximum Equitum Magistrum, quibus breui pensionem procuravit. Conatus tandem ad incrementum fortunæ Astallij, vt Cognata ipsius Pontificis vt fœmina turgida, aulâ secederet: annuit Papa, Primogenituræ Pamphiliæ cura Astallio commissa, cui Camillum Pamphilium eiusque coniugem Rossani Principem reconciliari voluit.

Tantis Astallius ingratus beneficijs, ægre ferens quòd Romæ Panciroli haberetur discipulus, quasi fatcinatori famulus vestimenta ille consueret, iste vero Dominis deferret; aures prębere cępit susuronibus, qui in turbido mari sagenam mittere spetabant, ab eius tutela secedere suadentes, qui eo veluti lanternario vtebatur, vt in tenebris gradum dirigeret. Plures isti detractores, quibus aula semper abundat; & inter eos Mascambrunus Prodatarius, eo quod ablegatum Card. Cechinum a Papa, Pancirolus reconciliasset, ita spe Mascambunus frustratus obtinendi Datariam, & cum ea Purpuram. Nullus tamen audebat vrgere rotam, prudentia, iustitia, æquitate pensata Card. Panciroli, cuius mens erat, omnibus benefacere.

Legatio interim distribuenda erat Flaminiæ, quam instante Pancirolo, Papa Donghio Cardinali designauerat; quamvis Raggius & Vidmanus Cardinales Cechino interprete eam poscerent, iniuria notari querentes; si ipsis exclusis Papa hominem quęreret inter Cardinales ab Vrbano VIII. promotos: cum vero Pontificem expugnare haud possent, Petrum Aloysium excitavere Caraffam vndiq; meritum vt ad exclusionem Donghij, Legationem ipse exposceret Bononiensem. Negavit Caraffa in certamen descendere protestatus se *filium obedientiæ, in omnibus, quæ illi Pontifex delegaret*. Ambientium hoc arcanum, vt Caraffam deciperent & Pontificem. Astallius itaque quasi à Caraffa excitatus legationem a Pootifice postulauit. Pontifex falacitatem subodoratus respondit: *Donghis electione vulgata; improbabile est, Caraffam talia postulare*. Pancirolus ipse qui præsens erat interrogatus a Papa, *quid crederet? quid sibi videretur? Asserente Cechino talem esse Caraffę mentem, non dubito veram esse* (respondit Pancirolus) *imo tantum Cardinalem V. Sanctitatis creaturam exaudiendam*. Papa tamen, qui Caraffæ adhærere trahebatur inuitus, mandavit Astallio, aperte interrogare Caraffam; *an Bononiæ, legationem exposceret?* ipse autem corrupto mandato significauit. *legem Pontificis esse, vt Bononiæ pręesset*. Caraffa legationem subire autumatus ex mandato Pontificis; Pontifex verò conferre, vt postulanti gratum faceret, Donghium Romaniolæ Legatum declarauit; Caraffam verò Bononiæ. Fraude cognita indoluit Papa; eodem tempore, ingenio delectatus nepotis, quòd aulicas non ignoraret artes.

Simili arte ludens cum oratoribus Principum diffidia fovit potiùs quàm composuit; scandalum referens in Pancirolum quasi inimicum suum. Hæc cum Pontificem iustum minimè laterent, judicium protrahebat vt locum daret pœnitentiæ & ad frugem meliorem, iuuenem excitaret. Decubuit interim Pancirolus Mense Iulio 1651. stomachi morbo contracto ex laboribus septennalibus in secretariatu; iubente Papa vt illico Medici omnes euocarentur pro eius salute, cum paucis ante diebus Astallius etiam ægrotasset, quem decumbentem officij gratia Pancirolus convenit, & quamvis inurbane receptus, dissimulavit, inde ducens si Astallij director crederetur.

Dissentiebat Astallius etiam ab Abbate Farnesio Vrbis Gurbernatore, præcipue, quòd defuncto Notariorum Criminalium Magistro, alium subrogare conatus fuisset Astallius inscio

Far-

Farnesio; quod cum ad aures pervenisset Pontificis, notarium ab Astallio submissum non solum repudiavit, sed ad triremes remisit. Tanti dissidij pacificator accedens Pancirolus, qui Farnesium ad Romanam euexerat præfecturam, facillime Farnesium ad honestam compositionem promptum habuit, & officiosè observatorem Nepotis Pontificii; qui rem sinistre interpretando, quasi ex insidijs Panciroli, ei omnia infaustè cederent, iurata iterum cum Mascambruno, Panciroli ruina, Medicos Tacchiam & Tazzellā expugnarunt, vt Pontifici falso referrēt Phthtisi Pancirolū laborare, propterea opus fore, ab eo abstinere, ut omni supicione liberi ad SS. accederent. Laudavit Papa villicūm iniquitatis, Pancirolo non incognitæ, Dissimulavit tamen iste, immo testamentum suum à Mascambruno scribi voluit, in quo Horrologium aureum legavit Cardinali Astallio, Papa præterito; cuius occasione Mascambrunus Testamentum Pontifici recitando, mordere cœpit quod aurea non auferat. Imo priusquàm Pancirolus decumberet, occurenti Mascambruno dixit: *Epistolio, quod singulis hebdomadis: te meum accusat inimicum, me expedire non possum. Falsum vt illud credo; ita certiorem te volui, ad frugem meliorem*. Obmutuit aliquantulum Mascambrunus, viribus postea collectis, iuravit, periurauit, beneficiorum memorem fide numquàm defecisse. Ob sui prætcritionem in testamento minime commotus Papa (cum factioni testamenti dies quindecim Pancirolus supervixisset) mandauit nepoti, ægrotum visitare. Audito officio respondit ęgrotus. *V. Eminentia fidum amittit amicum; displicet, quòd cognitio veritatis non erit sine pęnitentia*. Quibus dictis conuersus ad parietem, Astallium non amplius videre sustinuit, & die sexto expirauit vir animo integer, manibus impollutus qui per Annos quadraginta, teste ipso Pontifice Innocentio X. vixerat sine querela: cumque in Pontificatu suo expugnare haud poterat, vt calicem aureum cum alijs muneribus transmissum ab Archiep. Saltzburgensi reciperet. Ex Hispania redux comitiis adfuit Innocentij X. cuius operam in sui exaltatione collatam vt rependeret Pontifex, Abbatiam ei contulit redditūum, Coronatorum 1500. sed ipse in Cardinalem Rappaciolum transferri curauit. Paupertatem professus, cum Crux solummodo illi superesset adamantibus ornata (valoris Coronatorum 6000. Camillo donauit Pamphilio nepoti Pontificis. Pauci fuere, qui beneficia accepisse negarent; quamuis in eum æmuli conuenirent maledicendo, hyppocritam accusando, thesauros per eum congestos declamando; cum tamen tota suppellex valorem non excederet Coronatorum 2000. Zelotypia creditur fuisse ambientium thiaram, qui eum vbiq; diffamarunt. Defuncto Pancirolo, Ghisium, in Flandria agentem designauit Papa à secretis Status, non dissentiente Cardinali Spada, quem consuluerat subrogato interim Azolino, ex insinuatione Astallij furtivè transmissa ad aures Pontificis, per eumdem Spadam. Munus autem cum vacaret a Breuium Secretis, in gratiam Caietani, intercedenti Astallio respondit Papa; *cogitandum esse*; ita solebat modestè negare. Instigante autem Caietano, viriliter agere, nec iura præterire Cardinalis patroni, Gualtiero mandavit, diploma scribere illius muneris in favorem Caietani. Papa cognito attentato, succensuit, assensit tandem videns hoc modo existimationem conciliari nepoti. Mascambrunus, qui munus illud prænsauerat, iurato fœdere cum hostibus Astallij cæpit vindictam meditari aduersus Astallium. Ex adverso Card. nepos technas, fervidumq. ingenium timens Mascambruni, P. Brandanum Societatis Iesus (qui pro redemptione cuiusdam Lusitani de Fide inquisiti Catholica, pecuniam Mascambruno numeraverat, neque absolutionem impetraverat) immisit ad Papam, significata Mascambruni fraude: accusationem reiecit Papa tanquam calumniosam, ut aliàs responderat Cardinali Cechino Datario. Cum vero proxima esset noua Cardinalium promotio; inter quos Mascambrunus designabatur; Astallius ipse accedens ad Papam, cum Brevibus adulteratis à Mascambruno, expositaque veritate facinorum, inquisitionem impetrauit, & carcerationem Mascambruni in ipsa Dataria; qui inuentus de iniquitate nemini cedere, capite pœnam luit, non sine indignatione Pontificis aduersus Astallium, quòd tanto tempore facinora celasset perduellis. Romam etiam cum venisset Cardin. Io: Carolus Mediceus, & in primo colloquio de Camillo Pamphilio laudabiliter fuisset loquutus, Zelotypia agitatus Astallius, in sui ruinam accessisse Mediceum; cępit Pontifici insinuare, Romam venisse Mediceum, vt de successore prouideret; argumento deducto ab officiis, quibus in Consistorio coram ipso Pontifice, agebant Cardinales Cæsius atq. Montaltus cum Barberino. Papa vt artem arte deluderet, & clauum clauo figeret, mandavit amicitiam redimi Barberinę gentis, oblatis nuptijs filiæ Principis Iustiniani Maphęo Barberino, ut in electione futuri Pontificis religiosè & amicè coirent. Quę omnia ad mentem euenissent Innocentij, si Romani Pontificis assmuptio hominum esset, non Dei. Quis enim negare audebit, Magnates, Principes, Reges, Cardinales eò sedulos & anxios collimare, vt juxta votum amicus & necessarius clauum teneat Ecclesiæ. Scopo tamen aberrare, eumq; solummodo exaltari, quem ab arcanis suę providentiæ Altissimus sibi disposuit, inimicis ipsis annuentibus, experimur: hinc adagium. Plurimi conclaue ingrediuntur Pontifices, & domum redeunt Cardinales.

Bar-

Barberino [sicut alibi dictum] vt Pamphilij & Barberini vnà coeuntes & conuenientes electionem successoris tenerent præ manibus. quòd iuxta mentem Innocentii omnia contigissent; nisi alirer fuisset in Fatis. Tãtum arcanum cum absoluisset Olympia, nulla facta Astallio notitiæ; inuidiosam sibi ducens & iniuriosam Barberini affinitatem, quòd per eam vnionem directurus ipse oon esset Innocentii X. creaturas expostulabat quotidie contra Papam, instigantibus Florentinis, Hispanis, Principe Ludouisio Barberinis aduerso, vt vnà secum conspiraret; quibus non dissentiens Astallius, omnia deferebat Triuultio Cardinali pro Hispanis Romæ Oratorem A agenri, quamuis monitus ab Azolino, arcana rimati Pontificis, non declinando ad dexreram ueq. ad sinistràm: sed alitet agens, Papam ira concitauit, vt ab eodem aula secedere iussus, sarcinas collegisset; nisi intercedente Olympia (quæ exaltationem noui ministri sibi credebat iuutilem) fuisset adhuc toleratus, monitus tamen atq. cotrectus ab eodem Papa, atq. pro castigatione adstrictus Azolino committere, ne ipsum Astalium amplius ad cubiculum comitaretur; vt solebat honoris graria. Non propterea conualuit, semper magis insaniens, nouas siglas notasq. arbitrarias transmisit ministris legationis Hispanæ, mandans vt illis præteritis, quas acceperant B ab Azolino Pontificis sectetario, illis vtereutur in posterum: quòd ægrè ferens Azolinus, ne ipse argueretur insidelitatis, si Siglæ conscio Pontificio decretæ, eo inscio mutarentur, Olympiam consuluit, quę fœmineo percita furore nocte 20. Ianuatij. 1654. vnà cum Azolino, cuncta aperiens Innocentio, eius degradationem obtinuit, aula tamen non relegando, ne ad sibillos concitarerur Roma. Astallii causam patrocinantem Ghisium, audiuit patienter Papa, constans tamen respondit; *iacta est alea; sustinuimus ad satietatem*. Vrgente postea Azolino, quòd post obitum Innocentii, ad eius ignominiam & domus Pamphiliæ ruinam, omnem C Astallius mouisset lapidem titulo ornatus nepotis Pontificii; Papa in oppidum eum relegauit Sambucci; vbi noua excitatus iniuria ob recentem cum Florentinis, Hispanis, Principe Ludouisio, atq. Pamphilio conspitationem, pensionibus eos spoliauit atq. muneribus, Roma etiam secedere iussum: Instructo processu, ob disamationem plurium facinorum, præcipue quòd mutos effudisset Palatii Pontificii, & noctu egrederetur, teste deficiente cessauit inquisitio. Spoliatus est tandem cognomine Pamphilio vnà cum redditibus ecclesiasticis, ære signato Coronatorum triginta millium, redditibus solum permissis 9000. Coronatorum annuis, sub pæna D exhæredationis Camillo Pamphilio imposita, si Astallium in familiam Pamphiliam restitueret. Sambucci itaq. vsq. ad obitum Innocentii X. delituit. Comitiis adfuit Alexandri VII. donec a Philippo IV. Hispanię Rege Patronus in Curia declaratus Regni Siculi, & ab eodem ad Ecclesiam promotus Catanensem, in eius cura decubuit febri correptus repentina die 21. Decemb. 1662. ætatis 44. Cardinalatus XIII. in Ecclesia sepultus Cathedrali vtinam cum quiete, quam inter mortales nunquam habuit. De eo Baptista Nanius *H. Veneta*,

11. *Conuerte Domine captiuitatem nostram sicut torrens in Austra.* Psal. 125.



IO: Franciscus Paulus de Gondij natu Gallus ex Gondiorum Hetrusca oriundus familia, cuius auitum decus honoribus effulsit & dignitatibus, Regiæ ipsi progeniei agnatum, & nuptiis illigatum cum Borbonia, Aurelianensi, Montmorencia Rohanensi familiis.

Patrem habuit Io: Franciscus Philippum Emanuelem Gõdium Soigniaci Comitẽ Regiarum Triremium præfectum, S. Spiritus Torque insignitum; qui post propagatam prolem Petrum Ducem Radesianum, & Io: Franc. Paulum ex Fancisca Margarita de Silli, aulæ repudiatis illecebris, Instituto se addixit S. Philippi Nerij) a natura ingenio præditus felicissimo, scientias omnes facile percurrit, S. Patrum, Conciliorum exemplaria peruoluens, Canonistarum ac Theologorum habitus sui B sæculi Princeps. Theses cum in Sorbona multoties subtiliter propugnasset, laurea merito ornatus, facundiaq. mirabiliè suggestu populo diuina cępit explanare mysteria vnde a Rege Abbas dictus Commendatarius Buzei diœc. Nannenetensis, Ordinis Cisterciensis, & S. Crucis Kempergensis apud Armoricos S. Benedicti. In Coadiutorem postea exoptatus Parisiensis Archiepiscopatus a patruo Io: Franc. Gondio, Dominica Ianuarii vltima die Anni 1644. consecratus Anno sequenti in comitiis Generalibus Cleri Gallicani delegatus sublimes ostendit animi dores oratione coram Rege publice habita apud Fontem Bellaquam, assistentibus Archiep. C Episcopis, aliisq. Cleri deputatis. Tantum virum Innoc. X. die 19. Februar. 1652. nominante Galliarũ Rege, Presbyteris Card. adscripsit; & biretum imposuit Rex ipse die 2. Septembris: Titulum vero *S. Maria super Mineruam*, Romæ ipse obtinuit. *Rethius* Cardinalis dictus, seu *de Rais*, vel *Radesius*.

Semel fortuna defecit atq. virtute, cum Mazarini ablegandi prætextu cũ Principibus conspirauit, vere vt Regem illigatũ tenerent, & obnoxium propterea a Rege carceri traditus plaudẽte populo, quod Rex inciperet Regie agere, ac solum in eo deficeret, quòd vnà cum Cardinali Gondio Mazarinum etiam non includeret. Odio insequebatur Gondius Condæi D fastum, eodemq. tempore ProRegium Mazarini ministerium, quasi Galli hominis, ac Regi fidelis officio deficeret, qui vnius ruinam non vrgeret, & alterius humiliationem. Instabat propterea apud Parlamentum, vt conuenirent pro restitutione Relegatorum, cum quibus Mazarini reditũ impediret. Hinc Mazarinus reditum suum vel inutilem vel periculosum pręuidens Parisijs sedente Donghio, cum Rege conuenit, eum carceri tradere. Dificilis porro cum esset executio; occasionem ille subministrauit

ante

noctæ Christi nascentis, muoere assumpto ad populum concionandi, cui Regina ipsa se adfuturam Parocho significauit. Tanto honori grates agere cum Gondius se obstrictum crederet, timore vacuus Regiam ascendit die 20. Decembris, cum adhuc Regioa in gyneceo clausa mundum indueret muliebrem. Accescit interim ad Regem, qui in gradibus erat vt & ipse ad Reginam accederet, secumq. Gondium ad matrem humaniter duxit, cum qua dum Cardinalis officiosè ageret; ad aures Tilierij accedente Rege, atq. Cardinalis imposita carceratione; Marchio Villequerius Prætorij Præfectus exeuntem in procetone custodiæ mancipauit de causa querentem captiuitatis suæ: Inde curru inclusum in arcem traxere Vineennes, nullo aduertente; donec publicata captiuitate populus Regem glorificauit, in eodem carcere Mazarinum desiderans; vt inde edocerentur Ecclesiastici abstinere profanis. Aulici, (quamuis solo Rege auctore Retzius abiisset in carceres) Mazarinum arcani accusabant architectum: qu ivt se purgaret, literas ad Regem dedit in fauorem carcerati, adiurans eum vti Ecclesiæ Primogenitum vim non inferre ecclesiasticæ Immunitati. Rex autem misso ad Pontificem tabellario (similem misere coniurati vt ad Cardinalis tutelam, Papam excitarent,) facti seriem exposuit, Excandens B Papa audita Gondij carceratione, Marinum misit Archiepiscopum, vt Parisijs ordine iudiciario inquisitionem instrueret iudicio Pontifici reseruato, soli ac legitimo iudici Cardinalium. Galliam tamen ingredi Marino prohibito, redarguebant Galli; pro Cardinali Mazarino à Parlamētariis capite damnato, cum quinque millium Coronatorum menytro percussoribus promisso, inuito Rege (qui Mazarini ministerio ad publicam vtebatur vtilitatem) Papam nec verbum fecisse, quamuis adhuc impubere Rege & pene oppresso; vnus Papa debuisset in tutelam Regis & Cardinalis accurrere, nunc autem in gratiam seditiosi hominis, ac perduellis, qui longo C iam tempore turbas fouebat aduersus Regem, Romam totam concitari, cum tamen custodiæ Retzio tradito, iudicium rei Rex minime vsurpasset: & si exempla non deficerent præcipuè Ludouici XI. per quem Cardinalis Balua vinculis tradito; Pontifex nonnisi paterna adfuit admonitione. Paulo post vita excessit Archiepiscopus Parisiensis, cuius locum tanquam cuadiutor Gondius implere debebat; se abdicare excitatus ab aulicis oblatæ libertatis pretio, consensit, bis nuntio ad Pontificem misso, vt suæ manum daret resignationi. Negauit Innocentius X. ne Principes fouere videretur falcem ponentes in messem alienam. Hinc arctiori custodia pressus D Retzius etiam peiora timens, adiuuante Brisaci Duce fugam arripuit fune dimissus ex turri præalta, in fuga vero quamuis equi lapsu, in humeris, in capite pene cōfractus, quiescere nō ausit, donec nauicula in vrbē S. Sebastiani traiectus, omni humanitate ob Hispanis receptus, Romā inde nauigauit. Priusquam discederet literas scripsit ad Capitulum Parisiense, resignationem reuocaos in carcere factam sui Archiepiscopatus sperans noua seditione populi Mazarinum opprimere. Nec votis seditiosi defuere Canonici, hymnum publice in Cathedrali canentes *Te Deum laudamus*, pro Gondij libertate; qui fere omnes exilio mulctati fuere: asserentibus aulicis, ex hoc solo reum læsę Maiestatis Retzium cōstitui; quia Parisijs degere auderet populo patrocinante aduersùs Regem. Arrestum typis publicatum non solum contra personam Cardinalis, sed eius amicos tanquam læsæ Maiestatis reos, si cum ipso vel per literas conuenirent. Viginti quinque diebus in vrbe S. Sebastiani substitit literis honestatus Regis Catholici, triremi donatus cum quinquaginta millibus Co- A ronatorum quæ respuisse dicitur. Eodem tempore seditionis auctor accusatur apud Burdegalam excitatæ a Tancartio Parlamenti Burdegalensis Secretario, Mazarollos Condæi Principis ministro, & Bactiuillæo rectore S. Sebastiani. Ex hoc loco literas dedit obsequio plenas ad Regem Galliæ; alias ad Clerum Parisiensem sed quia salibus aduersus Mazarinum respersas, inutiles, & tanquàm seditiosas igni publicè datas. Triremi itaq. vectus Florentiam venit, omni honore exceptus a Magno Hetruriæ Duce; inde Romam die 30. Nouembris, à Pontifice benignè exceptus, & die 7. Decembris pileo donatus Cardinalitio, in secreto Consistorio, discen- B dente Cardinali Estensi in exordio ceræmoniæ, quemadmodum & Bichio Card. circa finem; ne in Gallos conspirare crederentur. Hunc Cardinalem sibi conciliare rentarunt Hispani, sed frustra: imo die 20. Aug. 1663. in discrimine Ducis Creqnij, nullus Cardinalium tanto ardore patrocinatus est Gallis, quanto Gondius, omnium sane admiratione, quòd à Gallis Archiepiscopatu spoliatus, carceri traditus, ignominiose habitus modo tam feruide, eorum causam promoueret. Indonatus tamen non abiit a Rege gratissimo, cuius gratię restitutus castra sequutus Gallica, memoria non obliterata seditionis suæ aduersus Regem, licet solum contra Mazarinum C collimasse, semper in ore haberet. Comitijs adfuit Alex. VII. Clem. IX. & X. Sub quo obijt.

Lege Galeatium Gualdum.

12. *Quàm dilecta tabernacula sua Domine virtutum; concupiscit & deficit anima mea in atria Domini*, Psal. 83.



DOminicus Pimentellus Hispanus Comitis Beneuentani filius, a puero in Prædicatores adscriptus S. Dominici, in cænobio Segobiensi S. Crucis, literis non minus adoleuit quàm pietate. Vallisoletanæ Accademiæ Moderator, ibidemq. Regens, Prior charitate potius præfuit quàm imperio. Hispaniæ Prouincialis renuntiatus, eandem viuendi rationem retinuit, donec meritorum intuitu atq, natalium ad infulas promotus, rexit Episcopus Oxomensem, Cordubensem, demum Archiep. Hispalensem Ecclesias, semper & vbiq. pauperum patronus. Romam

ma in veniens Regius orator sedente Vrbano VIII. aulicis exemplum reliquit religiosę obseruantiæ, atq. modestiæ ecclesiasticæ. Domum reuersus, postulante Philippo IV. Hispaniæ Rege Presbyter Card. salutatur ab Innoc. X. Anno 1652. Mense verò Maii, 1653. equestri pompa Romam ingressus insignibus & titulo decoratus *S. Siluestri* de Capite, biennium vixit regijs in Vrbe præfectus negotiis Moriens ex dolore calculi, pauperes instituit hæredes. Romæ mortuus die 2. Decemb. 1653. ętatis 63. in ecclesia iacet S. Mariæ super Mineruam pernobili tumulo, cum epitaphio.

Dominico S. R. E. tit. S. Siluestri Presb. Card. Pimentel.
Ord. Prædic. Hispano Excell. Com. Beneuentani Filio
Pietate non minus, quàm doctrina præstanti
Philippi IV. Regis Catholici ad Vrbanum VIII. Oratori
Episcopo primum Oxomensi, deinde Cordubensi
Demum Archiep. Hispalensi
Qui pauperum quandiu vixit Pater
Eosdem moriens hæredes instituit.
Obijt Romæ IV. Non. Decemb. MDCLIII. Ætatis An. LXIII.

13. *Et mutaberis in virum alium.*
1. Reg. 2. 6.



FAbius Chisius Flauij filius ex Laura Marsilia Senensi in lucem editus Idibus Feb. 1599, Presb. Card. tit. *S. Mariæ de Populo* creatus ab Innoc. X. die 19. Februarij 1652. Papa futurus nomine Alexandri VII. De eo lege vitam a me conscriptam,

14. *Ambulans rectè itinere, & timens Deum despicitur ab eo, qui infami graditur via.*
Prouer. 14.



IO: Hieronymus Lomellinus Genuensis patritius Hieronymi filius ex Maria Odona natus die 6. Iunij 1607. Romæ in Romano Seminario D humanioribus imbutus literis, Perusij Iuris prudentia instructus, nonnulla edidit Iuris problemata. Theologiã etiã edoctus sedente Vrbano VIII. in castra ascendit ecclesiæ, V. S. Referendarius, Ferrariæ, Bononiæ Prolegatus præfuit, in bello Parmensi Generalis Commissarius, Vrbem Pretor rexit Clericis Cameræ jam adscriptus Apo. Sub Innocentio X. Thesaurarius Generalis, mox Presb. Card. tit. *S. Onuphrij*, die 19. Feb. 1652. Bononiensem adiit legationem, eamq. sub Alex. VII. per triennium cum laude sustinuit & continuauit. Ibi Christinam Succorum Reginam Romam venientem regio excepit hospitio. Legatione absoluta reducem populus prosequutus Bononiensis multis encomiis ob præclarum iustitiæ exemplar, qua prouinciam seruauit pacificam inexorabilis aduersus vitia, præcipuè grassatores, & præpotentes. Comitiis interfuit Alex. VII. sub quo die 5. Aprilis 1659. ętatis 52. viuis abijt meritis magis plenus, quàm A laude. Habet enim semper aduersarium virtus. Iacet cadauer in ecclesia S. Caroli Romę, nobili sepulchro exeitato ab Aloysio Card. Homodęo in signum amoris, cum sequenti epitaphio.

D. O. M.

Io: Hieron. tit. S. Onuphrij Card. Lomellino Genuensi
Qui tribus Pontific: M. in arduis negotiis strenue probatus
Vrbano VIII.
Ferrar. & Bonon. prolegatus, Pontificij exer: Com. Generalis
Cameræ Apo. Clericus, & Vrbis Gubernator
Innoc. X.
B *Post continuatum Vrbis regimen Thesaurar. Gener.*
Ad purpuram euectus Bononiæ Legatus
Alex. VII.
Legatione in alterum triennium prorogata, dein Vrbi redditus
Rebus vbiq. mira constantia, iustitia, solertia, abstinentia gestis
Bono publico maiora daturus interemptus est.
Animus illi supra curas, supra fortunam fuit.
Functusq. tam operosis muneribus, nusquam occupatus, nusquam anxius
Semper visus est prius negotium egisse, quàm agere
Pariq. alacritate mortem piissime obiit pridie Non. April.
C *Anno MDCLIX. Ætatis suæ LII.*

De eo cecinit Hannibal Adamus in sua Pallade Purpurata.

Mella, Rosa hæc, dulci de nomine, rorat, vt illam
Quam merito dulcem, dulcis amaret apis.
Sed mage, Pamphilia gaudent hoc melle, Columba
Dulcius hoc, proprio lacti, Columba facit.
Mellitam tamen inde Rosam quis dicat inermem?
Mel si contemnes, cuspide spina ferit.
O vtinam, & mortis rabiem tua spina feriret!
At si defecit purpura, viuet odor.

15. *Numquid narrabit aliquis in sepulchro misericordiam tuam.* Psal. 87.



ALoysius Homodæus nobilis Mediolanensis Caroli Marchionis filius, die natus 6. Decemb. 1608. Parmæ adoleuit sub cura Patrum Societatis Iesus, carminibus delectatus, quę ibidem typis dedit. Anno ętatis suæ 20. Perusij lauream adeptus Iurisprudentiæ, eo plausu, vt A in signum lætitiæ, iure etiam donaretur ciuitatis. Protonotarijs adscriptus Apo. ex renuntiatione Augustini fratris sui, subsellijs pręsedit legalibus in Cōgregatione Consalonis, Hospitalis S. Spiritus, diuersorio insanabilium, idest mente captorum, societate SS. Rosarij, S. Rocchi, B. V. à Planctu: dein Clericus Cameræ Apo: sedente Vrbano VIII. patribus adscriptus Baronum, Montium, Computationum, Fidei propagandæ, Sacrorum Rituum, Boni Regiminis; Arcium ecclesiasticarum generalis prouisor, Castri fortalitium lustrauit, non sine mussitatione aulicorum, quòd subditus eligeretur Hispanus ad inquisitionem arcis, cuius occasione Ro- B ma & Barberini digladiauerant aduersus Hispanos. Ea tamen fide erga Pontificem, officio in milites se gessit, vt arces seruauerit, & phalanges auaras etiam absq. auro compresserit. Restituta pace inter Princeps; Legatus designatur in Hiberniam, vbi inter Hæreticorum colluuiem, Catholici haud degebant sine discrimine vitæ. Alacer porro dum vasa colligebat, vt nauem conscenderet, a Pontifice melius consulto reuocatus tanquàm Gallo suspectus, quia subditus Hispanorum, Romæ substitit, nouam creationem expectans Pontificis, ob mortem Vrbani VIII. cuius successor Innocentius X. Homodæum non solum Prouisorem generalem C confirmauit arcium Ecclesiasticarum, sed auxit titulo addito Commissarij generalis, in tota ditione Ecclesiastica independenter a Thesaurario (quod sine exemplo) Cæso interim Episcopo Castrensi, ad vindictam tanti sacrilegij, explicatis vexillis Sauello Duce, arcana omnia militaria absoluebantur inter Sauellum & Homodæum; quorum occasione cum ad Innocentium X. frequenter Homodæus accurreret, gratiam meruit Pontificis, qui habilitatem Homodæi expertus, Sauello mortuo, Generalem castrorum vnicum non solùm Homodæum voluit; sed Camillo absente Pamphylio Generali S.R.E. exercitium ei imposuit Generalatus, donec D in gratiam restituto Pamphilio, die 19. Februarij 1652. P. Cardinalem creauit, ætatis suæ 44. tit. S. Alexii in Auentino, post Annum Prælaturæ 24. Decanus cum esset Cameræ Apo. & Protonotariorum, Protector dictus ecclesiæ S. Caroli, eamdem instaurauit, ornauit ęre proprio. Ante suam inter Cardinales assumptionem, ab eodem Innocentio X: Archiepiscopus dictus Mediolanensis, curam gregis non longo tempore subiit resignatione facta Archiepiscopatus in gratiam Alphonsi Littæ. Comitiis adfuit creandi noui Pontificis, post obitum Innocentii X. vnaq. cum aliis Cardinalibus, qui bonum publicum solùmodo promouere profitebantur, exaltauit Alexandrum VII. à quo redditibus donatus Ecclesiasticis, Congregationi adscriptus ad tollenda onera populorum, Legatione tandem auctus Vrbini, nomen retulit viri pii, iusti, magnifici, honesti. Pisauri cum sedem haberet, qua iter habent peregrini Romam, vel domum adeuntes Lauretanam, nulli vmquam negauit hospitium. Venetos Oratores Romam pergentes in inauguratione Alex. VII. regie excepit. Ibidem Christinam suscepit Suecorum Reginam turmis equitum ad pompam dispositis, arcubus erectis triumphi, apertis Accademiis, insonantibus vndiq. Musicis eo ordine, atq. Reginæ plausu, vt Romæ coram Pontifice Homodæum super omnes extolleret, a quibus in ditione Ecclesiastica fuerat hospitio recepta.


Amicis addictissimus etiam defunctis, Ioanni Lomellino Cardinali sepulchrum construxit. Comitiis iterum adfuit Clementis IX. X. & Innocentii XI. in quibus licet ab Hispanis sollicitatus, Cardinalibus semper adhæsit, qui honorem quærebant Ecclesiæ.

16. *Cor prudens possidebit scientiam: & auris sapientium quærit doctrinam.* 18. Prouer. 15.



PEtrus Otthobonus Venetus Marci magni Cancellarii filius ex Victoria Torniella editus die 19. Aprilis. 1620. Presb. Card. *S. Saluatoris in Lauro* die 19. Feb. 1652. Papa futurus nomine Alexandri VIII. de quo vitam lege a me conscriptam.

17. *Qui docti fuerint, fulgebunt vt splendor firmamenti; & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates.* Dan. 10.



IAcobus Corradus Ferrariensis *Anno natus Salutis* 1602. ex causarum patrono in patria claro, Rotę Auditor Romanæ, sedente Vrbano VIII. ab Innocentio vero X. die 19 Feb. 1652. Presb. Card. tit. *S. Mariæ Transpontinæ*. Die 21. Aprilis 1653. Æsinam Ecclesiam regendam suscepit, quam sub Alex. VII. resignauit, vt munus Datarij exerceret, in quo valetudine oppressus die Dominico 17. Ianuarii 1666. decessit in hortis Mattheiorum, ad quos salutis gratia accesserat, hæredibus ex asse institutis Titulo suo, vna cum Xenodochio S. Mariæ Consolationis de Vrbe, in ædę sui tituli sepultus cum eulogio

Iaco-

Iacobo Corrado Ferrariensi tit. S. Mariæ Transpontinæ
Presb. Card.
Tribus Pontif. Max. ob eximiam iuris scientiam, spectatam religionem,
Et in sententia dicenda constantiam charo, & probato
Ab Vrbano VIII. Sacræ Rotæ Auditori
Ab Innocentio X. S.R.E. Card. creato
Ab Alex. VII. Dataria Apo. præposito
Quo in munere, dum difficillimis quibusq. S. Sedis negotijs explicandis
Vnica sibi de Catholica Ecclesia benemerendi laude proposita,
Animum assiduo intendit, oppressa valetudine
Et hac ipsa Tituli sui æde, vna cum Xenodochio S. M. Consolationis
Hæredibus ex asse institutis
Magnum sui desiderium reliquit. An: MDCLXVI.
Æt. LXIV.


Memoriam habes in Xenodochio Consolationis sequentem.

Habitationem hanc pro huius Xenodochij Ministris

In ampliorem formam redactam, nec non Aromataria & Anatomiæ Officinas
Pia Iacobi Card. Corradi liberalitate à fundamentis extructas
Eximiæ erga infirmos charitatis
Quam ille viuens & moriens exercuit, Monumentum esse voluerunt
Anno Dom. MDCLXVI.

Decisiones edidit dum Rotæ præesset Romanæ; quæ apud omnes recurrunt. Comitiis adfuit Alex. VII. in quibus Candidatus & ipse a pluribus exposcebatur in Christi Vicarium.

18. *Beatus qui semper est pauidus; qui verò mentis est dura corruet in malum,*
Prouer. 28.



MArcellus Sanctacrucius, nobilis Romanus, Valerii Marchionis Petræ Fortis filius ex Helena Maria Sanctacrucia natus die 7. Iunii 1619. Natura Duce euocatus ad studia Philosophica & Theologica, labore pertinaci percurrit valide, strenue propugnauit publice. His præmunitus, idiomata callens Latina & Græca, mare sulcauit Iurisprudentiæ, adeptusq. lauream, ecclesiæ adscribitur Anno 1642. V.S. Referendarius, Patribus adscriptus boni Regiminis. Sedente Innocentio X. ad compondenda missus Reatinorum dissidia cum finitimis, aquarum fluxu excitata, non sine graui labore finem imposuit. Hac de causa ab eodem Innocentio, concordiæ auctor publice commendatus; Bononiæ ProLegatus præfuit: in bello Castrensi munus Generalis Commissarij sustinuit. Anno 1652. reuocatus in Vrbem, die 19. Feb. rogante Rege Poloniæ Presb. Card. dictus, tit. *S. Stephani in monte Cælio* atq. Ep. Tiburtinus gregem verbo docuit, excitauit exemplo. Ecclesiam S. Mariæ in Publicolis, iure hæreditario a maioribus sibi transmissam; ære proprio restituit, exornauit, vt ex notis.

D. O. M.

A *Marcellus SanctaCrucius. Valerij filius V. Sig. Referen:*
Parochialem hanc ædem olim a Gentilibus suis
Magnæ Virgini, iure patronatus excitatam
Vetustate iam collabentem, iactis iterum fundamentis.
In hanc formam restituit An. Dom. MDCXXXXIII.

Congregationibus adscriptus Regularium, Episcoporum, Sacræ Consultæ; ab Alex. VIII. Apo. Visitator, ac publicæ Præses salutis eo tempore, quo lues contagiosa Vrbem acriter & Aprutium premebat, omnium laude, singulari plebis beneficio, luctauit sæpe cum ipsa morte. Comitiis cum adfuisset Alexandri VII. Clementis IX. & ab
B eo nouæ Congregationi adscriptus super statu Regularium, nec non Indulgentiarum, Reliquiarum a bono publico nunquàm aberrauit. Comitijs etiam adfuit Clementis X. sub quo moritur die 20. Decemb. 1674. in Ecclesia sepultus S. Mariæ de Publicolis, cum sequenti epitaphio.

D. O. M.
Marcellus Publicola de S. Cruce
Tit. S. Stephani in Cælio monte, S. R. E. Presb. Card.
Valerij filius, & Antonij Cardin. nepos
Ab Vrbano VIII. P. M.
Basilicæ Vaticanæ Canonicus
C *Et V. S. Referendarius*
Ab Innoc. X. Bononiæ Prolegatus
Et Pontificiæ Classis generalis Commissarius
Petente Io: Casimiro Poloniæ Rege
An. XXXIII. agens
Ad sacram euectus purpuram
Et eiusdem regni comprotectionem
Ecclesiaica disciplinæ Zelo probatus
Varijs Congregationibus adscribitur,
Episcopus Tiburtinus vigilantissimus
Pastorali cura & pietate
Gregem adiuuat. MDCLVI. lue vexatum
Aucta meritorum fama
D *Moritur die XX. Decemb. MDC.LXXIV. Æt. LVI.*
In hac sacra Virginis æde
A fundatore ære proprio restituta
Quiescit.

19. Dixit

19. Dixit ad Ioseph, ut imperaret fratribus suis dicens: onerate iumenta, ite in terram Chanaam, tollite inde patrem vestrum, & cognationem, venite ad me: & ego dabo vobis omnia bona Ægypti, ut comedatis medullas terræ.
Genes. 45.



BAccius Aldobrandinus nobilis Florentinus in seminario cum adoleuisset Romano, ab Hippolytho Aldobrandino annuo ditatus legato, pensionibusq. ecclesiasticis, intimus cubicularius Innocentij X. mox Vaticanæ Basilicæ Canonicus, initisq. nuptiis inter Olympiam Aldobradinam Rossani Principem, & Camillum Pamphilium Innocentij X. ex fratre nepotem, Presb. Card. *S. Agnetis in Circo Agonali*, dein translatus *ad S. Nereo & Achilles*, die 19. Feb. 1652. comitiis adfuit Alex. VIII. sub quo, die 21. Ianuarij, 1665. ætatis 52. diem clausit; hærede ex asse iostituta Olympia Aldobrandina agnata sua. In ecclesia sepultus sui tituli, sequens habuit epitaphium.

A

B

D. O. M.

Baccio Aldobrandino
Ab Innocentio X. P. M. Card. creato Anno Sal. MDCLII,
Generis nobilitate, suauitate morum, vita integritate eximio
A sacra purpura in Cœlum vocato, An. MDCLV. Ætat. LII,
Et in Æde Tituli sui sepulto
Olympia Aldobrandina Princeps Pamphilia
Hæres ex Testamento posuit

De eo Annibal Adamus in Pallade purpurata, stemma annuens gentilitium, in quo Rastrum vtrinq. ternis Stellis distinctum spectatur.

Baccie si generis mediter, vel rastra, vel astra
Vndiq. virtutis, tessera pulcra micat.
Sydera mercedem signant, & rastra laborem
Hæc tibi, Purpureum sydus, ab arte datur.
Comite sub vestro falcis in sydera Cœlo
Quis fortunatis nos neget ire rotis?

20. Corripiet me iustus & increpabit me; oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.
Psal. 140.

HVMILITAS



GIbertus Borromeus Mediolanensis, Comitis Borromei filius ex Isabella Adda natus die 28. Septemb. 1615. S. Caroli Borromei pronepos, exactis literarum studiis, cœlibatum professus, ab Vrbano VIII. veste induitur clericali, & in Bello Parmensi prouincias Patrimonii ac Ferrariæ Prolegatus gubernauit, munusq. gessit Comissarii non sine laude. Ab Innocentio X. administer datus Camillo Card. Pamphilio electusq. à secretis sacræ Consultationis, cum vbiq. numeros impleuisset fidelis ac solertis ministri, die 19. Feb. 1652. Presb. Card. assumitur tit. *S. Io: & Pauli, tit. Pammachij*, declaratus tamen solum die 2. Martii 1654. Congregationibus adscriptus Immunitatis, Alleuationis status ecclesiastici, Consultationis, Aquarum, Fabricæ S. Petri, Boni regiminis, super erroribus Iansenii, Sacræ Inquisitionis, Episcoporum, Regularium, Cæremonialis. Visitationis in Vrbe Conuentualium Patronus, comitiis adfuit Alex. VII. Clem. IX. & X. vitam semper ducens honestissimam, S. Caroli dignus nepos & exemplum. Legationem in Æmilia ea vigilantia gessit, ac nominis gloria, vt toto legationis triennio, solo vitę exemplo nulla pænarum coercitione subditos habuerit obsequentes; nullusq. vltimo sit affectus supplicio, quia nullus eo dignus inuentus. Lustrata prouincia nil magis in votis habuit, quam vrbes ęre alieno soluere, quod etiam fælициter præstitit. Comitiis, adfuit Alexandri VII. Clementis IX. & X. Innocentij XI. quo sedente obdormiuit in Domino,

C

21. In nidulo meo moriar, & sicut palma multiplicabo
Iob. 29.



IO: Bap. Spada Lucensis Horatij filius ex Catharioa Cænamia nono ætatis Anno, Sal. 1606. Romam missus sub cura Io: Bap. Sacri Consistorii Aduocatorum decani patrui, inter honesta artium studia adoleuit. Anno ætatis 21. a Paulo V. in aduocatione Consistoriali, & a Gregorio XV. in iuribus Fisci & Cameræ Apo, promouendis Coadiutor patruo datus, eoq. ad Cælum euocato, munera fideliter experiendo, Vrbani VIII. beneficentiam promeritus, V.S. Referendarius, Aduocatione etiam retenta Concistoriali, mox Congregationi Boni regiminis à secretis Anno 1624. Sacræ Consultationis Auditor Anno 1627. dein eidem à secretis, An. 1629. cum in eis plenam fidem atq. prudentiam exhibuisset, Moderator Vrbis, ac Vice Camerarius creatus per Annos nouem (quod sine exem-

D

exemplo) Orbis tamen plausu & admiratione eo in munere continuauit. Auctus postea Basilicæ Vaticanæ Canonicatu, quamuis ex indulto Pontificis, abstinere Chori permitteretur officio, pietati morem gerens, nisi publica causa moraretur, aderat indefessus. Ad Patriarchatum electus Constantinopolitanum, a secretis Status eo præcipue tempore, quo Domus Barberina bello præmebatur Parmensi, purpuram sibi promeruit, quam mors elusit Pontificis. Innocentius X. Vrbani successor Ioannem sacræ Inquisitionis Consultorem designauit, mox Flaminiæ Præsidem Anno 1644. Quid in ea prouincia egerit? lege in lapide ei a Rauennatibus posito.

D. O. M.

Io: Bap. Spada patritio Lucensi, Patriarcha Constantinopolitano Flaminiaq. præside è Prouincia discedête ingemiscunt Rauennates, summi quos adamauit; infimi, quos non despexit; diuites quos non expilauit; pauperes quibus erogauit: Sæculares quorum concordiæ studuit; Religiosi quibus non defuit, si non præfuit: omnes deniq. quos in ingenti annonæ penuria, vbere annona seruauit; huius ergo nomen perennare voleas S. P. Q. R. posuit.

Romam reuersus, animo iam laboribus enutrito, ac rebus arduis deuotandis nato, vt patrui Io: Bap. partam nominis perennitatem restitueret, innumeris eius collectis responsis, quibus campum illustrauerat Iurisprudentiæ, tria volumina publica luce donauit gratus erga patruum, in literatos omnes liberalis. Vaticana tandem donatus purpura (quam illi communis populorum destinabat consensus) die 2. Martij 1654. tit. *S. Susannæ*; vnà cum Ferrariensi legatione, ibidem primus omnium, Christinam Suecorum Reginam, Romam tendentem excepit: Venetos quoq. Oratores obedientiæ, ad Alex. VII. regio suscepit apparatu.

Bartholomæus Spada cum Innocentio X. pro noua purpura Io: Baptistæ fratri collata, grates egisset, literas retulit sequentes.

Innoc. PP. X.

Dilecte fili salutem & Apo. benedictionem.

Diu debitam dilecto filio H. Card. S. Susannæ fratri tuo, sacra purpura dignitatem eo libentius contulimus: quo plurima eius in Sedem Apo. merita, ac diuturni operis vsu probata virtus è Republica fore suaserant: quæcumq. in eum munificentia N. documenta prodeunt. Ea vero tibi domuiq. tua vniuersa incremento esse pergratum. Nobis est, qui tuam in Nos, atq. in SS. Sedem obseruantiam, & propensæ voluntatis amore complectimur, & Apo. bened. muneramur. Datum Romæ &c. die 16. Apr. 1654. Pontif. N. An. X. Grauioribus adscriptus Congregationibus, vitam ducens virtutibus plenam, comitijs adfuit Alex. VII. Clem. IX. & X. sub quo obiit.

22. Manus tuæ Domine fecerunt me, & plasmauerunt me totum in circuitu, & sic repente præcipitas me? Iob. 10.



PRosper Caffarellus Romanus Alexandri filius ex Pāta Astalla, in collegio educatus Romano, puer adhuc laudationem S. Franciscæ Romanæ publice habitam euulgauit. Ecclesiæ obstrictus, vrbes præcipuas ecclesiasticas, ac Picenam prouinciam prudentia rexit sin-
A gulari. Clericus Cameræ Apo. eiusdem Generalis Auditor ab Innocentio X. constitutus, dein 2. Martii. 1654. Presb. Card. tit. *S. Callisti* renuntiatus, vir sincerus, integer, aulicorum simulationibus minime obnoxius, pluribus adnumeratus Congregationibus, amicitiam vere coluit nec iustitiam violauit. Comitiis adfuit Alex. VII. sub quo, die 14. Aug. 1659. circa quartam noctis horam, apoplexia correptus obiit, suarum facultatum hærede scripto Sacrario Basilicæ Vaticanæ.

23. Qui vult sapiens esse, ipse stultus fiat. 1. Cor. 3.

B



C



FRanciscus Albicius nobilis Cæsenas (ex Florentia oriundam gentem hanc pinxit Io: Bap. Vulpinius in *ep. dedicatoria Succi Criminalis*, quem Cardinali inscripsit Albicio, Lugduni Anno 1663.) Masi Albicii filius ex Frācisca Funeria, die natus quarta Octobris 1591. in Libra diuersante Sole sub aui Io: Bap. Albicii disciplina, scientiis politioribus eruditus, vltra Poesim & Oratoriam Iuri operam dedit, factusq. clarissimus Iure Consultus; Causarum patronum egit in patria. Ducta coniuge Violāta Martinella liberos procreauit. Ingenio acer, eloquio liber cum oratione mordaci, corā iudice aduersus virum potentem declamasset; verbis verbera miscuerunt. Hinc mortua coniuge Romam venit in familiam Pancirolii assumptus; postea ad Hispanos missus Auditor legationis Apostolicæ. Etiam ad Germanos abiit, vbi arcana pacis dirigebat Cardinalis Ginettus. Romam reuersus, S. Officii Assessor renuntiatus, vix assumpto munere, Cardinali Ginetto in sua lega-
D tione comes datus, plena iustitiæ, atq. integritatis laude satisfecit. Post Annum Romam reuocatus, Secretarius constitutus Congregationis rebus Hibernicis præpositæ, munus non deseruit Assessoris, io quo strenuè se gerens præcipue in examinandis Iansenii Controuersiis, gratiam Innocentii X. promeritus, ad condemnationem quinque propositionum, Cornelii Iansenii Episcopi Iprensis, quæ impietatem redolebant, & in Gallia aulam obtenebrabant, excitauit, percusso nummismate; cuius in

T fron-

fronte imago Innocentij X. R. P. ex altera Spiritus Sanctus in spetie Columbæ sub lemmate, *Repleuit Orbem terrarum*. Hinc ab eodem Innocentio X. Presb. Card. tit. *S. Mariæ in Via lata* salutatus die 2. Martii 1652. vel 1654. dicẽdi libertatem, quã lacte imbiberat materno non deposuit, sed auxit, quòd in ea crederet, & totius poneret salutem Reipublicæ Christianę. Congregationibus adscriptus S. Officij, Concilij, Immunitatis, Indicis, Propagandę, & in vtroq. iure excelleret, Theologiam, Sanctorumq. Patrum doctrinam optimè calleret, alios docebat potius, quàm audiebat. Conciones sæpissimè doctas & lepidas habens ex suggesto prisca Patrum A
libertate, vitia ipsorum arguebat regnantium. Sedente Alexandro VII. in ecclesia sui tituli, verba habẽs ad populũ, cæpit vitia increpare Magnatũ, a fabula exorsus Rinaldi, qui (*cantu 18. liberata Hierusalem Torquati Tassi*) syluam Inferis sacram ingrediens, & Myrtum obuiam habens Veneri sacram, cum eam stricto ferro recidere conaretur, loquentem audijt; *Quis iste qui plantam illi deditam Numini, quod Orbem moderatur & Vrbem, excindere audeat? Numina omnia mihi cuuantur; tu in me mortalis homo, lingua gladium exacuas?* Sane aduersum te reposuit Albicius euaginato gladio, insurgam, arbor maledicta, quę vitiorum mater, altrix & nutrix, vbiq. præualens B
ipso non abstines Sanctuario. Imo in eo omnia permittens & quidem eo vehementiùs, quò occultiùs: eodemq. tempore vibrato ense precidit. Inde procedens ad Hederam & Laurum; dum ictum parabat Albicius; animata Laurus quòd Apollini sacra Poetarum numini, voces irrideret incantantium. *Tu quoq. infrugifera* (adiecit ille) *planta in uinea Domini, quæ fotà oleo diuitiarum, alimenta usurpas sacris doctoribus debita, ne amplius terram occupes inanis, recisa cades in cineres, & ad flammas. Sponsa namq. Christi threpis fulcitur non camenis.* Eodem gressu & tono cum plures succidisset arbores, ad *Quercum* tandem gentilitiam venit domus regnantis. Horribili C
illa sono increpare cœpit à longe venientem Albicium, ne accederet. *Ioui ego sacra, corruptionis ignara, semper uirens censorem haud patior, percussorem irrideo. Iacebis protinus vnius rami pondere oppressus meo.* Quibus minime territus Albicius sed fortior insurgens & audacior cępit arborem increpare, *quod eius umbra terra iaceret inculta, uicinæ arescerent pacis oleę*; Nec finem fecit, donec Quercu ipsa succensa, igni tradita, atq. sepulta concionem absoluit. Omnia ęmuli regnãtibus cum retulissent: Cardinalis in posterum cõcionibus abstinuit; improbis aulicis odiosus quasi nimia libertate fureret, & minime innocens, vitia carperet. In comitiis, quibus Albitius adfuit Ale- D
xandri VII. scripturam dicitur dictasse legalem, verè dignam Cardinali, quà labe notabat mortali Purpuratos, qui in gratiam Principum sæcularium, vota dirigerent, eiq. suffragium negarent, quem credebant idoneum, licet Gallis inuisum vel Hispanis. Libertate semper vsus suffragii, non tam voto dissensit, quàm voce declamauit præcipue aduersus eos, quos Ecclesiastico & Põtificio oneri credebat impares & indignos suadẽt, amico ne vitia tã libere carperet eorum qui *capita Factionum* vocantur, ne in creatione noui Pontificis, eos pateretur aduersos, respondit. *Malo centum perdere thiaras; quàm centum temporis momentis ueritatem silere.* Vixit sub Alex. VII. Clem. IX. & X. Innoc. XI. vitam ducens plenam ęrumnis.

Plura scripsit, præcipue De Officio S. S. Inquisitionis; edito etiam Italico libro, sub titulo *Risposta all'Istoria della Sacra Inquisitione, composta già dal P. Paolo Seruita Teologo.*

De inconstantia in iudicijs. Romæ editum. 1698.
Conciones plurimas
Epistolarum volumina, M. S. extant apud hæredes
De Titulis Cardinalium.
De Inconstantia in fide
Centenna Iuris Responsa
Bibliothecam pro directione Congreg. S. S. Inquisitionis

Quantum laboris impenderit ante purpuram, cum minister esset SS. Inquisitionis pro hæresum repressione nascentium; habes in epistola dedicatoria Iosephi Corui, adiecta Historiæ Tridentini Concilii compositæ per Sfortiam Pallauicinum, Romæ Anno 1666. ad cuius constructionem plura & valida contulit; iubente Pontifice, perlegit, ad probauit. Epistolas ne prętereas dedicatorias F. Francisci à S. Augustino Macedo, qui huic Cardinali plura inscripsit volumina.

In comitiis Alex. VII. candidatus Albizius, duo & ipse retulit suffragia, vnum in scrutinio, alterum in accessu; non sine suffragantium rubore, tanto viro testimonia saltem defuisse virtutis, Dicendi cum exuberaret libertate, & ad nimium rigorem propendere dubitaretur, ab eo concordes abstinuere Patres.

Cesenæ cum in honorem B. Virginis de populo, Capellam erigi curasset Franciscus cum perpetua Capellania; Rinaldus eius nepos sequentem adiecit inscriptionem.

Deo
Opt. Sacrum Max.
Et

Veneranda memoriæ Francisci Cardinalis de Albizis Masij F. Ioan. Bapt. nep. Petri Franc. pronep. Nicolai abnep. Masij. Raynaldi equitis F. adnep. viri, qui contra fortunam adsurgens ac ius suum sibi persequens libertatem in Republica Florentina, & Primatum maioribus ereptum ingenio excelso, labore indefesso eruditione tam Ecclesiast. Quam Prof. mirabili, in literaria Rep. & in consulatu Purpuratorum quasi fataliter recuperauit sed præsertim eiusdem constantia in hæresim persequendo.

Hic vbi ad maiorem Gloriam & ornatum Beatissimæ Virg. Mariæ de populo ipsemet sacellum dicauit Raynaldus de Albizis S. C. R. prælatus ac tanti aui nepos æternum in cænotaphio monimentum P. S. faciundum curauit A. D. MDCXCVIII.

De huius familiæ nobilitate Florentiis oriun-

dę,

dę, lege Claromontem *lib. 16. Histor. Cæsen. pag. 740.* Nicolaum Macchiauellum *lib. 4. Histor. Floren.* Scipionem Amyratum *par. 1. pag. 39. edita Florentiæ*, *Anno 1615.*

De persona Francisci Cardinalis lege Honoratum Fabrum in suis elucubrationibus Philosophicis, & Mathematicis.

Nummisma habes aureum, & ęneum, in quo Cardinalis imago cum epigraphe *Fran. tit. S. Mariæ in via S. R. E. Presb. Card. de Albizis*. In aduerso Hercules cum claua imminens monstro, sub lemmate: *Hic tres, ille duas*, labores annuens, quibus Iansenium confutauit & F. P. S. quibus siglis quid intelligat ? A habeo, sed natu Venetus pręteream, quod inquirere non permittor.

Eius in stemmate gentilitio Elephas innixus arbori Maiestatis symbolum, quæ si terrena, sola non stat, sed fulcro indiget & auxilio. Vel aulicorum symbolum arbor est, quibus innixi Principes, ob illorum insidiosam fidem sæpissimè cadunt.

Duas in frõte adiecimus tesseras gẽtilitias primã, in qua duo Annuli, Cruce superimposita, in furui coloris alueolo; quæ est Albiziorum Florentię; vnde proaui Cardinalis traxere natalia. Secundam, in qua Elephas innixus arbori, quo vtebatur Cardinalis Albizius.

Comitiis cum adfuisset Alex. VII. Clem. IX. & X. Innocentii XI. morbo grauatus & senio, vnde ei sola lingua sana superesset (argumentum, quòd eius dicendi libertas non ad aliorum calumnias, sed ad vitii correctionem, & frugem meliorem, Deo non displiceret; licet mortalibus, aulicis pręcipue non probaretur) Romę obijt die 4. Octob. 1684. sepultus in ecclesia S. Mariæ Transpontinæ, apud Carmelitas absq. epitaphio; pileo ibidem solumodo appenso Cardinalitio.

Nummisma aureum supracitatum cupienti inspicere, est in Muſęo Abbatis Rinaldi Albizii, qui Cesenæ magna cum laude, collectioni incumbit antiquitatis nummariæ & lapidariæ.

24 *Ego sum minimus Apostolorum, qui non sum dignus vocari Apostolus* Cor. 15.




OCtauius Aquauiua de Aragonia cognomento Iunior; Neapolitanus Iulij & Octauii senioris Cardinalium nepos, Iosiæ Adriensis ducis XII. & Margaritæ Ruffæ ex Principibus Scillę filius, in lucem editus die 23. Septemb. 1609. Camerarius honorarius Vrbani VIII. locum ponentis habuit in Cõgregatione boni Regiminis. Esinam, Anconã, Vrbẽ veterẽ rexit, propugnauitq. contra Odoardum Ducem Parmensem. Sedente Innoc. X. secretis datus Congregationis Aquarum, & inter Signaturæ Iustitiæ Iudices, mox D. Petri patrimonio præpositus, populorum præconio apud Pontificem exaltatus, purpuram obtinuit Presbyteralem tit. *S. Bartholomæi in insula die 2. Martij 1654. ad S. Cęcilię* postea translatus. Flaminiæ legatus sub B eodem Innocentio & Alexandro VII. obsequium soluit Christinæ Suecorum Reginę Romam pergenti. Summo Christi Vicario Ecclesiastici Cæli Atlanti nouus Hercules socius, & adiutor euocatus, iis sacris Ordinibus admissus, quibus a Sacra Vniuersali Inquisitione, Æcumenica Tridentina Synodo ab Ecclesiastica Immunitate, Propaganda fide, librorum Indice, a rebus tandem Anglicis nomen est inditum.

Comitiis interfuit Alex. VII. Clem. IX. sub quo obiit Romę, in sectione venæ, ex imperitia chirurgi;

DIACONI CARDINALES.

25. *Sum & ego mortalis homo similis omnibus & ex genere terreni illius, qui prior factus est, & in ventre matris figuratus sum caro, decem mensium tempore coagulatus sum in sanguine, ex semine hominis & delectamento somni conueniente. Et ego natus accepi communem aerem, & in similiter factam decidi terram, & primam vocem similem emisi omnibus plorans: in innolumentis nutritus sum & curis magnis. Nemo enim ex Regibus aliud habuit initium natiuitatis. Vnus ergo introitus est omnibus ad vitam, & similis exitus.* Sap. 7.



IO: Carolus Medices Cosmi II. Magni Ducis Hetruriæ filius ex Maria Magdalena Caroli Archiducis Austriæ nata sorore Ferdinandi II. Imper. Florentiæ natus Anno Sal. 1611. frater minor Ferdinandi II. Hetruriæ Ducis, classi præfuit Hispanæ supremus moderator nec sine laude, Ad purpuram assumitur prima Cardinalium promotione facta die 14. Nouemb. 1644. ab Innocentio X. in gratiam Caroli Card. Medicei, qui in promotione Innocen- C tij omnem mouit lapidem, pro eius exaltatione. Præfuit primo Io. Carolus Diaconiæ *S. Mariæ Nouæ*, Dein *S. Georgij in Velabro*. Romam respexit a longe, eoq. ascendit solumodo Pontificatu declinante Innocentij X. cui post oscula pedum, in primo colloquio, cum laudabiliter de Camillo Pamphilio fuisset loquutus, Astallio Cardinali regnanti Zelotypiam incussit, in eius ruinam ad Papam accessisse; propterea apud Innocentiũ P.P. insimulatus Romã venisse, vt de futuro Pontifice prouideret, non bene audiit apud domum regnantiũ. Defuncto Innoc. X. comitiis adfuit creandi noui Pontificis, in quibus Alexan. VII. propitie suffragatus, ab eodẽ Legatus de- D lectus Apo. ad Christinam Suecorum Reginam, obuiam ei processit Romam appropinquanti, nobili stipatus equitatu. Hac promotione Innocentius non tam sibi gloriam quæsiuit, quàm contulit, initio facto promotionis a Principum sanguine, qui splendore natalium, purpuram decorarent.

Obiit Medices die 23. Ianuarij. 1694. Annum regens ętatis 52.

De eo Statera Principum Purpurat.

26. *Cremuit Deus hominem ad imaginem suam: ad imaginem Dei creauit illum: masculum & fœminam fecit eos: benedixitq; illis Deus, & ait: Crescite & multiplicamini, replete terram, subijcite eam.* Gen. 1. n. 28.



CAmillus Pamphilius Romanus, Pamphilii Pamphilii, ex Olympia Maidalchina Viterbiensi filius, Innocentii X. R. P. ex fratre nepos, Neapolitanus hora secunda cum dimidia post A
solis occasum (ea in vrbe degebat Io: Baptista Pamphilius Nuntius Apostolicus, & totam familiam secum traxerat) die 21. Februarii 1622. eumq. de sacro fonte leuauit Tiberius Carafa Bisiniani Princeps, qui ei nomen imposuit *Camillum Franciscum Mariam Ioseph.* Ibidem liberalibus imbutus disciplinis, carmina panxit Italica, Drammata sacra, moralia composuit. Philosophiæ etiam & Mathematicę incubuit, Architectonicę pręcepta didicit, quibus postea ipse architectus ędes excitauit magnificas. Literarum culturę mores addidit suauissimos, vanitatis alienus, comis, B
mansuetus, dissidia fugiens. Euecto ad Petri solium Innocentio X. Camillus nepos copiarum S.R.E. Generalis Pręfectus, Centumcellis vsum construendarum triremiũ primus induxit. Inde Diaconus Card. assũptus die 14. Nou. 1644. *S. Mariæ in Dominica,* totę ecclesiasticæ ditioni administrandæ præpositus, pręfecturam subiit Status Ecclesiastici, Maris Imperium, Legationem Auenionensem, Firmanę Vrbis patrocinium, ab Hispanis Archidiaconus Toletanus, à Gallo Abbas Corbeiẽsis, à Venetis Ordinis Patritio adscriptus, *Patroni Cardinalis* titulo abstinuit, ita mãdãte Innocentio, periculo edocẽte Barberinæ domus, ne post mortẽ patrui ad rationem villicatio- C
nis vocaretur à successore. Quatuor propterea Cardinales summæ fidei delegit Pancirolum scilicet, Spadam, Matthęium, Pallotam, quibus axis adhæreret regiminis: quamuis postea mutato consilio, solum Pancirolum titulo *à secretis* retinuerit & Status Ministrum. Cum autem solus esset virilis sexus nepos Innocentii X. voto propagandi familiam, Olympiam duxit Aldobrãdinam viduam Principis Pauli Burghesij, neptem Ducis Parmensis, & Clementis VIII. R. P. proneptem licentia dimittendi purpuram vix obtenta a patruo, nuptias sine vlla pompa celebrauit, ex eaq. quinque liberos sustulit, tres fęminas, & duos masculos. D

Plura pie patrauit, sed quia post dimissam purpuram, aliis damus conscribenda. Romæ obiit Annos natus 45. a dimissa purpura Anno XIX. Salutis 1666. die 26. Iulij. Sepultus in ecclesia S. Agnetis in Circo Agonali.

27. *O Mors quàm amara est memoria tua homini pacem habenti in substantijs suis: viro quieto, & cuius viæ directæ sunt in omnibus &c.* Eccli. 41. n. 1.



FEdericus Sfortia nobilis Romanus Alexandri Ducis Sygnini Principis Antii, Equitis Torquati S. Spiritus filius ex Eleonora Vrsina, Romæ natus die 20. Ianuarii 1603. sedente Vrbano Protonotarius dictus ex numero Participantium, Auenionẽ abiit Pro-Legatus Antonii Barberini, cui, Palatiũ vendidit in platea *Sfortia*, vili pretio, dictũ modò palatiũ Regale, quia a Barberinis Galliarum Regi donatum, vt huius redimerẽt tutelã; gestiente Sfortia, quasi in ea donatione se vindicatũ crederet. Innocentius X. Cardinalium promotione secunda, die 6. Martii 1645. ne nobile germen illius stemmatis, quod Insubribus imperauit, absq. purpura pateretur præteritum, Diaconum dixit Cardinalem *SS. Viti & Modesti*; translatum postea ad Titulum Presbyteralem *S. Petri ad Vincula:* seu *Eqatij & Eudoxiæ:* & absentibus Barberinis, Pro Camerarii munere fungi iussit. Anno 1646. Ecclesiæ præfectus Ariminensi, non longe nuntium remisit otio delectatus, & Vrbe, Comitiis interfuit Alexandri VII. Clementis IX. & X. Innocentii XI. sub quo obiit.

28. *Non priuabit bonis eos, qui ambulant in innocentia; Domine virtutum, beatus homo, qui sperat in te.* 83. Psal. 13.

BEnedictus Odescalchus, patritius Comensis, Liuii filius & Paulę Castellæ, natus Anno 1611.
Clericus Cameræ Apostolicæ, sedente Innocentio X. ab eodem, die 6. Martij. 1645. Diaconus Cardinalis *SS. Cosmæ & Damiani*; dein Presbyter tit. *S. Onuphrij*, Papa futurus nomine *Innocentij* XI. qui sua confidens innocentia, Deum magis timuit, quàm Deos terrę. Lege eius vitam, quam abundè descripsimus.

29. *O quàm pulchra est casta generatio cum claritate! immortalis est enim memoria illius, quoniam apud Deum nota est, & apud homines.* Sap. 4.



FRanciscus Maria Farnesius, Raynutii, 1. Parmæ Ducis filius ex Margarita Aldobrandina nepte Clementis VIII. R. P. Parmæ natus Anno 1620. quem post vigesimum contracti matrimonii Annum pia mater à Deo suis precibus impetrauit. Fratrem habuit Odoardum Parmen-

mensem Ducem natu maiorem. Sub disciplina educatus Odoardi Card. Farnesii Aui paterni, Iure instructus Canonico atq. Ciuili, felici prædictus ingenio maiestatem vndiq. spirans imperii vnà cum morum grauitate & exemplo, ab Innocentio Pontifice inter Cardinales assumitur die 14. Nouemb. 1644. sed solum die 4. Decemb. 1645. Diaconus publicatur. Innocentius enim, qui in arcano regiminis, concordiam aucupabatur cum Principibus Italiæ, propterea in gratiam Venetæ Reipublicæ, inscriptionem antiquam Alexandri III. ab Vrbano deletam restituerat; Herruriæ etiam, Mutinæ, ac Parmæ Duces pileis Cardinalitiis sibi conciliare voluit. Parmensis tamen nomen in scrinio pectoris detinuerat, donec executioni darentur quæ in articulis pacis conuenerant. At cum aliter visum esset ei, qui temperat rerum vices; Cardinalis statura procera, forma eleganti, laboris patiens, consilijs, cogitationibus affluēs, vita omni vere Princeps, & Auorum dignitati respondens, in flore iuuentutis, annum agens ętatis 27. fato rapitur ex dolore articulari, raro patientiæ exemplo, quibus per sex menses attritus die 21. Iulij 1647. vt pie vixerat, Deo animam reddidit, in ecclesia Cappucinorum sepultus, tumulo gentilitio. A

30. *De Cęlo dimicatum est contra eos: Stellæ manentes in ordine suo aduersus Sisaram pugnauerunt.*
Iud. 5.



IO: Casimirus Sigismundi III, Poloniæ Regis ex Constantia Ferdinandi II. Imper. sorore filius Vladislai IV. Regis frater natu minor, natus Cracouiæ die 25. Decemb. 1607. vel 1608. 4. Ianuarij. Post variam fortunam Societati Iesu nomen dedit Anno 1642. in qua vitam duxit religiosissimam per sexennium. Die 28. Martij 1646. ab Innocentio X. insignibus ornatur Cardinalitijs; Vladislao verò fratre sine sobole die 22. Maij 1648. defuncto, dimisit. Die 6. Iulij Poloniæ Rex salutatus in comitijs, Die 4. Nouemb. 1648. Mariam Gonzagam Niuernensem Mantuæ Ducis filiam, Vladislai fratris viduam, Pontifice duxit dispesante, die 14. Martij. 1649. quæ Anno 1667. è viuis abiit. Hac sine filiis prėmortua, nuncium Regno remisit plenus victoriis aduersus Russos & Succos, in Galliam secedens, vbi a Rege Abbatia donatus S. Germani, aliisq. ecclesiasticis beneficiis vitam posuit. C

Baptista Nanius. Brietius. Albertus Ines *in Lechiados Regum Poloniæ*. D

31. *Quid est homo vt immaculatus sit, & vt iustus appareant natus de muliere.*
Iob. 15.



CRistophorus Vidman vrgente bello Cretico inter Venetos Patritios assumptus, inde Clericus Camerę Apostolicę, Generalis Auditor. Sedente Innocentio X. Diaconus Card. *SS. Nerei, & Achilles* dicitur Die. 7. Octob. 1647. Anno ætatis suæ 32. Genio indulsisse accusatur, sed ętaris hoc vitium, non personę. Diuitiis namq. cum abundaret a patre, & auo congregatis, vt eis non abuteretur, ea humanitate, affabilitate, iustitia, munificentia, muneraomia absoluit, Vrbini pręcipue legationem, vt summa integritatis laude perfecerit, & prouincia plaudente Romam redierit. Comitiis adfuit Alexandri VII. sub quo, die 30. Septemb. 1660. ætatis 45. è viuis abiit de Episcopis Venetis optimè meritus, quibus domum suppellectile instructam legauit ad Limina venientibus Apostolorum. Sepultus iacet ad Palatinas in B æde S. Marci cum epitaphio.

D. O. M.

Christophoro tit. S. Marci Card. Vidman Patritio Veneto
Quem Roma per splendidissimos quoq. Honorum Gradus
Ad sacram Purpuram euectum
Ecclesiast. ad Metaurum ditionis legatione
Summa cum integritate & prudentia laude perfunctum
De medio Fortunæ & virtutis cursu imatura mors eripuit.
IV. Kal. Octob. MDCLX. Annos natum XLV.
Martinus & Ludou. Germ. Fr. ac Franc. nepos et hæres Comit. Hortemburgi P. P.

De eo lege *Stateram Principum Purpur.*

Nummisma

Cuius in fronte Imago Cardinalis. Ex altera, duo Equi currentes, quorum alter pallium tenet cum lemmate *Odit tamen otia victor*: alter currit adhuc, thiaram forsan annhelans.

32. *Innocens manibus, & mundo corde.*
23. Psal. 4.



LAurētius Raggius Genuēsis Ioannis Antonii filius ex Helena Imperiali, Octauiani Cardinalis ac Thomæ Triremium Pontificiarū Comissarii Generalis nepos, Genuæ natus Die 12. Iulii. 1613. Anno ætatis suæ XIII. Romam venit, & in Romano Collegio artes quęsiuit, theses philosophicas publice propugnauit dicatas

tas Cardinali Francisco Barberino, admirante Roma pompam regij aparatus, excitatam ęre Laurentii, Societatis industria Purpuratorum toto conueniente Senatu,ad gloriā Barberini.Inter Prælatos adscribitur parato sibi Cameræ Apostolicæ Clericatu, & post sex menses Thesaurarij vices impleuit absente Angelo Rapacciolo,quo ad purpurā euecto, Laurentius munus obtinuit Thesaurarij, cuius occasione, bello rugiente Parmensi, diuitias supra modum congregauit Vrbano etiam sibi conciliato, qui moriens Laurentium Cardinalem dixisset, ni morbo ingrauescente diplomati subscribere fuisset prohibitus. Vrbano mortuo Milites qui Conclaue custodiebant in seditionem concitati ob stipendia non recepta, in palatium Raggij Commissarij irruerunt, spolioq. potiri vim etiam in personam intētassent sacrilegi, nisi fuga se subduxisset opportuna. Dimissis propterea è Conclaui Patribus, Innocentium X. Laurentio alienatum per Vrbem fama percrebuit. Breui tamen reconciliatus die 7. Octob. 1647. Diaconiæ prefuit *S. Mariæ in Dominica*, tum *S. Angeli in Foro Piscium*, demum *S. Eustachij ad Pantheon*: Presbyteris postea adscriptus *tit. SS. Quirici, & Iulitæ*, Patronus Monasterii S. Catharinæ de Rosa, a Rege Hispaniarum primo ad Salernitanam, mox ad Tarentinam promotus Ecclesiam, Siciliæ negotia apud Pontificem tractauit. Comitiis adfuit Alexandri VII. Clem. IX. & X. & Innocentii XI. à quo Legatus Romandiolæ dictus in prouinciam descendit minime gratus subditis; quamuis Regimen ea innocentia atq. prudentia dirigeret, vt bonus iudex haberetur, & optimus gubernator. Verè de eo, *Innocens manibus, & mundo corde*.

Obijt sedente Innocentio XI.

33. *Ideo inter vos multi infirmi, & imbecilles, & dormulti*. 1. Cor. 11. n. 30.



FRācīscus Maidalchinus Italus Viterbiensis, Olympiæ Maidalchinæ nepos, Andreę Maidalchini filius ex Pacifica Fenciana, natus die 12. Aprilis 1621. in Seminario enutritus Romano, Ætatis suæ Anno 26. Diaconus Cardinalis *S. Adriani* die 7. Octob. 1647. ab Innocentio X. dictus in gratiam familiæ, atque cognatę, vt molem dirigeret Pontificatus: verum ex ętate imparem, cum eum agnosceret Papa, Cardinalibus commendauit Pancirolo, & Cherubino, vt eum instruerent. Vir sane si absq. virtutibus extra vitia, ex Diaconia translatus *S. Adriani* ad *S. Pancratij*, ecclesiam huius tituli extra vrbem Patribus concessit Carmelitis Discalceatis, vbi Missionarii non tam linguarum diuersitatem, quàm Fidei Controuersias edocentur, vt in finibus Orbis Terrarum prędicando Euangelium, facilius occurrant falsis prophetis, & absque interprete Barbaris exponere valeant legem salutis. Optione postea facta Diaconiæ *S. Mariæ in porticu*; tandem *S. Mariæ in via lata*, Diaconorum primus, Anno Iubilęi 1650. cum adhuc Diaconiam teneret *S. Adriani*, mandante Innoc. X. Portam sanctam Basilicę Liberianæ, absente Antonio Card. Barberino, aperuit & clausit, vt ex nummismate cum Porta Sancta sub lemmate, Franciscus *S. Adriani Card.* Maidalchinus; Adfores Basilicæ sequens memoria.

Innocentij X. P. M. auctoritate
Franc. S. R. E. Diac. Card. Maidalchinus aperuit & clausit.
Anno Iubilęi MDCL.

Deuotionis ergo, Fratribus S. Sixti. Ord. Prædic. Ecclesiam concessit S. Clementis, in vrbe: Congregationibus adscriptus Boni Regiminis, Propagandæ, Aquarum, Indulgentiarum, Reliquiarum, Signaturæ Gratiæ: Patronus ecclesiæ Abbatialis S. Martini in iugo Cimini, nullius diœcesis, comitijs adfuit Alex. VII. Clem. IX. in quibus & ipse candidatus plura retulit suffragia, quàm Brancaccius, Barbadicus, Vidonus, Fachinettus. Interfuit etiam comitiis Clem. X. Innocentij XI. Alex. VIII. Innoc. XII. Prior Cardinalium Presbyterorum,

De eo Hannibal Adamus in sua *Pallade Purpurata* ad tesseram alludens gentilitiam, in qua Turris ternis syderibus illustratur.

Splendida, Pamphiliæ sedes est danda Columbæ
B *Hæc Maidalchini splendida Turris erit.*
Nam consanguineo sunt vtraq. fœdere iuncta
Lilia terna micant, Sydera terna micant.
Sydera si vigilent; si Lilia amica coronent
Turrim, qui feriat fulmine, nullus erit.

Obiit Maidalchinus die 12. Iunij 1700. Sacramentis rite procuratus, in oppido Neptunio, in ora maris Tyrrheni, quò otii causa, se receperat. Hodie 19. Iunii 1700. nuncio Venetias allato, quando hæc typis damus.

34. *Tecum paratus sum & in carcerem & in mortem ire.* Lucæ 22.



C ANtonius de Aragonia natu Hispanus, Henrici filius Ramon, Aragon, Cardon, & Cordua Ducis de Ampurias, & de Prades, V. Comitis de Villamur, Marchionis de Pallas, & de Comares, magni Regnorum Aragoniæ Comestabilis, ex Catharina Fernandez de Cordua, a secretis cum esset Philippo IV. Hispaniarum Regi, S. Inquisitionis, atq. a Consilijs in ordine Supremi Senatus, eo rogante Diaconis adscribitur Cardinalibus die 14. Martii 1650. sed antequam insignia reciperet Cardinalia, viuere desiit in Hispania, die 8. D Octob. 1650. mense quinto a purpura suscepta. Fratrem habuit minorem natu Pasqualem Aragonium S. R. E. Cardinalem, Archiep. Toletanum, ProRegem Neapol. Morti proximus interrogatus an sacro Chrysmate perungi vellet? se paratum respondit, ac mori, *Mori non timemus* (aiebat) *quia bonum Dominum habemus*: voce lacrymis quide perfusa pœnitentis, & animi in fide Catholica constantissimi, paratiq. pro ea sanguinem fundere.

35. Si

35. *Si dixero, quoniam non scio eum, ero similis vobis, mendax: sed scio eum, & sermonem eius seruo.* Io. 8.




FEdericus Landgrauius Hassiæ Annonatus Sal. 1616. filius Ludouici cognomento *Fidelis*, Hassiæ Landgrauii, Harmstadii defuncti, Anno ętatis suæ vndequinquagesimo, Salutis 1627. literis cum incumberet, mandante patre; arma verò A annhelaret instigante natura, Patre genitus Lutherano, matre Caluina, inter præceptores virum nactus Catholicum, qui in Domo paterna domicilium subiit causa rei domesticæ principia imbibit veri luminis Euangelici, quo prçeunte in peregrinatione sua doctores semper inquirebat Catholicos, à quibus edoctus veritatem Religionis, arcanum alta mente repostum seruauit vsq. ad diem 6. Februarii 1637. quando solemniter abiurata hæresi Lutherana, in qua natus erat, Religioni se se addixit Catholicæ, Ordinem professus equestrem S. Io: Baptistæ Hierosolymitani, cuius supremum per Germaniam B Magisterium, & Melitensium triremium præfecturam obtinuit communi plausu, tractauitq. feliciter expugnatis sex Turcarum nauigijs in conspectu Tuneti, aduersus eorum Ducem Caracoggiam. Præfectura absoluta, ad purpuram nominatus ab Imperatore; a Philippo IV. Hispaniarum Rege classis Orientalis polemarchus dictus, ac Triremium Hispanicarum, Sardiniæq. præfectus, dein militię supremus in Belgio Magister suppetias tulit Cameraco obsidione arctissima vallato. Diaconis interim Cardinalibus adscriptus ab Innocentio X. die 19. Feb. 1652. comitiis adfuit Alexandri VII. in quibus ex mandato Philippi Hispaniarum à Cardinali C Sacchetto appertè dissensit. Insignia accepit Cardinalitia cum Diaconia *S. Mariæ Nouæ* ab eodem Alexandro, translatus postea *ad S. Cæsarei, tum S. Eustachij*, denium *S. Nicolai in carcere*. Legatus Apo. equitatu pernobili obuiauit Christinæ Suecorum Reginæ Romam venienti. Lue seuiente prouisor designatus salutis, vigilantissimus pater spreto qualicumq. vitæ discrimine, Regiones vrbis sæpius in die lustrauit, pharmacis, pane, auro, morbo occurrens, ne pauperes perirent derelicti. Tanto amore ac vigilantia prouocati Romani Federico in obsequio pares patrem Patriæ salutarunt.

Patribus adscriptus Cæremonialis, Signaturæ D Gratiæ, Propagandæ, Viarum quamuis in castris natus, & inter arma enutritus in vmbra mortis, errorum scilicet Lutheri, fide pura, religione sincera corde Germano a Deo probatur vocatus, cui Imperium Cæsar, ecclesiam Petrus liberè credat. Regnorum Arragoniæ, Sardiniæ apud Sedem Apo. protector, ad eamdem Orator Cæsareus Anno 1667. Romæ diem celebrauit natalium Ferdinandi filii primogeniti, Leopoldi I. Cæsaris ex Margarita Maria Austria pompa regali, & Augusta liberalitate. Comitijs adfuit Alex. VII. Clem. IX. & X.

De eo lege Paulum Casati libro *Terra machinis mota*.

36. *Terra quoque memor ero.* 26. Leuit. 42.



CArolus Barberinus Romanus Thadęi filius primogenitus ex Anna Columna Philippi filia in regno Neapol. magni Comestabilis, Vrbani, VIII. R. P. pronepos natus die 1. Iunii 1630. ad literarum studia genio excitante vocatus, disciplinas percurrit seueriores Vtriusq. Iuris scientiam, ac Theologiam, in quibus sub variis præceptoribus vtbene audiit, optime docere potuisset. Cum patre & patruo, cæteraq. familia ad littus nauigauit Narbonense, inde Lutetiam Parisiorum, vt iudicium Innocentii X. R. P. declinaret. Mox in patriam reduci Olympia Maidalchina prouide prçludēs, quòd mortuo cognato Innocentio X. R. P. nullo fulta patrocinio (cum filios etiam proprios in se concitasset) vices passura esset alternantis fortunę, neptem in coniugem obtulit Carolo Barberino Palestrinę Principi, bonorumq. restitutionem. Barberini quamuis gratiam Innocētii R. P. vndiq. quęrerēt, responderūt: Carolum primogenitum sanctioris vitę cupidum, abiecto sago, sumpta toga (Galerum tacitè poscendo purpureum) Maphæo fratri natu minori amplissima primogeniturę iura concessisse. Ita factum, celebratis Iustinianę Principis nuptiis cum Maphęo Barberino; Carolum Diaconum Card. *S. Cæsarei*, die 23. Iunii 1653. Innocentius assumpsit, Vrbe admirante & Orbe, quòd eodem tempore eidem familiæ tres darentur Cardinales, duo fratres cum nepote. Datum etiam eidem Carolo, vt cum Diaconia, Vrbis Prefecturam retineret, in qua defuncto patri successerat: Translatus ad Diaconiam *S. Angeli in foro Piscium*, illam *S. Cæsarij* iterum assumpsit. Absente patruo Antonio Card. Liberianam administrauit Basilicam, pro eodem Prænestini Episcopatus moderamini subrogatus, primus omnium Clericorum Seminarium erigendum, atq. dotandum curauit. Pro Hieronymo Card. Columna auunculo Ius sacrorum prouentuum sibi in Archiep. Bononiensi reseruatum cum beneficiorum distributione tractauit. Patruo resignante Francisco Barberino, Basilicæ Vaticanæ Archipresbyter; Camerariatum S. R. E. administrauit in Vrbe, apud Gallos agente patruo Antonio Card. Barberino. Congregationibus adiectus Signaturæ Gratiæ, Regularium, Episcoporum, Immunitatis Eccles. Indicis, Indulgentiarum, Visitationis Apostolicæ, Trid. Concilii, Status Regularium, Patronus Canonicorum Lateranensium, Cælestini Ordinis,

dinis, nomine vero patrui Card. Antonii, Protector Prædicatorum, Canonicorum Regularium S. Saluatoris, S. Bernardi, Ædis Lauretanæ, Hiberniæ, Sabaudiæ.

Memor vitæ futuræ, facellum nobile Romæ excitauit in ecclesia S. Andreę de Valle, sibiq. tumulum præparauit cum eulogio sequenti.

Carolus Barberinus S. R. E. Card. Prior Presbyterorum
SS. Basilicæ Vaticanæ Archipresbyter
Sublaci, Farphæ, & Cryptæ Ferratæ
Abbas Commendatarius.
Vrbis Præfectus
Vt cælestes Thesauros
Quibus magnus patruus Vrbanus VIII. P. M.
Sacellum hoc sua familiæ ditauit
Fidelium suffragante pietate.
Et diuina miserante Clementia consequatur.
Sibi viuens elegit Anno Salutis MDCLXXXV.

Viuit adhuc die quo præsentia exaramus, 1. Iulii 1700.

37. *Indignatio Regis, nuncij mortis: & vir sapiens placabit eam.* Prouer. 16. B



LAurentius Imperialis patritius Genuensis Michaelis Marchionis Oyrę filius ex Magdalena Spinula natus die 18. Ianuarii 1612. circulo absoluto Iurisprudentiæ. Bononiæ Prolegatus sedit sub Vrbano VIII. Inde Fani, & Asculi Gubernator, in bello Parmensi Commissarius Generalis, ad pontem Lagi obscuri castris præfuit, Generali absente. Cameræ dein Clericus
C Apostolicæ, ac periculosa infirmitate coactus in Vrbem redit, ex qua iterum ad regimen Castri & Patrimonii remissus cum iisdem facultatibus Commissarii Generalis, inita pace in Signatura Gratiæ, Montium congregatione, Baronum, aliarumq. Cameralium diu versatus, ad comprimendum Firmanum tumultum, in quo ciues elatis vexillis, appositisq. tormentis Gubernatorem interfecerant, cum phalangibus expeditus Mense Iulii 1648. vindicata seditione quietem restituit. Ab eodem propterea Innocentio die 27. Ianuarii. 1653. Vrbis Gubernator electus, die 2. Martii 1654. Cardinalis declaratus vnus ex illis duobus Cardinalibus declarandis, quos sibi in pectore die 19. Feb. 1652. reser- D
uauerat; comitiis adfuit Alexandri VII. sub quo occasione continuatæ Vrbis præfecturę, Gallorum subiit indignationem. Accusatus *mandasse Romanis excubitoribus, ac Corsis nemini vim inferre, appetitos vero iniuriam propulsare, causam dedisse edicto suo, iniuria lacessendi atti[illegible] Ducem Cregaium Gallorum Oratorem die 20. Aug. 1662. Eius mandato exauctoratum decurionem, quia militibus interdixisset tormenta explodere aduersus Gallos: tres milites Corsos ab eodem Imperiali correctos, quia à Gallis impetiti iniuriam propulsassent illatam:* propterea in reparationem iniurię, Gallo petente Rege, Cardinalem Imperialem purpura expoliari; in Flaminiam secessit Legati titulo, mandante Papa; quod in sui contumeliam, interpretante Rege, & in premium facinoris, munere ditiore rependi; sex millia peditum cum duobus equitum millibus irruere in agrum Parmensem, tubę sonitum expectantes: Papa verò volens placare Gallum, Flauium nepotem suum Legatum declarauit a latere, qui ad Regem pergeret obsequii specie. Cardinalis Imperialis Legatione deposita in Liguriam
A abiit; vbi literis obsequio respersis, inscium se ostentare, & purgare facinoris cum conaretur: eas nec legere Rex sustineret, Ligures Lucenses timore correpti Cardinalem non admiserunt; donec placato Rege, restituta pace in Galliam descendit, a Rege benigne exceptus honorificeq. remissus, à Clem. IX. inter supremos Inquisitores delectus, ac Ordini S. Augustini Protector datus, pluribus Congregationibus adscriptus, comitiis adfuit Alex. VII. Clem. IX. & X. Innocentii XI. sub quo pie & religiose vitam clausit.

38. *Quid perdis animam tuam in furore tuo, numquid propter te derelinquetur terra, & transferentur* B
rupes de loco suo? Iob. 17.



CArolus Pius cognomento Iunior, a Sabaudia Ascanij filius & Portiæ Mattheiæ die 9. April. 1622. Ferrarię natus Caroli Pii senioris Card, nepos bonis literis instructus a Patribus Societatis Iesus, Philosophicis lucubrationibus à Carmelitis Discalceatis, peragratis ad maiorē eruditionem Gallia, Anglia, Germania, Polonia, Hispania, Romam reuersus in bello Parmensi pro suo Principe
C fortiter dimicauit loricatorū militum tribunus, apud Monte[illegible]num hostium captiuus Florentiæ substitit, donec pace constituta liber factus, Ferrariæ lauream I. V. adeptus Romam rediit Clericus Cameræ Apo. postea mense Martio Anni 1643. tandem in vltima Cardinalium renuntiatione facta ab Innocentio X. die 2. Martij 1654. Diaconus Card. *S. Mariæ in Dominica* dictus, ad *S. Eustachii* postea translatus, deposito munere Camerariatus [illegible]. Progressu temporis titulum obtinuit Presbyteralem *S. Priscæ*; Munere donatus à Ferrariensibus solito dari conciuibus purpuratis remisit, patriæ calamitatem misertus ob bella preterita; vel quod
D gregarim donatus, & ab antecessoribus non distinctus abhorruit. Legatus Apostolicus Vrbini Ducatus, summo rigore præfuit. Episcopus electus Ferrariensis, meditatus Clerum à planta pedis reformare, rigore nimio vitia publicauit, forte correxit. Cælum patrium expertus insalubre ecclesia resignatà Ferrariensi, post hospitio receptam Christinam Suecorum Reginam, Romam ascendit, vbi in area Campi Florę, palatio restituto à sua [illegible] tis Gentilitio, comitiis adfuit Alexandri VII. Cle-
menti[illegible]

menitis IX. & X. spe lactatus Pontificatus, sed inani, quòd vni Principum nimium adhæreret. Comprotector dictus Imperii, absente Cardinali Lantgrauio, rem Cæsaris numquàm deseruit ita tamen vt causam Dei non cōfunderet, sed illibatam seruaret: Eliæ namq. exemplo dicere solebat: *Zelo zelatus sum pro Domino Deo exercituum; quia dereliquerunt pactum tuum filij Israel.*

39. Stabilita sunt bona illius in Domino; & eleemosinas illius enarrabit omnis ecclesia Sanctorum. Eccl. 31.



CArolus Gualterius Italus, Vrbeuetanus Raphaelis filius, ac Pautillæ Guarnacciæ neptis ex sorore Syluii Card. Antoniani. De Raphaele Gualterio lege Pallauicinum *lib. 19. c. 9. H. Trid. Concilij*. De Triultio Gualterio lege Panuinium *ep. ante vitam Vrbani II.*

Romam missus Carolus in Seminario adoleuit Romano, inde à Philosophico puluere ad Iurisprudentiæ Cancellus, lauream obtinuit in Vniuersitate Romana, poæsi etiam delectatus, & B *Humoristarum* Accademiæ Princeps assumptus ob literas, quibus florebat, ameniores. Affinitate iunctus cum Io: Bap. Card. Pamphilio, Romano postea Pontifice Innocentio X. quòd Paulo Gualterio Antonina Pamphilia nupsisset soror Cardinalis Pamphilii; Victoriaq. Gualteria mater esset Olympiæ Maidalchinæ, quam in vxorem duxit Pamphilius Pamphilius frater germanus dicti Cardinalis, sub fine huius pōtificatu, Aduocatis adscriptus Cōsistorialibus, ac Pauperum aduocatus multa laudabiliter egit in eorum patrocinium, quæ legi possunt apud Scanarolam *De Visitatione Carcerat.* nec non apud Zuffium *De Criminali processuum legitimatione.* Eodem C tempore V. S. Referendarius, ac Domus Pamphiliæ Procurator, cum in omnibus fidem, vigilantiam exhibuisset, in premium laborum, ad purpuram vocatur, die 2. Martii 1654. Diaconiæ præfuit *S. Pancratij*, quamuis tit plus esset iste Presbytealis, eo quòd nulla vacaret Diaconia Templi protector S. Agneti sacri, dein Firmanus Archiep. comitiis adfuit Alexādri VII à quo pallio donatus ad suam abiit diæcesim, collectaq. Synodo leges statuit sanctissimas, pro Monialium, ac Cleri disciplina; cænobium erexit Virginibus Cappucinis, quas legibus iuuit & eleemosinis, primus ipse apud eas sacra operando, S. Felicis & Adaucti cultum mirificis D a Deo propagatum miraculis ampliauit, Templi magnifici, ediumq. extructione ad hospitum commoditatem, sacrisq. statutis redditibus in alimoniam Sacerdotum, qui ibidem ministrarent. His feliciter peractis per Annos XIV. numquam a sua sponsa discessit, donec peracuti Cæli inclementia, missionem a Clem. IX. postulare coactus, Iannotto Gualterio resignauit, Romam abiens vt laboriosis Sedis Apo. negotiis incumberet, variis adscriptus Congregationibus, ad Diaconiam translatus *S. Angeli in foro Piscium*, dein *S. Mariæ in Cosmedin*, Presb. postea *S. Eusebij*, comitiis adfuit Alex. VII. Clementis IX. & X.

De eo cecinit Hannibal Adamus in sua *Pallade Purpurata.*

Quam tu Pamphilia spectandus amore Columbæ
Ostrum, quo trabeam pingeret, illa dedit.
Te Firmana Aquila, penna venerantur merenti,
Optatoq. sui nomine Solis, amant.
A *Hic Aquila obsequijs, hinc clarus amore Columba,*
Pacem ferre vales, fulmina ferre vales.

40. Dispersit, dedit pauperibus; iustitia eius manet in sæculum sæculi. Psal. 11.



DEcius Azzolinus Italus Firmanus, natus die XI. Aprilis 1623. pronepos Decii Card. Azzolini, sub Sixto V. Vno eodemq. die in Firmana Vniuersitate, laurea donatus Philosophiæ, Theologiæ, ac Iurisprudentiæ Romam venit, & secretis adfuit Iacobi Pancirolii ad Hispanos legati. Sub tanti viri disciplina lectissimum adeptus scribendi stylum, eoq. patrocinante, familiæ adscriptus Innocentii X. R. P, arcanas notas tractauit; Pancitolo defuncto, *Honoris Cubicularius*, defuncti vices impleuit, donec Chisius, qui in Flandria agebat, ad Secretariam Status destinatus aduenerit, Eo in munere, cum aditu apud Papam frueretur diurno, restitutionem procurauit Olympiæ Maidalchinæ, cuius tutela sibi plura munera cōciliauit, puta Secretariam Sacri Collegii, Congregationis rerum Consistorialium, tandem gratiam Innocentii X. promeritus fraudem reuelando Cardinalis Astalii, vt legere est *in vita eiusdem Astalij*, die 2. Martii 1654. Diaconus Card. *S. Hadriani* assumitur, verba insolita adyciente in eius assumptione, Pontifice; *Cuius qualitates vobis sunt notæ.* Vsq. ad obitum Innocentii X. Quirinale nunquam deseruit, ita exigente Pontifice, qui eius calamo vtebatur. Moriens laudata eius fide doluit, tanta ei non contulisse beneficia, quanta eius meritis deberentur. Clemens IX, in ipsa suæ electionis die, à Secretis Status Azzolinum assumpsit, E Diaconia *S. Adriani* translatus ad *S. Eustachij*, hanc suis sumptibus restaurauit: Collegio præfuit S. Mariæ Lauretanæ, nationis Picenæ, quæ Azzolini opera, domo obtenta Canonicorum S. Georgii in Alga, ecclesiam & Collegium in meliorem formam ampliauit, reformato Collegio ad eiusdem Nationis Doctores I. V. Iuris, Medicinæ praxi in Curia perficiendos. Sedente Alexandro VII. Rauennam Legatus Comitiis postea eiusdem adfuit Alexandri VII. Clementis IX. & X. Innocentii XI. sub quo Romæ obiit, Vir sagax & prudens, *Mazarinus* dictus Romanus.

Vice Cancellarij S.R.E. sub Innocentio X.

Franc. Card. Barberinus.

ALEXANDER VII. R. P. CCXXXIX.

Alexander VII. Electus die 7. Aprilis 1685. Obijt die 22. Maij 1667. Eius adfuere comitijs.

Episcopi Cardinales.

Vrbani VIII.

1. Carolus Mediceus Ep. Ostien. S. Collegii Decanus, ex Paulo V.

A 2. Franc. Barberinus Portuen.
3. Bernardinus Spada Sabinus
4. Iulius Saechettus Tusculanus
5. Martius Ginettus Albanus.

Presbyteri Cardinales.

6. Aloysius Capponus P. C. tit. S. Laur. in Lucina Pauli V.

Vrbani VIII.

7. Antonius Barberinus tit. SS. Trinit. in monte Pincio
8. Hieronymus Columna tit. S. M. Transtyb.
9. Io. Bap. Pallotta S. Petri ad Vincula
10. Franciscus Maria Brancatius S. XII. Apo.
11. Alex. Bichius S. Sabinæ
12. Vldericus Carpineus S. Anastasiæ.
13. M. Anton. Franciottus S. Mariæ de pace.
14. M. Anton. Bragadinus S. Marci.
15. Petrus Donatus Cæsius S. Marcelli
16. Fr. Vincentius Maculanus S. Clem.
17. Franciscus Perettus S. Hieron. Illyricorum
18. Cæsar Facchinettus S. IV. Coronatorum
19. Hieron. Grimaldus tit. Eusebii
20. Carolus Rossettus S. Siluestri de Capite
21. Franc. Angelus Rapacciolus S. Cæciliæ
22. Franc. Hadrianus Ceua S. Priscæ.
23. Angelus Giorius SS. Quirici &c.
24. Io. de Lugo S. I. S. Balbinæ.

Innoc. X.

25. Dominicus Cechinus S. Sixti.
B 26. Nicolaus Ludouisius S. M. Angel. ad Thermas
27. Petrus Aloysius Carafa S. Siluestri & Martini in montibus
28. Alderanus Cybo S. Pudentianæ
29. Fabritius Sabellus S. Augustini.
30. Franc. Cherubinus S. Io. ante portam Latinam
31. Camillus Astallus S. Petri in monte Aureo.
32. Io. Franc. Paulus Godius S. M. super Mineruam
33. Fabius Chisius S. M. de populo
34. Io. Hieron. Lomellinus S. Onuphrii.
35. Aloysius Homodeus S. Alexij
36. Petrus Ottobonus S. Saluatoris in Lauro
37. Iacobus Corradus S. M. Transpontinæ
C 38. Laur. Imperialis S. Chrysogoni.
39. Gibertus Borromeus S. Io. & Pauli
40. Marcellus Sancta Crucius S. Stephani in Cælio Monte
41. Baccius Aldobrandinus S. Agnetis in circo agonali
42. Io. Bap. Spada S. Susannæ.
43. Prosper Caffarellus S. Callisti
44. Franc. Albicius S. M. in via.
45. Octauius Aquauiua S. Bartholomei in insula.

Diaconi Cardinales.

Vrbani VIII.

46. Theodorus Triuultius S. M. in via lata Archid.
47. Iulius Gabrielius S. Agathæ
48. Virginius Vrsinus S. Eustachii
49. Raynaldus Estensis S. Nicolai in carcere
50. Vincentius Costaguttus S. M. in Cosmedin
51. Io. Stephanus Donghius S. Georgij in Velabro
52. Paulus Æmilius Rondininus S. M. in Aquiro
53. Io. Carolus Mediceus S. Mariæ Nouæ

D 54. Federicus Sforcia S. Viti & Modesti.
55. Benedictus Odescalcus SS. Cosmæ Damiani
56. Christophorus Vidman S. Nerei & Achillei
57. Lauren. Raggius S. Angeli in foro piscium
58. Franc. Maidalchinus S. Mariæ in porticu
59. Carolus Barberinus S. Cæsarei
60. Carolus Pius S. M. in Dominica
61. Carolus Gualterius S. Pancratii.
62. Decius Azzolinus S. Hadriani

Car-

Cardinales qui diebus sequentibus Comitia ingressi.


63. Ascanius Philamarinus P. C. S. M. de ara Cæli die 21. Ian.
64. Stephanus Duratius P.C.S.Laur. in pane & perna die 22. Ian.
65. Federicus de Hassia D. C. die 27. Ian.
66. Ernestus Adalbertus ab Harrach P. C. S. Praxedis die 5. Feb.

Cardinales Absentes.

1. Alphonsus de la Queua Ep. C. Prænestinus
2. Balthassar de Sandoual P. C. S. Crucis in Hierusalem.
3. Iulius Mazarinus P. C. sine titulo
4. Ob mortem Io. Bap. Alterij Card. vna vacabat Sedes in Consistorio.

Presbyteri Cardinales de nouo creati ab Alex. VII.

1. *Disciplina tua correxit me in finem.* 17. Psal. 36.



FLauius Chisius Marij filius ex Berenice de Aciaria, Italus Senẽsis, nepos ex fratre Alexandri VII. R. P. cum eodem legationem gerente apud Germaniam Inferiorem pro pace vniuersali, peragrauit. Ex Germania reuersus ad nuptias destinabatur a patre; quum Patruo ad Pontificatum assumpto, (qui agnatis omnibus & cognatis Romam accedere interdixerat, & in puluinar pheretrum sibi aptauerat, vt humanæ caducitatis memoria opera sua dirigeret ad æternitatẽ, dispositis vbiq. mortuorum caluarijs, poculis ad speciem cranij fabrefactis, imaginem vndiq. spirans Pontificis Sancti) in patria substitit, donec a Principibus expugnato Pontifice, Romam venit Pontificatus Alexandri Anno III. die 9. Aprilis 1657. Cardinalium promotione prima, Presb. Card. *S. Mariæ de Populo*, solus creatus, vnà cum præfectura Firmana, Tiburtina, Legatione Auenionensi, & summæ proxima in omnes Vrbes ecclesiasticas potestate, nec non audiendi Regum Oratores, more seruato Vrbani VIII. & Innoc. X. in nepotibus Pontificum, quibus titulus datus Cardinalis Patroni: Exorta autem cum Ludouico XIV. Francorum Rege ob rixam Corsorum militum cum familia Crequij Ducis, Gallici Oratoris, controuersia, qua bello conflagratura putabatur Italia, cuius ianuas pulsabant Turcæ; opus credidit Papa, Regi satisfacere, permittendo, *vt intra octo Annorum spatium, Dux Parmensis solutis debitis Castrum redimeret. In causa Mutinensi, Roma in se susciperet Montem Estensem cum conditionibus &c. Chisius Cardinalis Legatus à latere Lutetiam pergeret, vt factum excusatione purgaret. Gallorum fœderatis plena fieret indulgentia. Cardinali Imperiali permitteretur in Galliam ingressus, vt se expurgaret. Marius Chisius Roma egrederetur; & ab ea longe degeret, donec Legatus Apo. Lutetiæ Parisiorum, admitteretur ad præsentiam Regis. Marius scripto affirmaret se inscio, Gallis insultasse Corsos. Idem Breui suo confirmaret Papa. Augustinus alter nepos Pontificis Duci* Crequio *occurreret redeunti, eumq. certiorem faceret ingemuisse Pontificem, discrimine cognito. Idem faceret erga vxorem* Crequij *Ducis fratris neptis Pontificis. Corsica natio declararetur indigna seruitio Apo. non solum Romæ, sed in tota ditione Pontificia. Erigeretur Pyrammis in foro Farnesio ad perpetuam facti memoriam. His peractis, Comitatus Auenionen. Põtifici restitueretur.*

Accepto munere Flauius ad Regem venerabundus accessit, omni cultus honore, ditatusq. muneribus, in solum populum Romanum tanti apparatus onere reiecto, qui propterea in morte Alexandri VII. furere visus est aduersus Chisios quasi sub eis Honor, Imperium, Libertas pessumdata esset; Comitiis adfuit Clementis IX. & Innocentii XI. Alexandri VIII. Innocentii XII. sub quo obiit Sacramentis omnibus rite procuratus, adstante & ad pie moriendum excitante Fr. *Iosepho Maria Bottari* Generali Minorum Conuetualium, cui frequentissime repetita exomologesi peccatorum, quid de mortuorum iudicio, & resurrectione sentiret, publica protestatione monstrauit. Plura in eum effutiere Heterodoxi quæ typis data leguntur: Sed eleemosinæ ad summam scutorum duodecim millia, quæ annuatim interprete Paroco S.S. XII. Apostolorum, pauperibus distribuebantur, calumniam difflant abunde. Liberalitas accedat non solum in morte Cardinalis Sfortiæ Pallauicini, ad cuius sepulturam cum honore celebrandam Chisius supra mille scutatorum contulit; sed per totum vitæ cursum erga Literatos, Artium Liberalium Professores, & Claustrales, qui ab eo nunquàm redière vacui. Hinc Populus Romanus qui in morte Marii furere visus est præ lætitia, in obitu Flauii Chisii Cardinalis fletu concussus, lumina lacrymis imolabat, veluti in morte parentis. Condito testamento, rem pretiosiorem seligi mandauit ex asse hæreditario, nempe Crucem adamantibus exornatam dono sibi datam a Ludouico XIV. Galliæ Rege, eamq. humili voto appendi Deiparæ Lauretanæ mandauit, cuius tutelam morbo petitus, sincero corde postulauerat.

2. Qui-

2. Qui se humiliat, exaltabitur.
Lucæ. 3.



CAmillus Meltius Italus, Mediolanensis Io: Antonij filius ex Lucia Lutta natus Die 12. Decemb. 1589. prima literarum rudimẽta apud Mediolanenses edoctus, in Collegio Breidano, deinde Romæ apud patres Iesuitas, Parmæ lauream adeptus iurisprudentiæ, Romam venit Iudex Capi- A
tolinus, deinde Auditoris Cameræ Vicarius per Annos XI. sua virtute ac modestia sedem promeruit Capuanam, vnusq. ex assistentibus sacello eligitur Pontificio. Nuncius dein ad M. Hetturię Ducem, mox ad Cæsarem, Annos nouem apud Germanos expleuit. Ab hac prouincia remotus ab Innocentio X. ignota causa in otio relictus vsq. ad Alex. VII. à quo initio Pontificatus, Congregationi a secretis admotus Episcoporum, Regularium, Die. 9. Aprilis. 1657. Presb. Card. dictus tit. *S. Marcelli*, Patribusq. adnumeratus Propagãdę S. Concilij Trid.
B Episcoporum, Regularium, Residentiæ, non diu superuixit: cum enim vasa collegisset, vt ad moderandum pergeret Capuanum Gregem, Die 21. Ianuarij 1659. ætatis suæ 69. viuere desijt plenus meritis, Zelo fidei in pauperes charitate, munere vacuus, patientiæ exemplar non vulgare pręcipuę sub Innocentio X. a quo in suis promotionibus pręteritus. Sepultus iacet in Quirinali, in ecclesia S. Andreæ Apostoli, sepulchro pernobili, cum sequenti epitaphio.

D. O. M.

Camillo Meltio Mediolanensi S. R. E. tit. S. Marcelli Presb. Card. Capua Archiep. qui olim ad Ferd. III. Cæsarem Nuntius Pontificius & S. Congreg. Episcopis &
C *Regularibus præf. a secretis, prudentia, doctrina, iustitia, pietate, eximius per omnes honorum ac virtutum gradus ad purpuram euectus, cum eum viuere maxime Republica interesset, extinctus est XII. Kal. Februarij, An. Rep. Sal MDC. LCX. Ætatis. sua. LXIX. Io: Antonius Meltius Archiep. decessori & patruo M. P.*

3. Ruina facta est in populo: duo filij tui mortui sunt Ophni & Phinees: & arca Dei capta est: Cumq. ille nominasset arcam Dei, cecidit de sella retrorsum iuxta ostium suum, & fractis ceruicibus mortuus est.
1. Reg. 4. n. 18.



IVlius Rospigliosius Pistoriensis, natus Die 27. Ianuarij 1600. patre Hieronymo, matre Catharina Rospigliosis Presb. Card. tit. *S. Sixti* creatus ab Alexãdro VII. Die 9. Aprilis. 1657. Papa futurus nomine Clemẽtis IX. sollicitus de salute populi Christiani, tam in ecclesia re-

formatione, quàm in bello Turcico, cum Cretam audiuit amissam, merore consumptus obijt.

4. Laus tua in fines terræ,
47. Psal. 11.



NIcolaus ex Comitibus Guidijs a Balneo, Fabritij Marchionis Montis Belli filius ex Laura Columna Pompei Zagarolę Ducis nata, frater natu minor Io: Francisci S. R. E. Card. in lucem editus Die . . . 1584. manum puer dedit ecclesię; veruntamen fratre maiore vitam profitente ecclesiasticã, ad familiæ propagationẽ, vxorem duxit, & ex legitima coniuge Theodora Gonzaga sobolem procreauit Philippum Columnam Regni Neapol. M. Comestabilem in Hispanias pergentem sequutus. Philippo IV. Regi bene acceptus, annuam mille Coronatorum pẽsionem in Regno accepit Neapol. Sedente Gregorio XV. militiæ ecclesi. polemarchus Vallem Tellinam propugnauit: sub Vrbano VIII. Marchiæ Anconitanę supremus dux militiæ prefuit; inde in Ferrariensi ducatu militaris præfectus, per septennium, omnium cum laude expleto munere, morte audita Theodoræ vxoris, & Io: Francisci Card. fratris, veste iterum assumpta Clericali, Abbatiam dictam *Matei domini* vacantem ob mortem fratris obtinuit ab Vrbano VIII. In bello Parmensi Ecclesiastici Curator Exercitus, pacis interpres accessit ad M. Hetturiæ Ducem, Paulo post Athenatum Archiep. ad Gallorum Regem Nuncius Apo. prouinciam decennio sustinuit, toto Innocentii X. Pontificatu, acprimo Alexandri VII. bienio, tũ in Iulij Card. Mazarini à Gallia secessu, quàm in captiuitate Io: Franc. Pauli Gondij, Archiep. Parisiensis, ecclesiasticam immunitatem pro viribus propugnauit, adfuitq. coronationi Ludouici XIV. Reuocatus in Vrbem sedit inter Patres Presbyter Card. tit. *S. Eusebij*, Die 9. Aprilis 1657. assumptus ab Alexandro VII. vnà & Episcopus Senogalliensis, de ecclesia meritus non minus gladio quàm religione & pietate, Bello namq. sæuiente Turcarum, excitati Cardinales conferre subsidia, Nicolaus qui in summa senectute, pari premebatur egestate, pretiosori diuendita suppellectile, sub hastaq. vænire iussis vineis cum Palatio, quas possidebat in agro Albano, pretium numerauit pro Fidei tutela Catholicæ aduersus Thraces. O facinus
D in portis incidendum Hierusalem Sanctę! Angelos vos prouoco Æterni Testamenti, Ad Beatorum triumphum, Nicolai fastos transcribite & sine exemplo exemplar pennis dexteris adnotate; ni forsam digitus Dei viuentis in libro vobis præcurrerit Æternitatis Die 23. Aug. 1663. ætatis 80. ad Cælos conscendit Anima grandis, occurrente ei (vt pie creditur) Angelorum cętu melos canentium. Cineres venerare lector in ecclesia Cuppucinorum, vt ex notis.


Hic

Hic requiescit
Nicolaus ex Comitibus Guidijs a Balneo, S. R. E. Presb.
Card. tit. S. Eusebij
Anno M. D. C. LXIII. ætat. S. LXXX.
Rogate pro anima eius.

Eius memoria in ecclesia S. Alexii, ad Auentinum, vbi sacello pernobili erecto à Io. Franc. fratre, Sacerdotium instituit in suffragium animæ Fabritii filii sui, in Belgio mortui.

De eo Pompeius Angelottus *orat. funebri pro Io: Francisco Nicolai fratre.* A

5. *Oportet Deo magis obedire, quàm hominibus.*
5. Actuum. 29.



HIeronymus Bonuisius Italus Lucensis, cuius maiores à Bonuisio Othonis III. Imper. Consiliario, B. Io: Bonuisium Ordinis Minorum clarum sydus, & Laurentium Bonuisium patriæ libertatis propugnatorem progenuere. Accedit Antonius Bonuisius, qui in apostasia Regni Anglicani, auro larga manu profuso Catholicos iuuit, iurato fœdere cum Thoma Moro, à quo literis donatus è carcere, priusquam ille subiret martyrium. Ex hisce parentibus progeniti Bonuisius Bonuisius Card. S. R. E. sub Clemente VIII. & Hieronymus, qui stadio studiorum emenso laurea ornatus Iurisprudentiæ, Romam veniens sedente Vrbano VIII. Clericus Cameræ Apo. Francisco Barberino intima necessitudine adictus, arcanorum omnium particeps; tanquam secreti tenax, Magistratus percurrit Vrbanos semper cum laude, ob exactam cognitionem Iurisprudentiæ, ac morum innocentiam: cum enim sedente Innocentio X. Annonæ fuisset præfectus? Præfecturam reiecit: qua ex causa? incertum: Propterea cum toruis oculis Bonuisius respiceretur licet eius iustitiam & magnanimitatem Aulici, præcipue Card. Chisius ad astra extollerent; ne in lapidem impingeret, aulæ valedicto, in patriam rediit occupationibus exsolutus. Laodicensis iam renuntiatus Archiep. Clericatu se abdicauit Romano, cœlestem patriam anhelans, ad quam dum in otio se accingeret, ab Alexandro VII. iterum reuocatus in aulam tanquàm Cubiculi Præfectus Pontificii, deinde Presb. Card. tit. *S. Hieronymi Illyricorum*, die 9. Aprilis 1657. Congregationibus maioribus sua integritate adstans, Rempublicam promouit. Ab eodem Alexandro Ep. dictus Lucensis possessionem cum adiit, plures habuit ex conciuibus Encomiastes præcipue Paulum Barsantium cum carmine, cui titulus, *Stellarum Concertatio in aduentu Em. & RR. Hieronymi Bonuisij*: licet occasione Immunitatis Ecclesiasticæ coactus a consulibus dissentire, volens patriæ Ecclesiam præferre, Rempublicam concitauit Lucensem, quæ ab illo die abhorrere cæpit Episcopum suum ex conciuibus assumi; præcipue si sit iste Cardinalis.

Moribus Bonuisius placidis, studio Iurisperitus, corde sincerus, ore blandus, in suos beneficus, in pauperes misericors, regimine felix & Reipublicæ non ignarus corda rapiebat venientium, & cum expectatione quasi Pontifex colebatur futurus, promouentibus Hispanis, sed magno contradicente Hetruriæ Duce, qui Lucensem Pontificem ditioni suæ suspicatur inutilem & aduersum; aberrauit tam in Comitiis Clem. IX. & X. quam Innocentii XI. sub quo obiit.

6. *Nimis honorati sunt amici tui Deus; nimis confortatus est principatus eorum.*
Psal. 38.



FRanciscus Paulutius ex antiquis Comitibus Calbuli, die 24. Augusti 1581. natus in Foroliuio, patre Ioanne Paulutio, & Bernardina Maseria, Francisci nomen in lauacro adeptus Baptismali maioribus suis venerabile, ob alterum Franciscum Canonicum Rauennatem, & alterum Episcopum Saxenatensem & Pontificii Exercitus Præfectum, antequam ex altero Francisco Paulutio Calbuli filio, plurium opidorum in Flaminia Domino, Paulutiorum cognomen manaret in posteros. B

Matrimonio a parentibus destinatus, alia tunc temporis masculina prole carentibus cum illud abhorreret, Anno vix XII. expleto Romam venit gloriæ cupidus, sub cura Fabritii patrui Plebanæ Vrbis Episcopo electo, die 28. Octob. 1593. & in Romano Collegio artes perdidicit, sedenteq. Paulo V. laurean adeptus Iurisprudentiæ, foro addictus patronum egit controuersiarum, quo in munere, teste Antonio Merenda *Controuersiarum Iuris vol. 1. lib. 12. cap. 50.* summorum Principum laudem promeritus, horum Orator apud Summos Pontifices repetitis vicibus extitit. Sub Gregorio XV. oblatas sæpe respuit infulas Episcopales: sub Vrbano VIII. Apostolicus Referendarius, Prælatus domesticus, Secretarius Congregationum Concilii, & Iurisdictionis ecclesiasticæ, Consultor S. Officii, Examinator Episcoporum, per Annos viginti adhibitus, toto Innocentii X. decennio, Fortuna agitatus aduersa, inuicta enatauit constantia, donec ad Pontificatum euecto Alexandro VII. laborum suorum, purpuram Presbyteralem sortitus in premium tit. *S. Io: ante portam Latinam*, die 9. Aprilis 1657. Præfectus sacræ Congreg. Concilii, aulam exhilarauit Romanam, quòd senectui, ac virtuti tandem locus daretur honoris. Niuem propterea ei dederunt in Symbolum, sub titulo: *Vetustate rubescet*. Teste namq. Plinio lib. 11. c. 35. n. 185. *Nix vetustate rubescet.* C D

Eius patria cum a centum & triginta Annis, post Christophori Card. Naumalii sub Clemente VII. excesf-

excessum, Cardinali dignitate vacasset, mausoleum erexit marmoreum cum Francisci effigie, in foro supra viam Flaminiam, cum elogio sequenti.

Francisco Paulutio ex Comitibus Calbuli, nobili Foroliuiensi,
S. R. E. Cardinali
Qui exantlatis LX. Annorum laboribus
Et exijs XXX. & vltra in primoribus Apo. Sedis muneribus, exactis
Ab Alex. VII. SS. Pontif. prima electione vnà cum Flauio Card. Chisio Nep.
Ad purpuram euectus, & S. Cong. Concilij præfectura insignitus A
Cardinalatus dignitate
Maiorum imaginibus adiecta Patriam a CXXX. Annis carentem decorauit
S. P. Q. F.
Optatæ Æternitati erexerunt: An. Sal. MDC.LVIII.

Cæsarem æmulatus Card. Baronium, præceptorem suum, nouæ dignitatis exordium a restauratione cæpit Tituli sui, cuius Martyris ædem Anno restituit sequenti 1658. & eleganti pennicillo exornauit.

Scripsit Paulutius libros XX. *De Grauioribus Sedis Apo. causis*, quos M. S. habes apud hæredes cum alijs lucubrationibus. B

Vita excessit Romæ, die septimo Idus Iulii 1661. ætatis 81. sepultus ad S. Mariam de Vallicella, sub elogio.

D. O. M.
Francisco Paulutio ex Comitibus Calbuli ForoLucensi.
S. R. E. Presb. Card.
Tit. S. Io: ante portam Latinam, qui Annorum XXX. spatio a secretis S. Cong. Concilij, simulq. S. Cong. super Controuer. Iurisdict. ac Tribunalis Fidei Consultor. Ob ingenuitatem, doctrinam, prudentiam semper Aula Romanæ probatus, à Principibus cultus, à S. Pontificib. grauiss. quibusque negotijs admotus, atq. ab Alex. VII. in testimonium virtutis optimæ, meritò ornatus purpura, cum eiusdem Cong. Concilij præfectura. Obijt octogenario maior. Die IX. M. Iulij. An. M.DC.LXI. Carolus Paulutius ex Comitibus Calbuli Sign. Iustitiæ Decano, Patruo benem. P. C

Ad læuam

Eumdem tumulum exornant inscripsiones sequentes; ad dexteram.

D. O. M.

Carolo Paulutio ex Comitibus Calbuli Foroliuiensi.
Sig. Iustitiæ Decano.
Qui primum Germaniæ pro pace legationi a Secretis, cuius deinde etiam Datarius, mox S. Cong. Rituum itidem a secretis, & alijs muneribus exercitis ingenio, & doctrina præstans virtutis potius, quàm morte matura præripitur Ætat. suæ An. XXXXVII. D
Sal. MDC.LXII. Die XXI. April.
Cosmus & Hieronym. Fratri amoris & honoris ergo PP.

7. *Ego dabo vobis os & sapientiam, cui non poterunt resistere & contradicere omnes aduersarij vestri.*
Lucæ 21.



Scipio ex comitibus Ilcijs, vel Elciis Senensis patritius Comitis Vrsi filius, aulæ M. Ducis Hetruriæ magistri ac Consiliarii Fed. II. Imper. Ex Referendario V. S. Firmiq. in Picæno Prætore Episcopus Picentinus Sal. An. 1631. ad Pisanum translatus Archiepiscopatum Anno 1636. ecclesiã illam Annos duos supra viginti administrauit. Inde Nuncius Apostolicus ad Venetam missus Rempublicam ab Innocentio X. laudem apud Patres promeruit præcipue, Bello rugiente Cretensi Barbarorum cum Papa Episcoporũ in Veneta ditione nominationem agendam in Consistorio ab Episcopis nationalibus, exteris delegasset: excitatus Senatus assensum negabat. Innocentius propterea occasione dissidii, auxilia negabat in Thraces, & triremes non submittebat Ecclesiasticas. Elcius verò pacis interpres, cum Patribus suadere conaretur, quòd remota discordia, Pontifex tanquàm pater vniuersalis larga manu accurreret in suppetias; Senatus qui ad tutelam Fidei regna imolabat, & sanguinem profundebat, spe lactatus auxilii futuri, iura sua quasi negligens, assensit facile, sperans, quòd in posterum nulla fieret iniuria mori vetusto. Cum verò Innocentius cognito etiam Patrum decreto, nulla adhuc submisisset auxilia, imò duarum adhuc Ecclesiarum (quatuor primæ erant) propositionem Cardinalibus exteris noniter mandasset: magis concitati Patres omnia iterum habuère suspensa; donec nouo volentes mulcire officio Pontificem, supradictam difficultatem omnimode componendam arbitrio ipsius subiecit Pontificis: qui regia respondens magnanimitate, nominatione ecclesiæ Veronensis reseruata ab ipso facienda in Consistorio, reliquas omnes Petro delegàuit Card. Ottobono. Ex Veneta legatione ad Cæsarem Elcius abiit in Germaniam, vbiq. gratus ob suam pietatem atq. cum omnibus humanitatem. Hinc Alex VII. non solum vt sanguini satisfaceret (Elcij namq. cognatus erat) sed vt meritum promoueret, Cardinalem Presb. signauit Anno 1657. publicauit vero Anno 1658. die 29. Aprilis cum titulo *S. Susannæ*. Adeptus purpuram, Episcopatum resignauit Pisanum, & Æmiliæ Legatus præfuit, populorum commodo semper intentus. Post legationem, vitam duxit in Vrbe, patronus Iesuatorum, quorum ordinem Innocentius VI. instituit; Vrbanus VIII. confirmauit; Clemens IX. suppressit.

Comitiis interfuit Clementis IX. inter Candidatos futuri Pontificatus recensitus à Chisiis, & ab Hispanis, sed à Gallus exclusus, pridie Idus Aprilis 1670. circa tertiam noctis, diem clausit mærore percussus, quòd Gallis suspectus, cum tamen nec mu-

munera respexisset, neq. personas. Sepultus iacet apud S. Sabinam in Auentino.

De eo lege Bap. Nanium H. Veneta.

8. *Oportet illum, testimonium habere bonum ab ijs, qui foris sunt.* 1. Timo. 3.



Hieronymus Farnesius Romanus Marij Laterae Lucis filius, militiae Vicarij Ecclesiasticae, ex Camilla Lupi, A pridie Cal. Octob. 1599. natus in terra Laterae, Hieronymi fortitus nomen, quia die natus D. Hieronymo sacra, sororem habuit Franciscam a Iesu Maria, quae erigendis S. Virginum caenobiis, Orbi Christiano sua pietate praeluxit. Rara Hieronymo indoles & ingenium, quod Parmae politioribus imbutum literis, Anno aetatis suae XVI. thesibus dialecticis publice propugnatis, ad reliquam Philosophiam iter habuit, haustisq. Iurisprudentiae fontibus Romam euocatus Cubicularius bonoris apud Paulum V. Dein V. S. Referendarius per B Annos XII. aetate vi infumpsit virilem, donec ab Vrbano VIII. Archiepiscopus Patracensis, dictus ad Rhetos & Heluetios Nuntius abiit Apo. An. 1639. quo in munere per quinquennium Germanis non inutilis, aulae venerabilis seditionem non vnam impressit ibidem excitatam inter Ecclesiasticos & Politicos. Lustrata Prouincia, Faeminarum virorumq. religiosis familijs ad disciplinam excitatis; Episcopatum Curiensem ab A catholicis impetitum, quia aere alieno grauatum, salubribus constitutionibus fuleiuit nutantem. Ecclesiae Sedunensi in agro Vallesiae diu Episcopo viduatae non parum profuit, eoq. longia eontendens itineribus, non inde recessit, C priusquam remotis difficultatibus, gregi Pastorem restituerit. Vtq. susceptam ab omni parte Visitationem absolueret, in altissimum Iouis montem ascendens, qui Vallesiam a Sabaudia discriminat, perpetua glacie rigentem; asperisq. scopulis cinctum, Ministrorum Apostolicorum primus Canonicos Regulares S. Augustini, in rigidissima solitudine, hospitandiper triduum peregrinis commorantes sua praesentia voluit consolari. Bello interim Sede Apostolica implicita Parmensi, subsidiarum militem iussus ab Heluetiis petere, mira celeritate conscriptum, misit in suppetias. His praeclare gestis Romam rediit Anno 1644. a secretis prae- D fectus consultationibus Episcoporum, & Regularium, per decennium insudauit. Ab Innocentio X. Vrbis Gubernator renuntiatus, vitiorum animaduersor acerrimus, iudicibus, notarijs, satellitibus ipsis non pepercit. Tanti eum faciebat Innocentius X. vt eum veram Ideam Ministri Pontificij asserere palam non dubitaret; quod eius consilia integritate prudentia, doctrina suffulta nunquam, vel raro aberrarent. Qua de causa tantum virum Innocentius X. non promouerit? incertum. Ab Alexandro VII. Pontificiae domui praepositus Christinam Suecorum Reginam in Vaticano excepit secretis datus Congregationum sacrae Visitationis, super statu Regularium, Signaturae Sanctissimi, S. Inquisitionis, Rerum Consistorialium, Aquarum, Annonae, Fabricae, praeter quotidiana negotia, quae sub secretiori fiducia ei a Pontifice committebatur; etiam Puellarum scholas in varias classes per Vrbem dispositas, Matronis in hunc finem mercede conductis ex Pontificis liberalitate, quae eas in Lanificio, alijsq. erudiret exercitijs: pauperes adeo dilexit, vt A consuetas auxerit Palatii eleemosinas, vrgenteq. inopia suos ipse nummos larga manu distribueret. Nulla cum esset Congregatio, ad quam iubente Pontifice, in rebus arduis non vocaretur Farnesius, Chisiae Domus praefecturam haud negligens, e.nptionem ipse absoluit agri Farnesii, Duce etiam excluso Parmensi, qui linea recta deficiente, ad successionem vocabatur. Tantis promeritum, prima Cardinalium promotione, die 9. Aprilis 1657. Presbyterum Cardinalem assumpsit tit. *S. Agnetis extra Muros* Alex. VII. vnaq. Bononiae legatum a latere declarauit, quam prouinciam immunis ab auaritiae fordibus pacatam voluit iustitia pauperiq;que ac diuiti administrata, vnà cum Annona, qu[illegible] populorum commodum diligentissime procurauit. Vrbem quà portis, quà maenibus quà viis stratis, instaurato Praetorio, magnificentius illustrauit. Sacellum S. Carolo Borromeo sacrum longa iam aetate lacerum pristino decori restituit. Aulam Farnesiam variis, viuisq. picturis Bononiensium memorabilia gerentibus exornauit: huicq. contiguam alteram excitauit, dicauitq. Alexandro VII. promotori suo. Nobiles ea sibi concordia deuinxit: vt in eius gratiam non solum a priuatis temperarent iniuriis, sed magnis sumptibus ludos celebrarent equestres, totius Italiae concursu. Cardinales, Principum Oratores, minorisq. nominis Praesules ampla tractauit munificentia. Comitem de Pennaranda Neapolitanum ProRegem numeroso comitatu transeuntem regiè habuit, pariq. honore Duces Parmae, Mutinae atq. Ducissas. Absoluto legationis quadriennio, Romam redit Anno 1662. Cappucinorum Protector, Flauii Chisii Card. apud Gallos agentis vices agens, ac Signaturae praefecturam. Comitiis adfuit Clementis IX. sub quo die XII. Cal. Martii 1668. diem clausit condito testamento, in quo duo Sacerdotia in subsidium animae instituit apud patres S. I. in templo Farnesiano; in terra etiam Latera, sex Canonicorum erexit Collegium; suosq. domesticos vi non exigua pecuniae donauit. In Templo Farnesiano iuxta sulcepit, tumulo exceptus plumbeo cum notis.

Hieronymus tit. S. Agnetis extra Muros Presb. Card. Farnesius Romanus Vixit Annos XLVIII. Men. IV. Dies XVIII. Obijt die XVIII. Feb. M.DCLXVIII.

Elogium habes in praefatione Emmanuelis Thesauri, Romae editi Anno 1667. a Blasio Diuersino.

Emi-

Eminentiss. ac Reuerendiss.
Principi
Hieronymo Farnesio
Farnesiorum Principum familiæ
Primæuæ Stirpe, generosissimo Palmiti.
Qui cum Gentilitiæ claritatis commendatione
Ab ipso Iuuentæ limine,
Purpureum ad Fastigium transilire meruisset;
Ducente tamen Virtute,
Gradatim scandere decreuit;
Vt singulis Ministerijs,
Singula Nobilibus Exempla panderet,
Itaque;
Maximorum Quinque Pontificum emensus Regnum;
Primùm in Camerali Athenæo
Tanta Iudicem integritate gessit.
Vt Libram ad æstimandas,
Gladium ad resecandas lites,
Fugiente ab Astrea vindicasse, sit visus,
Tàm Rhæticam ad Rempublicam,
Ceu Lydios ad Lapides,
Missus;
Inalpinis illis Populis,
Virtutum exactissimis exploratoribus,
Non solùm approbationi, sed miraculo fuit,
Romæ deinde Gubernator,
Tanta Prudentia Gubernaculum rexit,
Vt nouo quoque hoc argumento,
Romam Vrbium Caput indubie crederent,
Qui tale Romæ Caput viderent.
Iam Episcoporum, & Regularium
Sacræ Congregationi aggregatus,
Superfluum esse Numerum docuit;
Cùm in Vnius Pectore,
Tota posset Congregatio numerari.
Pontificiæ verò Domus Magisterium Supremum
Ità sustinuit;
Vt qualis esset Domus, ex Magistri Virtute,
Qualis esset Pontifex, ex Domus Disciplina
Cognosceres.
Tanta eius ergo Merita,
Summam ad Maturitatem cùm peruenissent,
Maturitatis colorem traxere purpuream:
Ipseque
Inter Eminentes Romanæ Ecclesiæ Cardines fulsit,
Cælesti planè Cardini similis,
Quòd Magnetica virtute Animos rapiat:
Hoc tantùm dissimilis, quòd nunquam quiescat
Hinc Bononiensem Legationem
Omnium præclarissimam,
Tanta Magnificentiæ,
Tanto Ingenij splendore, illustrauit:
Vt Ciuitas illa Sapientiæ Mater,
Sapientum Patrem inuenisse gestierit.
Cælo demum Romano redonatus,
Ministerium omnium difficillimum suscepit;
Capucinorum nempè Ordinis Directionem.
Quis enim Sanctos dirigat, nisi Sanctissimus?
Summam itaque, summâ cum Dignitate, Pietatem
Cum Nobilitate Doctrinam:
Cum Frugalitate Magnificentiam:
Cum priuata sui Perfectione
Publicarum rerum solicitudinem:
Omnes denique Pontificias Virtutes,
Sine Pontificatus ambitu, complexus est.
Maximo Alexandri septimi Pontificis Maximi plausu;
Qui eos ad sustinendum Consilio Pontificatum elegerit,
Quos etiam Imperio sustinere posse, iudicauit,
Tali ergo Principi
Blasius Diuersinus *Bibliopola*
Cum pro meritis Elogium pangere,
Ob Eloquij paupertem nequeat;
A *Pretiosissimum Elogiorum Thesaurum,*
Quod ex Officina sua nuper effossum,
Lucis protulit,
Humillime Offert.

9\. *Non est dissensionis Deus, sed pacis,*
1\. Cor. 14.



B ANtonius Bicchius patririus Senensis Firmani Rutilij filius ex Honorata Mignanella natus die 31. Maii 1614. consanguineus Alexandri VII. R. P. Laura namq. de Marsiliis post enixam ex Antonio Mignanello Antonii matrem, secundis nuptiis Alexandrum VII. feliciter Orbi peperit. Genitricis fæcundirate plures Antonius sortitus fratres; inter quos Petrus Ep. Tudertinus; Ioannes Prior Hierosolymitanus, Pontificiæ classis præfectus in Turcas ad M. Hetruriæ Ducem Legatus. Antonius absoluto Studiorum cursu laurea ornatus Iurisprudentię Fabium Chisium sequutus Colonniam Agrippinę pro pace instauranda inter Christianos, & ab eodem ob prudentiam, in partem laboris assumptus,
C titulo Auditoris, Abbatia honestatus S. Anastasiæ, dein 8. Feb. 1642. Interountius cum facultate Nuntii Apo. ab Vrbano VIII. in Belgium trasmissus, & Burgundiæ Comitatum, strenue vigilauit aduersus Iansenii asseclas, ne eorum zizania cresceret in vinea Domini Carolum Ducem Lotharingum, & Beatricem *de Cusant* à Pontifice excommunicatos Romano ob pertinaciá in sponsalibus illegitime celebratis, ad obsequium reduxit. Ecclesiam propterea *Mensis Ilcini Innocentius X. Sal. Anno 1694: ei sponte tradidit* gubernandam; cuius ędificia campestria ruinosa restituit, pręcipue in villa S. Antimi in qua vetustum S. Benededicti Monasterium, nunc
D mensæ vnitum Episcopali. Ibi fonti excauando intentus assumptione cognita Alex. VII. sequens adiecit epigramma,

D. O. M.

Dum sacer hic Præsul fontes his Bichius hortis
Ne fluat incertis lubricus error aquis
Ecce tibi Chisium sancto plaudente senatu
Communem reddunt publica vota Patrem.

Regnat

Regnat Alexander, dixit, ter maximus Orbe
Nomen Alexandri garrula & vnda sonet.
Nobilis ęternam serua per secula famam
Nomine sub tanti labere, Lympha, Patris.
Haurit Alexandri eloquij sacra flumina Mundus,
Haurit Alexandras & meus Hortus aquas.
Anno Dom. MDC.LVI.

Alexander nouus Pontifex, qui in Belgio Bichii expertus fuerat capacitatem, ingenium, die 6. Martii 1656. eum ad Sedem transtulit Auximensem, magno illius populi gaudio, qui ad monimentum obsequij, in dexteram Episcopii, Bichiorum erecto A stemmate, sequentem apposuere inscriptionem.

Antonio Bichio
Alex. VIII. auunculi munificentiam
Pastori & Principi obseruantiam
Quam corda non capiunt, explicat
Perpetuoq. mansuram ęternat
In marmore ciuitas Auximana.

Iulio ineunte 1657. iussus ab eodem Alexandro VII. vitam & gesta diligenter obseruare Fr. Iosephi a Copertino Minoris Conuentualis, cuius fama sanctitatem personabat, vt tempore & occasione op- B portuna, acta transmitteret, ea vigilantia incubuit, vt etiam Commendatori Bichio fratri suo Seruum Dei visitare negauerit, ne eum a cælestium contemplatione distraheret. Copertino mortuo, inquisitionem instructam legalem Sedi transmisit Apostolicæ. Erat Antonius ingenio mitis, Mario propterea & Augustino Chisiis non suspectus. Non sic Ioannes Prior Hierosolymitanus Antonij frater, vir altissimi ingenij, eloquio ferax, quem cum Alexander ad purpuram destinasset breui promouendum, dissentientibus Chisiis, ne Io: assumptus ad purpuram in familia regnatrice dissidia sereret; Antonium subrogauit Alexander, ad quem cum venis- C set Ioannes plenus lacrymis de iniuria sibi expostulans illata; respondit Papa; *Iniuria communis, quam si ego patior pro familiæ salute; patiaris & tu pro auunculi dilectione.* Die itaq. X. Nouembris 1659. Antonius Presb. Card. dicitur tit. *S. Augustini*. Die 17. Aprilis 1662. Legatus a latere Vrbinum abiit iustitia Rempublicam promouens, pacem vrgens inter ciues feroces præcipue in comitatu Pergulæ, quò numquam accedere permittebantur ministri publici. Tuendæ itaq. tranquillitati totus intentus, grassatores viarum suppliciis remouit exhibitis, nullo habito personarum discrimine. Nullus namq. malefactor gloriari valuit sua scelera pretio D redemisse. Populatores agrorum, iustitia territi sponte declinarunt. Ad subditorum vtilitatem, Senogalliæ ac Pisauri portum iam pridem alluuionum, & maris violentia, nauigiis inuium reserauit, ęre proprio collato ad tanti operis perfectionem. Hisce operibus Principe dignis ostendens, minime inhiare commodis suis, sed subditorum, *parenti optimi* titulo insignitus Romam rediit ad comitia euocatus ob mortem Alex. VII. cui Clemens IX. succes-

sor datus eoq. sedēte titulum *S. Augustini* permutauit in *S. Mariæ Angelorum*: Ecclesia hęc Carthusianorum, cuius Ordinis Protector erat. Auximum restitutus, dum Gregi pastor inuigilat, ad noua vocatur comitia ob mortem Clem. IX. cui successor datus Clemens X. Roma discedens in patriam Bichius se recepit, vt in Comitatu Scorgiani (Feudū hoc familiæ Bichiæ) fabricam absolueret ecclesiæ, sub mensa Altaris maioris, inscriptione incisa sequenti, ad obsequium Matris Deiparæ.

D. O. M.

Deiparæ Pręsentatæ
Templum hoc, a se erectum
Vt magnificentius adoretur
Vnà cum corde Antonius Card. Bichius
An. Dom. MDCLXXII.
Ipso Virginis oblatæ die præsentauit

In medio pauimenti, eiusdem ecclesiæ, memor mortis sequentia adiecit.

D. O. M.

Cinerem & Annos æternos vel otiando recogitans
Antonius Cardinalis Bichius
Sibi & gentilibus suis posuit
A. D. M. DCLXXII.

Auximum reuersus, furere cum detegisset nouo & pernitioso dogmate *Iacobum Lambardum* Presbyterum natu Trebiensem deportauit, socios ad erroris abiurationem coegit. Sectam hanc nomine *Ciuffolatam* damnauit S.S. Inquisitionis Tribunal, Romæ die 28. Martii 1675. Anno postea 1688. nouis fatigatus *Quietistarum* insidiis, Inquisitor dictus à Romano Pontifice prouinciam purgauit, quam ter lustrauit, Anconam vsque coactis Synodis pro Cleri reformatione, prima Anno 1661. sedente Alex. VII. Secunda Anno 1677. regnante Innocentio XI. Tertia Anno 1690. sub Alex. VIII. quas Maceratæ typis dedit. Comitiis etiam adfuit Innocentii XII. quibus absolutis, morte cognita Ioannis Bichii fratris sui, Prioris Hierosolymitani peste sublati in insula Melitensi, possessione recepta Scorgiani Comitatus, Capellam erigi iussit, vbi humatum erat cadauer fratris defuncti, cum eulogio.

D. O. M.

Fratri Io: Bichio Senensi Capuæ Priori
Suauitate morum, prudentia, humanitate,
Alex. VII. Pontifici patruo, Fed. & Cosm. Med.
Etruriæ Ducibus
Grato, Amatissimo
Qui in Creticis expeditionibus Pontificia Classis Generalis
In Vrbe, Etruriæ Orator
Et pluribus muneribus terra, mariq. in Ordinem suum
egregie perfunctus
Dum maiora erga Religionem obsequia meditatur.

Pestilentiali morbo occubuit.
Tanto viro
Christiana Reip. & Militia Hierosolym. optime merito
Antonius S. R. E. Cardin. Bichius Ep. Auximanus
Excitata a fundamentis hac æde sacra
Inter lacrymas mestissime posuit
Fratri Optimo ac desiderato
Anno Domini M.DC. LXXVI
Obiit XXIV. Ianii. M.DC.LXXVI,
Ætatis verò sua LXIII.

Defuncto Laurentio Raggio Ep.Palestrinæ, optauit Bichius die 3. Martii 1687. illum Episcopatum, A Auximano retento, cuius Episcopium restaurauit, adauxit, vt ex inscriptione super portam viridarii,

D. O. M.

Ad successorum commoda
Horrea, Cryptas, Æquilia, Carceres
Noua molis accessione construxit.
Antonius Card. Bichius Episcopus
Anno M.D.C. LXX.

Moniales Auximanæ S. Benedicti cum loci angustiis fatigarentur: cænobium ampliauit Bichius, vt B ex memoria,

Monialium commoditati
Noua consuluit mole
Antonius Card. Bichius
M.DC.LXXVII.

Canonici Cingulani Marchiæ Anconitanæ beneficio affecti lapidem erexere in porta principe Cathedralis,

D. O. M.

Antonio Bichio S. R. E. Card. Antistiti
Cum hoc Templum Canonicis
Et Canonicos hoc Templo
Pia Ciuium munificentia erecto adauxerit
S. P. Q. C.
Anno Domini MDC.LX.

De Monialibus meritus S.Spiritus in eodem Territorio, lapidem accepit sequentem super ingressum Parlatorii

Antonio S. R. E. Card. Bichio
Pranestis & Auximi Episcopo
Ob ampliatum cœnobium
Dormitorii, Auditorii erectione
Horrei panarii auctu Et vestibuli laxamento
Abbatissa & sacra Virgines & Sindici
Demississime posuerunt
Anno Domini. MDC.LXXXVII.

Ecclesiam Auximanam Cappucinorum cum consacrasset: sequentem Fratres erexere memoriam.

Auximanam regens Ecclesiam peruigil Antistes
Antonius Card. Bichius
Ad gloriam Immaculata Conceptionis
Ad victoriam & honorem Candidationis Virgineæ
Templum, Maiusq. Altare
Vbi diuorum clausit Reliquias
Victoris & Honorati
Magno populi concursu, vniuersali Ciuitatis iubilo
XVIII. Septemb. MDC.LXXVIII. solemniter consacrauit.
Anniuersaria recurrente die, Pie intrantibus
Ecclesia thesauros Indulgentias benigne elargitus.
Ob tanti facti memoriam
Eminentem hanc notam reuerenter posuere
Capuccini Patres.

In Cathedrali Auximana, Capella erecta Virgini Deiparæ, redditus ampliauit mensæ Episcopalis, pretiosis aulæis ornauit Basilicam cum sacris indumentis.


Amator Literatorum, Auximanæ Accademiæ Protector, quam *Sargentium* dicunt interprete Abbate Galgano Bichio nepote leges dedit, quibus exercitia literaria promouit. Laboribus tandem fessus & ætate comitijs cum adfuisset Clem. IX. & X. Innoc. XI. Alex. VIII. Innoc. XI. morbo tentatur, cum cum agnouisset lethalem, negotia omnia interdixit, præter colloquium animæ, vnde Viatico Instructus Eucharistico, Extrema Vnctione roboratus, Canonicis ad se vocatis rationem exposuit villicationis suæ, familiaritatis præcipue, qua cum omnibus vtebatur, vt ostentationem fugeret, & humiliter de seipso sentiret. Hisce documentis Spiritum Deo placidissime reddidit hora 21. die Mercurii, 21. Feb. 1691. Ætatis Anno 76. Men. 8. die 20. in Cathedrali Auximana sepultus in Mausolæo ibidem erecto ab Hannibale Bichio nepote, cum epitaphio sequenti C

D. O. M.

Antonio Bichio Senensi
S. R. E. Cardinali Episcopo Pranestino
In Belgio olim, & Comitatu Burgundiæ
Internuntio Apostolico,
Mox in Senensi ditione Ilcinensi Episcopo,
Postmodum ab Alex. VII. Auunculo
Ad Auximanam hanc Ecclesiam translato,
Sacra Purpura insignito,
A latere demum ad Vrbinates Legato.
Annibal Comes, nepos, & Hæres D
Viro optimo
Patruo amatissimo
Ex testamento posuit
Obijt Anno salutis MDCLXXXXI.
Ætatis sua LXXVII.

10. Et

10. *Et ne auferas de ore meo verbum veritatis vsquequaque*. Psal. 118.



SFortia Pallauicinus Alexandri filius ex matre Francisca Sfortia, Romæ natus die 28. Nouemb. vi occulta Fatorum ad pietatem vocatus & literas, ea ętate, qua ingeniosi adolescentes Grammaticæ inhęrent rudimentis, ipse Philosophicam & Theologicam expertus palęstram, vtriusq. Iuris A lauream incredibili cõsensu theatri, ob publice ibi habitas disputationes obtinuit. Hinc primę adolescentię flore Accademiæ Princeps dictus Humoristarũ (Mater hęc Guarini Chabrerę, Marini, Baldusij, Ciampoli, Mascardi, Querengi, Alexandri, Allatii, aliorumq. qui Italici nominis gloria floruere) Ioannem Ciampoli ęmulatus (Vrbano VIII. is ab epistolis erat) qui vt magni & admirabilis, sed præcipitis, & ambitiosi erat ingenii attrox & apertum Peripatheticę Philosophiæ bellum indixerat. Quod se candide loquens Sfortia postea natu grandior affirmauit; explosisq. Nouatorum opinionibus cum Aristotele in gratiam rediit. Verum B cuius doctrinam aliena facilitate secutus fuerat, coactus est postea sua constantia etiam sequi fortunam. Gratia namq. cum Ciampoli excidisset Vrbani VIII. ac propter eius liberam vitæ consuetudinem, animiq. elationem palatio expulsus iaceret Apostolico, sine amicis, absq. pecunia, vnum habuit consolatorem Sfortiam Pallauicinum: mallens iste Principis gratiæ iacturã facere, quam violatis legibus amicitiæ, officio deesse. Locum itaq. vt daret fortunæ, angustia rei familiaris oppressus, cum esset V. S. Referendarius, panem quærere decreuit in Vrbium ecclesiasticarum regimine, quæ vna post aliam obtigerunt Æsium, Vrbs Vetus, Camerinum. C Huius porro vitæ genus abhorrens, in qua nil quietis, parum studii, omnia alternantis fortunæ ministra hominem semper flagellant; ęternæ fælicitati decreuit insistere, abdicatoq. Magistratu, die 21. Iulii. 1637. B. Aloysio Gonzagę sacro, Patribus Societatis nomen dedit, attonita ad inopinatum euentum aula Romana. In ea totus literis deditus, vix Anno expleto Probationis, Philosophiam & Theologiam docuit, editis eodem tempore pluribus ingenii monimentis, inter quæ Lucubrationem habes.

In primam secundæ D. Thomæ- Breuiarium Theolog. quæstion,

Vindicias Soc. Iesu-Dialogum De Bono Italice, quem D postea Latine conuertit. Scripsit etiam *Tragędiam Ermenegildi* cum dissertatione, De hoc genere Poesis.

De Perfectione Christiana

De Diuina Prouidentia, quem Stephano Pignatello moriens nuncupari iussit

Vitam Alexandri VII.

His prælusit quodamodo ad Historiam Concilii Tridentini aduersus *Fr. Petrum Suaue Polanum*, rite dispositis notitiis, quas iam Terentius Alciatus Iesuita, & Felix Contelorius collegerant: cuius operis editione exordium illustrauit Pontificatus Alexandri VII. & breui toto Orbe diffusa.

Venetiis cum Io: Baptista Cornelius Piscopia D. Marci Procurator in familiari colloquio cum P. Paganino Societatis Iesu, de hoc nouo opere differerent: Senator ille vt acerrimi erat ingenii, & in sermone liber damnabat Sfortiam, quasi nouo opere Polanum iam emortuum, atq. obliuione sepultum iterum excitasset; propterea Pallauicini Historia hieroglyphico esset exornanda in quo *Fama clangore buccinę personante ad Polani tumulum, iste caput erigeret.*

Laudauit inuentionem Veneti Senatoris Iesuita; Indulgeat tamen (adiecit) Ex. V. si lemma ego vestro apponam symbolo *Quatriduanus est, iam fætat*; figura ibidem sculpta ad latus tumuli, quæ nares auertat.

Hoc opere delectatus Alex. VII. qui subcisiuis horis, Sfortia ad familiaria vtebatur colloquia, Anno III. Pontificatus, die X. Martii 1659. Presbyterum Card. declarauit tit. *S. Susanae*, (quem postea cum *S. Saluatoris in Lauro*, permutauit) grauioribusq. adscripto Congregationibus, puta Propagandæ, Inquisitionis, Trid. Concilii; Immunitatis, Examinis Episcoporum, Visitationis, nil absoluebat arduum Sfortia inconsulto. In Congregationibus, doctrina duce, Sodales in suam semper trahebat sententiam. Cardinalis factus de suo vitæ instituto nil immutauit; solitus per iocum dicere apud amicos; vnum ex Cardinalatu fructum retulisse; vt posset, per hyemem, ad caminum, vbi liberet, accedere; quod inter Iesuitas non permittitur. Viros doctos summè colens & promouens, eorum quotidie aliquem ad eruditas prouocabat deambulationes. Die Alexandri VII. natali, solemni eos excipiebat conuiuio, cui ne otiosus adesset (semel enim in dies singulos, & summa frugalitate cibum sumebat ad Vesperam) lepidis condiebat sermonibus, vt solebat in colloquiis & iam familiaribus, in quibus acute semper aliquid proferebat, & magnifice philosophabatur.

Ad restituendam collapsam Canonum disciplinam, multa congessit ex historia antiqua, & ad rectã bonorum ecclesiæ administrationẽ. A sancto il proposito non admittendi in aula consanguineos, Alexandrum VII. remouisse accusatur immerito; cũ vndiq. pateat, vrgentibus Principibus Christianis, Alexandrum euocasse nepotes, vt cum eis Oratores Principum arcana Reipublicæ facilius absoluerent. Insimulatur etiam Pallauicinus quòd Historiam Cõcilij Tridentini, ipsi dedicauerit Alexandro VII. & in eiusdem operis noua editione epistolã iam typis datam omiserit dedicatoriam: cum tamen longe distent, iam impressa *supprimere*, ab *omittere*: omittenda iure epistolã iam typis data vt inscripta Alex. VII. in noua operis editione: quòd opus alteri nuncupatum nouo atq. diuerso exornandum esset elogio.

E viuis abiit, sede vacante Alexandri VII. die 5. Iu-

Iunii. 1667. cum Cardinales comitiis inclusi versarentur in creatione noui Pontificis. Iusta subiit in Templo Farnesiano, sepultus postea in domo probationis, in Quirinali, quam scripsit hæredem, sub epigraphe.

D. O. M.

Sfortia Pallauicino
E Societate Iesu, S. R. E. Presb. Card.
Tit. S. Saluatoris in Lauro
Domus hac Probationis hæres M. P.
Obijt Nonis Iunii. An. Rep. Sal. MDCLXVII.
Ætat. Sua LX.

Parentes cum coluisset viuens, mortuos inclusit sarcophago, in Basilica Liberiana, cum sequenti memoria.

Alex. Pallauicino Marchioni
Alphonsi Pallauicini & Ersilia Malaspina F.
Sfortia Pallauicini Adoptiuo
Religionis, honestatis, amicitiarum cultori eximio,
Et Francisco Sfortia Friderici Sfortia & Beatricis Vrsine filia
Marij Sfortia nepti
Ingenio, prudentia, moribus egregia
Eidem Alexandro altero connubio iuncta
Quos mutua maritalis fides & caritas perpetuo deuinxit
Sfortia Pallauicinus S. R. E. Card. tit. S. Sal. in Lauro
Parentibus Optimis posuit
Alter obiit die 19. Septemb. An. Sal. MDCXLV. Æt. sua LXXXVIII.
Altera 26. Ianuarii. An. Sal. MDCXXI. Æt. XXXXVIII.

Antiquam Ecclesiæ reformationem cum meditaretur Sfortia, fæminas ita abhorruit, vt neq. Oratoris Hispani coniugem visitare, vt mos est Cardinalium, persuaderi potuerit. Moriens licet domum Iesuitarum Professam hæredem instituerit, in ere tamen signato nil numeratum; neq. ad peragendas expensas funeris: vnde Card. Chisius mille Coronatos subministrauit, quibus tanto viro celebrarentur exequiæ.

11. *Mortuus est Moyses seruus Dei, iubente Domino in osculis Domini.* Deuter. 34.



VOlumnius Bandinellus nobilis Senensis, ex cuius gente Rolandus fuit Bandinellus S. R. E. Card. postea Papa Alexander III. Vxorem Volumnius habuit, ex qua plures filios procreauit. Charus magno Hetruriæ Duci, eius aulam frequentauit, omnibus amicus ob naturalem pietatem, & inclinationem omnibus benefaciendi. Arctissimo amicitiæ vinculo ab adolescentia iunctus cum Alexandro VII. mortua coniuge Romam vocatus, cubiculo præficitur Pontificio, deinde Patriarcha Constantinopolitanus & Æconomus Palatii Apostolici, breui Presbyter Card. tit. *Equitii*, Anno 1657. sed die 5. Aprilis 1660. euulgatus, retenta ad breue tempus Palatii præfectura, Æmiliæ legatus per triennium prouinciam rexit omnibus acceptabilis, ad quem populi veluti ad genitorem videbantur confugere. Legatione functus reliquum vitæ absoluit mortis meditatione, piis intentus operibus, ea existimatione, vt Alexandro VII. daretur Successor; sed obiit, dum Patres comitia agerent, die 5. Iunii 1667. in Laterano conditus, tumulo quem sibi viuens parauerat ad pedes Alexandri III. cum epitaphio.

A *Volumnius tit. S. Martini in Montibus S. R. E. Presb. Car. Bandinellus Senensis*
Mortalitati sua deponendæ conditorium hoc destinauit.
Obiit An. MDCLXVII. Die V. Mensis Iunii.

De eo lege Musas Iuueniles Philomatii: & Andream Rossottum Monacum Cisterciensem. *lib. Axiomata Sacra.*

12. *Non vidi iustum derelictum, nec semen eius quærens panem.* Psal. 46.

B 

IAcobus Fransonus Genuensis, Anfrani filius ex Hieronyma Flisca natus die 25. Decemb. 1612. ex cuius gente fuere Innoc. IV. & Hadrianus V. Bonis literis imbutus, arcana perquisiuit naturæ & Iurisprudentiæ, vnde Perusii laureatus, Romam venit pro lite domestica, qua absoluta, ibidem substitit V. S. Referendarius creatus. Hunc cum non semel audisset Vrbanus de causis referentem forensibus, altiore aulæ gradu dignum iudicans, Anno 1642. Præsidentatu Cameræ
C auxit Apostolicæ, postea Clericum eiusdem Cameræ Apo. quo in munere cum præclara doctrinæ, fidei, industriæ, prudentiæ, documenta exhibuisset Vrbano ipsi, ac Innocentio X. ab hoc Cameræ Apo. Thesaurarius dictus, vnà & Armorum Commissarius, paulo post Triremium, ac Maritimarum Arcium, postremo militiæ ecclesiasticæ generalis Præfectus, vbiq. cum laude, prudentia, iustitia excurrens, munera non respiciens neq. ad personas, Pontifici ipsi Innocentio X. refragari in tribunali iustitiæ non formidauit: propterea ab eodem Pontifice magis dilectus, fuisset ab eodem morti iam proximo in locum Io: Bap. Card. Alterii nuper defuncti subroga-
D tus, vna & Ep. Ferrariensis, ni indignum duxisset Apostolica Maiestate, solum & ab ægrotante Pontifice Cardinalē creari: tantū proterea honorē minori studio deprecatus, quàm cæteri concupiscunt. Eodem honore habitus ab Alex. VII. Armorū Comissariatu solutus, sed in reliquis ac arduis consiliarius adhibitus, Presb. Card. tit. *S. Mariæ in Aquiro* assumptus 29. Aprilis 1658. quāuis die solumodo 5. April. 1660. publicatus Legatusq. Ferrariensis pacem eodem tempore bello procurauit dissidio rugiente ob in-

intempeſtam Corſorum irruptionem aduerſus familiam Ducis Crequij Gallorum Legati nouis munimentis vrbem muniuit, ędificijs exornauit, iuſtitia, annona populum in fide ſeruauit, inopum cauſas, iura præcipue ſouendo aduerſus Magnates, quorum lites Curialibus minime delegabat, ſed ſcripturarum viſione, in cauſa pauperum ſibi reſeruata, iudex ipſe erat tabellio, & inquiſitor; timens, ne Vicarij auro, vel auctoritate corrupti actiones pauperum præterirent. Romam reuerſus, eccleſiam Camertem regendam accepit Anno 1667. cuius in adminiſtratione non ſumptui parcens vel labori, luſtrata prouincia, Euangelij prædicatione inſtructo Grege, reparatis ſacris Ædibus, omnem mouit lapidem pro inſtauranda eccleſiaſtica diſciplina ad normam Tridentini Concilii. Congregationibus adſcriptus Aquarum, Boni Regiminis, Sacri Concilii Trid. Conſiſtorialium, Sacræ Conſultæ, Epiſcoporum, Regularium, Eccleſiaſticæ Immunitatis, Indicis, Sacrorum Rituum, Status Regularium, Apo. Viſitationis, Confinium ſtatus Eccleſ. patronus Monachorum S. Silueſtri, cum comitiis adfuiſſet Clementis IX. & X. Innocentii XI. Alex. VIII. Innocentii XII. ſub eo obiit de patria meritus, cui locum in Capella Pontificia, cum Oratoribus Regum impetrare non ſemel tentauit, longa oratione habita in Congregationibus Cardinalium, ſed ſemper incaſſum.

13. *Si nos vobis ſpiritalia ſeminauimus, magnum eſt, ſi nos carnalia veſtra metamus.*
1. Cor. 9.



FRăciſcus Guillelmus a Vvartembergh, Ferdinandi Bauariæ Ducis filius, natus Sal. An. 1593. Ingolſtadii adoleuit ſub cura Patrum Societatis Ieſu, teſſera puer aſſumpta Clericali, præpoſitus datur eccleſiæ Ottingenſi. Anno 1608. iam factus Præpoſitus Monacenſis Romam venit, & in Collegio Germanico, per Annos decem, Philoſophiam, Theologiam, Iuriſprudentiam rimatus, Canonicus Ratisbonenſis, & Conſilij Præſes Electoralis in Germaniam reuocatus, Anno Sal. 1627. Canonicus Friſingenſis, Cathedralis præpoſitus Ratiſponenſis, Epiſcopatuum Leodienſis, Monaſterienſis, Paderbonenſis, Hildeſienſis director, comitia adiit Ratiſponenſia cum Electore Colonienſi, eiuſq. nomine interfuit, tranſlationem Electoratus procurans in gratiam Bauari. Ab eodem Colonienſi Auguſtam miſſus Vindelicorum fœdus renouauit inter Catholicos.

Defuncto Cardinali Zolleriano Ep. Oſnabrugenſi, a Capitulo abſens poſtulatus, electionem confirmante Vrbano VIII. ditionem ab Acatholicis hoſtiliter vſurpatam, poſſeſſionem adire, opus habuit armatus aduerſus Danos. Solemni itaq. ac nunquam viſo triumpho receptus, Regularibus S. Franciſci cœnobium ante Annos 88. ab Hæreticis ereptum reſtituit cum duabus Parochiis, quas occupauerant Heterodoxi. Domum Patribus Societatis Ieſu, cuius fundationem Card. Zollerius meditabatur, perfecit: nouam arcem S. Petri prope vrbem erexit in Reſidentiam, eamq. vallis, & aggeribus egregie muniuit. Inſtituta Viſitatione, Hæreticos Prædicantes eiecit, Monaſteria reſtaurauit, Calendarium Gregorianum cum ritu Romano iuxta normam Tridentini Concilii publicauit. Duabus celebratis Synodis Anno 1625. homagium a Subditis recepit, Vaſſallos infeudauit: Comitia cum Statibus indixit.

Anno 1629. executor electus edicti Cæſarei, a Ferdinando II. pro recuperandis bonis Eccleſiaſticis, per Circulum Saxoniæ Inferioris, magnis ſumptibus iter aſſumens, centum quadraginta ſex eccleſias Archiepiſcopales, Cathedrales, Collegiatas, & Clauſtrales vltra Parochiales plurimas, Catholicis reſtituit. Noua Monaſteria Patribus S. I. parauit. Eodem tempore, gemino auctus Epiſcopatu, Mindenſi & Verdenſi; Præpoſitus & Archid. eccleſiæ Bonnenſis Comitia adijt Ratisbonenſia tanquàm à Conſiliis Electoris Colonienſis, interfuitq. coronationi Eleonoræ Imperatricis. Anno 1630. duabus Synodis celebratis, totidemq. Anno ſequenti, cœnobium Patrum de Obſeruantia Quekerbruck a fundamentis erexit; Accademiam à Carolo M. erectam ante Annos 800. priſtino ſplendori reſtituit magnis ſumptibus: ampliatis Religioſorum Domibus, vt plures ibidem iuuenes inſtruerentur ad Miſſionem Saxonicam. Plura inſtituit Clericorum Seminaria; Domum fundauit pauperum Studioſorum: item Anglicanum Collegium, adiuuante Vrbano VIII. qui quatuor Monaſteria è faucibus Hæreticorum redempta Vvilelmi gladio, eidem contulit ad pia opera perficienda; conſtituitq. Vicarium Apo. ad Septentrionales Bremenſes. Eumdem Elector Colonienſis Plenipotentiarum declarauit ad reſtituendum Epiſcopatum Hildeſmienſem, cuius maximam partem a centum triginta duobus Annis Duces Bruſuicenſes iniuſte detinuerant. In eo Synodo ſtatim congregata, Monaſteria variis Ordinibus reſtituit, Prædicantes eiecit, homagium à rebelli ciuitate recepit, omnia in eccleſiæ Catholicæ commodum confirmauit.

Anno 1632. Synodum habuit Oſnabrugenſem, eamq. replicauit Anno ſequenti. Nouum Templum S. Ignatii ſacrauit, præſentibus tribus Epiſcopis cum XII. Abbatibus mitratis. Apud Oldendorpium verò Catholicis infauſtè pugnantibus; Oſnabrugenſē, Hoſtes Mindenſē, Verdenſē Epiſcopatus occuparunt non ſine ipſius Epiſcopi mortali diſcrimine, qui fuga arrepta Bruxellas ſe recepit. Pugnatum poſtea fæliciter à Catholicis, Duce Cardinali Hiſpaniarum Infante ad Nordlingam, quem Iuliacum comitatus, Legatus Electoris Colonienſis receſſit ad Cæſarem, Ducem Bauarum, Moguntinum Electorem, facultate impetrata ab Vrbano VIII. vt in Accademia Oſnabrugenſi Ius Canonicum publice edoceretur. Anno 1636. electioni cum interfuiſſet Ferdinandi III. Romanorum Regis, atq. corona-

tio-

tioni eius coniugis Mariæ Hispanæ Sacerdos & Episcopus consecratus a Nuntio Apo. præsente Cesare, Vvidemburgi sex scholis institutis humanioribus, collecto milite pro recuperandis Episcopatibus suis, morbo petitur lethali, sed voto facto Virgini Lauretanæ conualuit, impleuitq. protinus Lauretum pergens inde Romam ad Limina Apostolorum. In reditu comitiis adfuit Ratisbonensibus, suęq. ecclesiæ Mindensis bona ab Hæreticis occupata recuperauit. Coadiutor postulatus Ratisbonensis cum spe futuræ successionis, Plenipotentiarius Electoris Colnniensis Monasterium missus pro pace vniuersali, Augustani etiam, Heisterensis, Curien- A
sis, Ratisbon. Corbiensis Episcopi partes impleuit, familiaritate inita cum Fabio Chisio Nuntio Apo. Anno 1649. per obitum Alberti Ep. Ratisbonensis, possessione Episcopatus recepta, synodorum vsum ab Annis 60. intermissum restituit. Anno 1650. die 30. Nouemb. recuperato Osnabrugensi Episcopatu, Sacerdotes exules ac Parochos conuocauit, eiectisq. Hæreticis, ecclesiis restituit antiquis. Anno sequente duas iterum celebrauit Synodos, quibus postliminio omnia ad vsum reuocauit antiquum. Diœcesi visitata Episcopos consecrauit Monasteriensem, ac Padebornensem. Anno proximo tertiam conuocauit, eiusdemq. studio multa millia B
Ouium ad matrem redijere Catholicam; quarum supra septem millia suis manibus, sacro Chrismate leniuit.

Anno 1653. comitiis cum interfuisset Ratisbonensibus, Episcopus renuntiatus Verdensis, Synodum vocauit ab Annis 60. intermissam. Cumq. Cathedralem ad ritum Catholicum restitueret, in translatione perantiqui Tabernaculi lapidei corpora inuenit S. M. Siuiberti, Tanij, Vuati, Nortglæ, Zectili, Hauuti, Hilulphi, Corbilæ Episcoporum Verdensium, quæ ibidem honorifice collocauit. Nullum licet in ea exercitium fuisset Catholicum ab Anno 1578. octies interim occupata Vrbem tum C
ab Hæreticis, tum à Catholicis; in eodem Tabernaculo inuenta est Hostia vna magna, & in pixide tres aliæ minores integræ; econtra in pixide lignea Hostiæ plures non consecratę vermibus vndiq. scatentes. Cum autem in vrbe Verdensi tres tantum inuenisset Catholicos, sed nullum Sacerdotem, duodecim euocauit è vicinis regionibus Sacerdotes, suisq. sumptibus aluit, vt in Cathedrali, sacra persicerent. Viros Religiosos pareciis destinauit: Verdę residentiam Patribus S. I. erexit; Monasterium Franciscanis de Obseruantia aperuit, Tridentino promulgato Concilio, cum ritibus Romanis.

Tantum virum, rogante Cæsare Alexander VII. D
Cardinalem Presb. dixit die 5. April. 1660. sed quia Romam non venit, titulum non obtinuit. Die obiit prima Decembris 1661, in senectute bona, Anno ętatis 68. Fidei Catholicæ propugnator lingua, calamo, gladio.

14. *Principium sapientiæ timor Domini; & scientia sanctorum prudentia,*
Prouer. 9.



PEtrus Vidonus nobilis Cremonensis, Cæsaris Marchionis S. Io: in Cruce ex Constantia Pescia filius, ex fratre nepos Hieronymi S. R. E. Card. Cremonæ natus die 18. Nouemb. 1610. patrui excitatus exemplo sapientiam amauit a iuuentute, ornatusq. laurea Iurisprudentiæ Romam venit, & in vrbium ecclesiasticarum regimine, Tiburis, Sabinæ, Arimini (Vrbis Veteris, Spoleti plures Annos impendit. Flaminiæ Prolegatus, Firmi proprętor, Marchiæ præfectus, tantorum laborum præmium, Cathedram obtinuit Laudensem, cuius possessionem obtinuit die 14. Ianuarii 1645. & Cathedralem Sacris Sanctorum Lipsanis argento inclusis exornauit. Mensam Episcopalem ęre alieno grauatam proprio ęre redemit: palatium Episcopale in meliorem formam redegit, vt ex notis.

Petrus S. R. E. Presb. Card. Vidonus
Apostolicus apud Polonia Regem Nuncius
Absentiam munificentia compensans,
Nouum hoc ędificij gentilitia magnificentia monumentum,
Polonia & Italia bellis flagrante
Suo iussu ac sumptu inchoatum
Reuersus confecta vtrobiq. pace perfecit
Commoditati, Amenitati, Maiestati
Ædium Episcopalium consecrauit Anno MDCLXI.

Ex Laudensi Cathedra ad Sarmatas Legatus missus ab Innocentio X. Religionem promouit, propugnauit Catholicam aduersus Protestantes, nec sine discrimine, & quasi cum naufragio: emersit tamen non sine prudentiæ laude atq. exemplaris pietatis, vt ex literis eiusdem Alex. VII. ad Vidonum datis. Inclinatio accessit Casimiri Regis Poloni, quo intercedente apud R. Pontificem, P. Card. tit. *Callisti* assumitur die 5. Aprilis 1660. Rege ipso nominante. Eius in promotione, emblemma expositum vuę gentilitæ, quam defert in tessera sub lemmate, *Matura rubuit*; teste Picinello in *Orbe Symbolico lib. 9. n. 356.* Legatus postea Bononiensis palatium restaurauit Legati, in cuius Pinacotheca picturis exornata sequens legitur epigraphes.

Honesto hinc aulam deambulantium otio
Erudiendisq. oculis iucundo negotio
Hac varietate Imaginum ornatam
Honoratamq. prima Annorum decade
Augustissimi Pontific. Alex. VII. Benefactoris munificentissimi
Deuotus nomini, maiestatiq. eius
Petrus Card. Vidonus Bononia Legatus P. An. Dom. MDCLXV.

Tan-

Tantæ virtutis testis accedat ipse Alex. VII. literis in eius promotione datis

Alex. VII.

Dilecte Fili N. Sal. & Apo. Bened. Poloniæ Regis commendationem & mox iudicium nostrum de te Sacra purpura exornando planè subsecuta est Vrbis & Curiæ Romanæ communis approbatio, & plausus: etenim dubitare non possunt quin eximia, & iam pridem spectata virtus tua nunc super sublime Apostolici Senatus Candelabrum erecta Vniuersa Catholica Ecclesia magnam Christianæ pietatis & Salutarium exemplorum lucem allatura sit, quod profectò nos à bonorum auctore Deo summis votis postulamus, Interim Sacro munere fulgens, Birretum ad te de more mittimus, vt in ipsis promotionis tuæ Initijs, & primis Cardinalatus insignibus Sanguineos Dominica frontis labores maiorum certaminum præludia venereris, & ad imitandum agnoscas, Is autem qui illum defert dilectus filius Abbas Marius Spinula Cubicularius noster cum proprijs dotibus ac virtutibus, tum etiam iniuncto à nobis munere, ac præsertim ab ea quæ de amantissima Parentis voluntate significare poterit tibi apprimè gratus esse debebit, dilecte fili noster, cui benedictionem Apostolicam paterne prorsus impartimur. Datum Romæ apud S. M. Maiorem sub Annulo Piscatoris die 10. Aprilis 1660. B *Pontificatus Nostri an. VI.*

A

Sacellum cum exornasset gentilitium apud S. Mariam de Victoria apud Thermas Diocletiani; notæ sunt adiectæ sequentes,

Petrus tit. S. Callisti S. R. E. Presb. Card. Vidonus Bononiæ de latere Legatus, patrui sui Hieronymi Diac. Card. pietatem secutus Altare hoc marmorea superimposita tabula exornauit. Anno MDCLXV.

Comitijs interfuit Clem. IX. in quibus ne in Pontificem assumeretur, vltra nepotum multitudinem promotio obstitit in Cardinalem facta ad intercessionem Casimiri Regis Poloniæ, qui dia- C demate posito, in Galliam secesserat, & cum Gallis conspirabat: vnde erga eos propendere crederetur. Adfuit etiam comitiis Clementis X. & Innocentij XI. in quibus de eius assumptione nec verbum, quamuis Cardinalis de Arragonia, qui in Hispania degebat, omni conatu Cardinales excitaret Hispanos in eius fauorem. Obiit sedente Innocentio XI.

15. *Sicut abundant passiones Christi in nobis: ita & per Christum abundat consolatio nostra.*

2. Cor. 1.



GRegorius Io: Gaspar Barbadicus, patritius Venetus Io: Francisci filius ex Lucretia Leona Venetus natus die 25. Septembris 1625. ibiq. literis instructus Græcis atq. Latinis, Aloysium sequutus adolescens Contarenum Venetæ Reipublicæ legatum, ad conuentum Monasteriensem, vt in grauissima illa publicæ pacis actione, & Orbis theatro, sub sapientissimi viri tirocinio assuesceret. Conuentu dimisso Belgium peragrauit & Galliam, eruditionis gratia. Patriæ restitutus, Patauii lauream accepit Iurisprudentiæ; inde Romam petens, Pontificatum ineunte Alexandro VII. quē Monasterii morum pietate, & literarum genio sibi antè deuinxerat, ab eo V. S. Referendarius creatur, Prælatusq. domesticus, mox Episcopus Bergomensis Presb. Card. tit. *S. Thomæ* die 5. Aprilis Sal. Anno 1660. tandem Episcopus Patauinus, vbi diem clausit extremum. De eius pietate, religione, iustitia, erga pauperes charitate, tanta recurrunt, vt eius memoriam Canon expectet. Clauum tenuisset Ecclesiæ, si voluisset, non semel. Calamo abstineo; quia eius fastos tota recenset Ecclesia: & pro veneratione ac cultu debito amicis Dei, modo censuram exercet, de viuo inquirens & mortuo.

Congregationibus adscriptus S. Trid. Concilii, Episcoporum & Regularium, Examinis Episcoporum, Indicis Librorum prohibitorum; Sacrorum Rituum; Status Regularium; Visitationis Apostolicæ, Patauii obiit die 18. Iunii 1697. in suo Episcopio.

16. *Nam gloria nostra hæc est testimonium conscientiæ nostræ, quod in simplicitate cordis & sinceritate Dei, non in sapientia carnali, sed in gratia Dei conuersati sumus in hoc mundo.*

2. Cor. 1.



PAschalis de Aragonia Hispanus Henrici Ramon Folch, Aragon, Cardonæ & Corduæ Ducis, Magni Regnorum Aragoniæ Comestabilis filius ex Catharina Fernandez de Cordua postremus natu, quatuor enim habuit fratres, totidemq. sorores natu maiores, quorum tertius Antonius nomine S. R. E. Cardinalis fuit sub Innocentio X. Progenies hæc verè Regalis.

Nonum ætatis Annum vix Paschalis expleuerat, quando ad Salmāticensem accessit Accademiam, in qua iuris vtriusq. lauream ea doctorum acclamatione suscepit, vt pro calculo Balthassar Sandoual S. R. E. Card. Archiep. Tolet. pingue Sacerdotium in ipsa Cathedrali, atq. Talauerensem Archidiaconatum conferre voluerit. In Toletana Accademia, publica docens ex cathedra frequentes habuit Au-

D ditores. Senatui adscriptus S. Inquisitionis, inde ad supremum Aragoniæ Senatum Regens illi præfuit; donec instante Philippo IV. Hispaniarum Rege, ab Alex. VII. R. P. die 5. Aprilis 1660. Presb. Card. assumptus Romam venit, & titulum obtinuit *S. Balbinæ*, munus eodem tempore implens Regii Oratoris apud Pontificem, atq. Plenipotentiarii, pro fœdere Catholico in Turcas ineundo. Regnum etiam Neapol. rexit in quo omnem curam impendit, vt plebem gabellis alleuiaret; etsi vrgente ne-

cel-

cessitate nouas adiicere fuerit coactus ea tamen industria, & lenitate, vt populum facile habuerit obsequentem. Defuncto Philippo IV. Rege, a Carolo II. eius filio summus in Hispania I nquisitor delectus dum adhuc Neapoli præesset, fratri Petro Aragonia prouinciæ cura relicta, in Hispaniam rediit; Reginæ matri ac filii tutrici a cōsiliis adstans vigore regii testamēti omnia potuit, omnia valuit cæterisq. præualens non sine inuidia Magnatum, à quibus *Mazarinus* vocatus *Hispanus*. Rex enim in arcanis Reginæ commiserat sex quidem habere consiliarios, sed in arduis solum Cardinalem Aragoniæ consulere, & ab eo non discedere. Archiepiscopatus itaq. cum vacasset Toletanus, eum illico Cardinali contulit, vt Inquisitoris Officium Confessori suo conferret P. Euerardo, qui cum magnatibus Hispanis minimè conueniens, hostem accerrimum subiit Io: Austriacum, qui Madritum veniens quiescere noluit, donec P. secederet Euerardus, clam etiam conspirante Cardinali Arragono, ne gratia apud Reginam præocuparetur artibus Euerardi. In suam tandem tutelam cum venisset Rex Carolus II. & ad supremum ministerium assumpto Io: Austriaco fratre naturali, remissa Regina matre cum cæteris aulicis, qui in interregno habenas tractabant imperii; solum retinuit Cardinalem Arragoniæ, qui semper medius incedens inter Regem, Reginam, & Io: Austriacum, omnibus gratus, nulli suspectus, regimini necessarius agnatos cognatosq. suos magno familiæ incremento promouit, & regno non detraxit. Obiit in suo Archiepiscopatu Mense Septembri Sal. An. 1677. plenus meritis populo venerabilis, cuius memoriam lacrymis adhuc celebrant.

7. *Nolite præcogitare quomodo aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis.* Matth. 13.



CÆlius Piccolomineus Senensis Alexandri filius ex Lucretia Vgurgeria natus An. 1609. agnatus duorum Pontificum Pii II. & III. sub disciplina enutritus Iesuitarum, literas amicas habuit, & coram Senensi Senatu adolescēs orationibus publice habitis ingenium probauit. Lauream vtriusque iuris promeritus Romam venit ab Vrbano VIII. Prælatis adscriptus (quos Cameræ Apo. Auditoris *Locum tenentes Ciuilis* vocant) Iuridicundo præfuit. Ab eodem Vrbano ad Card. Bichium consanguineum suum e Gallia venientem, pro componendo dissidio, Castri occasione excitato, vt mentem aperiret Pontificis verè pacem poscentis; & à Bichio ad varios Fæderatorum Principes legatus tandem ad Reginam matrem, quæ impubere filio, regnum administrabat; Pace pacta in Vrbem rediit, mortuoq. Vrbano, auctore ipso Innocentio X. patrocinandis causis forensibus incubuit, toto Innocentii Pontificatu. Ab Alex. VII. intimus assumptus Cubicularius, ac supplicum Libellorum Magister, Basilicæ Canonicus Vaticanæ, Archiep. Cæsareæ, Nuncius mittitur Extraordinarius ad Regem Galliæ, pro pace cum Hispanis componenda, vbi titulo Nuncii Ordinarii subsistere iussus, septennio ibi certare habuit propter aliena negotia, nutante hinc inde fortuna. Plura enim eum Regis animum a Pontifice alienarent, ex Zelotypia a malignantibus emmissa, quòd pater communis Christianorum, in partes descendisset Hispanas; difficile subiit, e Regis animo suspicionem abolere, ac A Pontificis venerationem inducere. Restituit tamen concordiam, & charitatem; vnde Papa pacis interpres & conciliator accederet inter Germanos & Gallos; controuersia composita inter Leopoldum Cæsarem & Regem Galliæ de titulo Regis Vngariæ magno Reipublicæ Christianæ commodo; quæ conuenientibus cum Germano Gallis, insignem illam retulit Turcarum victoriam ad flumen *Va*, in Pannoniis.

Cum autem ea tempestate Mazarinus decumberet morbo, qui illi lethalis fuit & vltimus, per eos, qui ægrotanti aderant, insinuauit, spem omnem Pontificis, omniumq. Christianorum eius inhære- B re consiliis, ab eiusq. manu pendere victoriam, cuius gloriam omnimode ei potissimum referret Papa, si Galli accurrerent auxiliares. Qua honoris significatione permotus Mazarinus, Cœlio Apostolicam benedictionem & extrema afferenti Christianę pietatis officia respondit; se vt tam benigno Pontifici satisfaceret, nihil humanæ opis omissurum; sed cum in eo statu iaceret, in quo nil aliud præstare posset, legare se eidem Pontifici ducenta aureorum millia, Turcico bello expendenda, quod & literis sua manu exaratis Pontifici significauit.

Fausta porro rerum exordia repentina turbauit Crequii Ducis contentio aduersus Corsos, eorumq. C creditos promotores Chisios Anno Sal. 1662. Cum enim displosis sclopetis in vxoris currum, puero interfecto honorario insultassent: ex ambone autem Legatus ad reprimendum tumultum, se videndum exhibuisset; fenestras etiam impetiere palatii, cum vexillo & tympanis accurrentes & in propria domo Oratorem includentes. Cibaria insuper (vt postea asseruere Galli) eum maligne sufficerentur, vnde magna familia vix victitare posset; ac quinque armatorum millia euocata essent in vrbem, ad vim propulsandam, vel inferendam, Vrbem Legatus deseruit ne turpius & atrocius in eum peccaretur. His cognitis Rex Ludouicus Pari- D siis Legatum Pontificium triginta stipatum equitibus ex Francia remisit ad pontem vsq. Bellouacensem Sabaudæ ditionis limitem sub custodia, prohibitumq. cum Francis agere, quamdiu in Francia versaretur. Legem Regis Comiti Briennio nuntianti honoris spetie, quasi ad Nuntii Apostolici securitatem, ita crederet Rex expedire; ne eidem contingerent quæ Romæ Crequio Oratori; humilis respondit Picolomineus, vt Regem demulciret iratum, mandata exponens Pontificis ad punien-

niendos fontes, & officia exoluenda Crequio Duci, in reparationem iniuriæ. Die sequenti, valde mane, suburbium petiit S.Germani, sed scalas oppidi non ascendit, vt Regi morem gereret. Ad eum cum venisset Rege permittente Tellierius, & Regem significasset implacabilem; recessit epistola relicta sequenti.

Excell. D. Exilium mihi impositum quasi ad honorem, & gratiam, sustinere non valeo. Pro mea tutela excogitatum fingere, Regem offendit; quasi Nuncius Romani Pontificis Parisijs non permittatur securè subsistere. Salua propterea reuerentia tanto Regi debita, omniq. submissione dicam: vt liberum Regi me detinere, vel relegare: A *ita mihi exequi prohibitū inscia Sanctitate Pontificis, cui saltem parendi necessitatem significare impediri non debeo. Nec propterea me refractarium arguet Rex, omni namq. humilissimi officio seruitij erga Regiam Maiestatem, me obedientem probabo: qui vt iustissimus iudicium exordiri non valet pœnam ex Nuncio exigendo, vnius accidentis, quod licet casu contigerit; Sanctitas tamen Pontificis punire promittit, in reos iam inchoato iudicio. Sperans itaq. vt Ex.V. mihi compatiendo patrocinando &c.* Interpretes etiam adhibuit Oratores Principum, ne sibi tanta inferretur violentia, sed omnia incassum.

In suburbiū descēdit S.Dionysij hospitio exceptus à patribus Dominicanis, quorum monasterium illico B circumederunt quadraginta Scloppetarii Regii, ignorantiam huius rei simulantibus aulicis. Septima Septembris cum per tabellarium, Breue accepisset Pontificium cum relatione inquisitionis Romæ factæ contra delinquentes, ac in eos pœnæ vulgare, cum erectione geminæ congregationis, quarum esset remedia decernere in reparationem Maiestatis, lecto Breui visus fuit Rex aliqualiter temperari; verum cum biduo post accepisset Rex, Ducem Crequium coactum fuisse, Roma secedere ad declinandas nouas iniurias; furore succensus mandauit Nuntio Pontificio, finibus excedere quadraginta sclopetariis custoditum, qui dietim relicta via re- C gia, licet semitas calcarent incognitas, decem Leucis excurrere dietim cogebant. In itinere obuium habuit Marchionem *de la Fuentes* oratorem Hispanum, qui à custodibus accedere prohibitus, opus habuit exposcere, querimonias miscere cum ministris, a quibus tandem permissus cum Hispanice loqueretur; vigiles autem linguam non callerent Hispanam, neq. Italicam, Gallice loqui eos cogere volebant, sed irrisi. Die decimo ad confinia venit Sabaudiæ, & Camberiaci substitit, mandata expectans Pontificis. Rebus tandem compositis inter Pontificem & Regem, promotione Cardinalium facta ab eodem Alex. VII. die Ianuarii, 1664. etiam D ipse Picolomineus Presb. assumitur Cardinalis, tit. *S. Petri in monte aureo*. Promotionem suam cum Regi significasset; Rex humanissime rescripsit, magna cum honoris testificatione dignitatem gratulatus; ad vnum lætitiam suam minuere affirmans; quòd non liceret sibi, manu sua, eius capiti biretum imponere; sicuti cum magna voluptate imposuisset, nisi ea, quæ sine vlla Nuncij Apo. culpa nuper contigerant, hanc sibi occasionem præripuissent. Or-

natus purpura, Romandiolæ Legatus præfuit atq. Rauennæ Exarchus per triennium, singulari prudentiæ, ac iustitiæ laude.

Comitiis adfuit Clementis IX. & X. a quibus congregationibus adscriptus S. Inquis. contra Ianseniū S. Tridentini Concilij: super controuersiis Iurisdictionis: de Fide propaganda: Episcoporum: Regularium: Aquarum: Indulgentiarum: S. Reliquiarum: rerum Politicarum: tandem a Clemente X. Archiep. electus Senensis, curam gessit pastoralem sine querela. Post obitum Clementis X. procurante Chisio Cardinali, candidatus apparuit votis propitiis decem & septem, & vndecim in accessu, vnde Conclauistæ iam vasa colligerent, autumantes Papā electum; quando facto nouo scrutinio, non amplius 17. numerauit suffragia, sed quatuor solumodo propitia, spe omni suæ deiectus assumptionis. Obiit sedente Innocentio XI. Anno 1681. Ætatis 72. in ecclesia sepultus Metropolitana, iuxta Altare, quod ibidem erigi curauerat.

De eo Bap. Nanius H. Veneta. Philippus Brietius *in Annal.*

18. *Mors & Vita in manu linguæ: qui diligunt eam, comedent fructus eius.* Prouer. 21.



Hieronymus Bōcompagnus nobilis Bononiensis, Iacobi Soræ Ducis filius ex Eleonora Zapata, Gregorii XIII. R. P. trinepos, Bononiæ natus Sal. Anno 1617. ex V.S. Referendario Archiepiscopus Bononiensis electus ab Vrbano VIII. die 11. Decemb. 1651. & ab Alex. VII. Palatio præfectus Apostolico promouente patrono Card. Chisio, atq. Io: Baptista Principe Burghesio, cui nupserat neptis Hieronymi Boncompagni; eodemq. interprete Hieronymo Boncompagno, soror Principis Burghesii nupserat Augustino Chisio nepoti Alex. VII. R. P. Presbyter assumitur Card. tit. *SS. Petri & Marcellini* die 14. Ianuarii 1664. & breui post Archiepiscopus Bononiensis, vbi vita integer, iustitia feruidus, zelo constans nil omisit, quod vigilantia exigat pastoralis ad ouium salutem. Comitiis adfuit Clem. IX. & X. Innocentii XI. sub quo obiit die 23. Ianuarii 1684. Ætatis 67. regiminis Episcopalis 33. Bononiæ Sepultus sepulchro gentilitio in Cathedrali cum Vitæ & Mortis Nosocomiis bona sua legasset, iusta solemniter accepit, præsicam tota gestiente Bononia. Nono namque die obitus, conuocato Clero in Cathedrali, theatro erecto funebri, ad sonum campanarum grex excitatus Bononiensis in Metropolitana conuenit, cuius in porta principe, hæc legebantur.

Ad iusta amantissimo Pastori exoluenda
Dilectus Vrbis Bononiæ Grex conueniat,
Vt Oues, quæ viuentis vocem Pastoris audiuere,
Pias voces edant,
Quas mortuus Pastor audiat

Deas

Deus Immortalis exaudiat.

In interiori eiusdem portę pariete sequentia legebantur.

Adeste Ciues,
Ancipites effundite lacrymas,
Incerti
An lugeatis cum mœrore
Amissum in Terris Patrem,
an defleatis præ gaudio
Admissum in Cælos Patronum.
In
Emin. & Reuerend. S.R.E. Card. Hieronymi Boncompagni
Bononiæ Archiepiscopi, & Principis
Morte
Vestram sortem lamentamini.
Accedite ad Draconem,
venena nescit,
nil isto tractabilius;
Parthenopęq; inter Sirenes educatus
blandas edere didicit voces:

in Vrbe Orbis Dominą
Auitam contemplatus potentiam,
Hanc aliquando erat consequuturus;
Ni precox Fatum,
Dum cęlestia promerebatur pręmia,
humanis eripuisset.
Ab Innocentio Decimo
Exaltatus
Innocentis Columbæ simplicitatem
Prudentia coniunxit,
Tyndareum in vtraq; suspiciens Sydus;
Quo duce
Bononiensis Ecclesiæ Nauem regeret:
Viridanti spolio exutus
purpureum induit
Chisijs in Montibus;
Iam inde
Sydus Chisium
Sibi figens in pectore,
feruidi amoris Sirium gestauit
Hinc illa æstuans in Deum Pietas,
Hinc illa feruens in Pauperes Charitas:
Quos cum semper dilexisset
In finem adeo dilexit,
Vt, cum viuens sibi in filios præscripserit,
moriens, hæredes scripserit.
Qui Boncompagno in Dracone
Suum ægrotantes vt implorarent Æsculapium,
ipsos
In præcipuis Bononiæ Nosocomijs
languentes
Ope, & Opibus
iuuit.

Cæteras animi dotes, virtutes, dignitates Poetæ carminibus explanarit, reiectis fabulis, quibus sordet veritas & historia: propterea in latere templi sinistro dignitas eminebat Cardinalitia Puritate fulta Verecundia atq. honestate sub disticho:

Tinxerat haud sanguis cepto de pisce Galerum,
Nescia sed labis mens, Pudor, altus Amor.

In porta minori eiusdem templi, Montem in quo Templum; volabat Draco gentilitius Cardinalis A defuncti, sub lemmate,

Nisi fata negassent.

Inuidę sortis argumentum & documentum, quæ merito vt plurimum præmia subtrahit. In arcu porrò primæ Capellæ ad liminaria Templi iacebat Draco sub lemmate.

Accubat, non Occubat.

quia etsi iaceret, vigilaret adhuc ad tutelam templi, ac Gregis, quem auro fouit viuus & mortuus.
B Hinc in parastate legebatur.

Auro pauit Oues, languentes pauit & auro,
Aurea nunc verè vellera fertis Oues

Simile distichon conueniebat in arcu Capellę maioris exaratum,

Languentes Hominem (iam non doleatis) habetis,
Qui mouet aut vndas Angelus alter adest.

Non longè Vela dabat Nauis, altaq. sulcabat maria carinà sub Draconis cijnosura, sub lemmate,
C *Non alio Sydere*. quasi ex eadem Boncompagna familia similem Bononia Pastorem posceret; quo suę consuleret incolumitati; propterea in vicino legebatur parastate.

Herculeam timuisse manum pomaria nostra
Iam poterunt; victus namq. sopore draco est.

Iuxta vero Capellam principem

Thesaurum seruat Serpens, dispergebat vt Aurum;
Cum magè diffundet, tunc magè Sidus erit.

D Tunc enim diuitias vere custodiuntur Ecclesię, cũ Laurentii exemplo proijciuntur in sinum pauperum.

In Choro Vigilantia exprimebatur pastoralis

Qui vigil, atq. pius rexit, fouitq. meretur
Nomina Pastoris, nomina habere Patris.

Eodem ordine dexterum Ecclesiæ latus virtutes exponebat defuncti graui carmine expressas, largitatem

tatem præcipue erga geminum Nosocomium *Vitæ* & *Mortis*.

Mitto confligunt hinc Mors, hinc Vita duello;
Diligant vtra magis, plus & ametur vtrà?

Propterea in arcu vicinioris Capellæ, surgebat Caducæum sub lemmate, *Hinc Mors, hinc Vita*. Sicuti namque suo Caducæo Mercurius Vitæ & Mortis imperium sibi arrogat: ita Hieronymus auro legato Vitæ ac Mortis benefactor apparebat supremus: cui Triregnum Virtus in præmium decreuerat.

Tergeminam Virtus decreuerat Orbe coronam
Pro trina in Cælis vna corona datur.

In arcu capellæ Venerabilis Sacramenti, allusio legebatur ad parabolam Euangelicam illius Reguli, qui rationem ponens cum seruis suis, eis fidelior respondit

Quæ mihi tu dederas dispersi quinque talenta,
Pauperibusq. dedi; tu mihi munus eris.

Emblemma consonabat draconis sub arbore pomorum aurea, cum lemmate *dispersit dedit*. Cuius piæ liberalitatis non minus, quàm bonorum hæredes Nosocomia Vitæ & Mortis die secunda Februarij panem pauperibus numero decem millibus congregatis, quantum satis ad comestionem diurnam, distribuerunt. Pastoris hæc charitas ob quam timebatur vt Princeps, diligebatur vt pater, symbolo draconis exprimebatur sub lemmate, *Metuendus Amandus* exposito in ianuis dexteri lateris; ad similitudinem Serpentis quem Moyses exaltauit in deserto

Deserto elatus sanabat vulnera Serpens
In Cælum hic raptus quod medicamen erit.

Quatuor Virtutes Cardinales Draconem flentes circumstabat, præficas agentes in funere tanti Principis. Ardebat Templum multitudine lampadarum, funalium, intortitiorum, ac cordium dilectissimæ vrbis, quæ tota conuenerat ad exequias, Missam de requie celebrante Gastaldo Cardinali Legato, perorante Canonico Cathedrali Vlisse Gozadino. Luctum clausit inscriptio temporanea a Bononiensibus posita

....., Nos non arsura feremus
Munera, venturosq. tuus durabit in Annos,
Me monstrante dolor.

Nec omittendum mandatum huius Cardinalis testamentarium ad executores suos, vt a solutione debitorum exordirentur cum fænore quinque scutorum pro centennario creditoribus soluendo, & a die crediti computando. Familiam etiam honorauit Legato scutorum 2500. inter eos distribuendo vltra vestem pullatam, & alimenta per dies 40. eis subministranda, legataq. singularia ad mensuram præstitæ seruitutis. Tabulam Guidi Rheni penicillo pictam legauit Innocentio XI. R. P. Similem Flauio Card. Chisio: tertiam regimini Bononiensi. Tres alias tabulas pretiosas Ducisse Boncompagnæ cognatæ, Hypolitæ Ludouisiæ nepti suæ, ducique Gregorio nepoti. Sorori suæ Sanctimoniali in asceterio S. Martæ Romano Scuta annua 60. alteri sorori ibidem Moniali professæ scuta annua 40. Tribus Nepotibus suis tercentas vncias argenti cælati: reliqua mobilia, & immobilia, allodialia, emphyteutica, fructus beneficiorum, Pensionum extantes vel percipiendos perceptosq: Hospitalibus
A Vitæ, & Mortis quæ heredes voluit vniuersales, vt supra annui.

39. *Sufficientia nostra ex Deo est qui & idoneos nos fecit ministros noui testamenti.*
2. Cor. 3.



CArolus Bonellus Romanus Antonij Pij Marchionis Castiani, ex Marcia Grimalda filius, Pij V. fælicis recordationis R. P. pronepos, Romæ natus Anno die 28. Junij Anno 1613. in Romano
B Seminario adolescentiam literis expoliuit, & in Perusina Accademia vtriq. iuri operam nauauit, ibiq. laurea exornatus, ab Vrbano VIII. cubicularius honoris assumptus atq. V. S. Referendarius in Congregatione sedit Boni regiminis, insuper Iudex Signaturæ Iustitiæ, inde post diuersas in ditione ecclesiastica, Vrbium præturas, sub Alex. VII. Vrbis Prætor, Corinthi Archiep. mox intercedente Card. Imperiali ad Philippum IV. Hispaniæ Regem extra Ordinem Legatus ad pacem firmandam Principum Christianorum, subinde Ordinarius, dum Crequius Gallorum Legatus à Corsis
C offensus, aduersus Chisios Regem suum excitaret: Bonellus Madriti ad fœdus cum Papa Regem côcitabat Iberum, sed incassum. Vrgente tamen Legato, omnem mouit Hispanus lapidem, vt Gallus iusta reparatione contentus iniuriam præteriret absq. vindicta, cum promissione; vt Gallo irruente, aperto Marte & ipse accurreret in tutelam Ecclesiæ. Hinc gratus Papa erga Legatum, Anno legationis octauo, die 14. Ianuarii 1664. absentem inter Cardinales assumpsit Presb. tit. *S. Anastasiæ*, ob cuius promotionem maximo gaudio affectus Philippus Rex Hispaniarum literas dedit Flauio Chisio sequentes,

D

Don Phelipe por la Gratia de Dios Rey de las Espanas de las dos Sicilias, de Hierusalem &c.


Muy Reuerendo en Christo Padre Cardinal. Chigi, mi muy charo, y muy amado amigo.

*La notitia que me dais en carta de 14. Hanero de la promocion de Monsenor Bonelli al Capello me ha sydo muii grata, y estimables las atenciones de fauor y complazencia mia que Deuis tuuo Su Santidad presentes en su creacion siendo certo, què de masde hazerle mercedor de tan grand digni-

dignidad sus virtudes y prendas le hangr ngeado gran lugar en mi affecto la spertentia, y exemplo que a qui dado del celo y atencion que lè deue el Seruicio de Su Santidad en los negocios, qua han pasado por su man y a si partecipe mubo en lo que es tan de su satisfacion , dando a vos muchas gratias, come la hago , per lo que haueis cooperado a vna cosa tam iusta , y sea muij Reuerendo en Christo Padre Cardenal Chigi, mi muij charo, y muij amado amigo . Nuestro Senor in vestra continua guarde . De Madrid. 12. Feb. 1664. *El Reij*

Pluribus adscriptus Congregationibus, Boni Regiminis, Consultationis, Rerum Consistorialium, Examinis Epi. Regularium, Immunitatis, Cappucinorum Patronus vitam duxit illibatam atq. pacificam. Venatione cum oblectaretur etiam supra modum; mordicus notatus fuit à Cardinali æmulo, in creatione noui Pontificis; quum Cardinalis Imperialis, Bonelli auunculus, suffragia nepoti clandestine conciliasset quadraginta, qui & in Pontificem extulisset, ni Galli strepitu, fremitu arcana dissipasset Imperialis. Comitiis Bonellus adfuit Clem. IX. & X. Innoc. XI. sub quo obiit incunte Augusto 1678.

20. *Dixit Amam Regi Assuero : Est populus per omnes prouincias regni tui dispersus & a se mutuo separatus, nouis vtens legibus & ceremonijs, insuper & Regis scita contemnens: nec expedit regno tuo, vt insolescat per licentiam si tibi placet decerne, vt pereat.* Esther. 3. *Intrauit autem Rex & Amam vt biberet cum Regina. Ad quem illa. Si inueni gratiam in oculis tuis o Rex dona mihi animam meam pro qua rogo, & populum meum, pro quo obsecro.* Esther. 13.



CArolus Carafa Neapoli oriundus, sed Romæ natus Anno 1611. ex Hieronymo Rocellæ Principe, & Diana Victoria, nepte Pauli V. R. P. in Seminario educatus Romano, orationem de aduentu Spiritus Sācti habuit corā Vrbano VIII. à quo, Anno 1639. Protonotariis adictus Apostolicis, mox V.S. Referendarius, Antonii Card. Barberini in legationibus Ferrariæ, & Bononiæ vicem gessit, dein Episcopus Auersanus, sub Innocentio X. & Nuntius Apo. ad Heluetios, successiue ad Venetos, cum quibus discrimen composuit promotionis Episcopatuum, qui longo iam tempore vacabant; æquo iure conuenientibus Romano Pontifice, atq. Republica, interprete Carafa, vt fieret promotio. Alexander vero Septimus Innocentii successor, grande opus meditando, quale erat Patrum Societatis Iesus restitutio in Venetæ ditione, aptiorem non habens in ecclesia ministrum, pro felici expeditione Caraffam Venetiis confirmauit Legatum, in arcanis instructione commissa, vt Iesuitarum tentaret restitutionem. Officio non defuit Caraffa, occasione arrepta Cænobiorum, quæ exponebantur sub hasta ad subsidium belli Turcici, ad quorum venditionem vnà cum ttibus patritiis Senatoribus Nuntius ipse tenebatur adesse iniecto artificiose colloquio, mentem exposuit Pontificis, ut postliminio rediret Societas, cui si gratum facerent Patres; & ipse omnes contulisset neruos bello opportunos; Sæpe itaq. repetito colloquio, & ad genium colloquentium rationes meditado efficaces, pietate vnum iustitia, æquitate alios expugnando; Breue obtulit Pontificium, longa oratione propensionem exagerans fœdus percutiendi aduersus Infideles, si exaudiretur. Eodem A ex condicto Regum conuenere Oratores idem enixe rogantes, quibus post longas disputationes Senatus Turcico bello pressus acquiescere decreuit. Purpura illico cum in præmium crederetur Caraffæ collata, opere absoluto impossibili, vt aulici ipsi declamabant Romani, Symbolis expositis præcipue hominis Solem Sagittantis, sub lemmate *Impossibile*; capite Caraffa perseuerauit aperto, noua auctus legatione ad Leopoldum Imperatorem, vbi ab operosa negotiatione prudenter expeditus, gratiam promeritus in oculis Cæsaris, atq. Pontificis, die 14. Ianuarii. 1664. ab Alex. VII. absens Presbyter Card. assumitur, transmisso bireto rubro per ex- B pressum nobilem Aulæ Pontificiæ Camerarium, quem Leopoldus ipse in comitiis generalibus Ratisbonæ habitis, eius capiti imposuit, præsentibus quatuor Imperii Electoribus, Moguntino, Treuirensi, Bauaro, Saxone. Romæ postea cū insignibus titulum obtinuit *S. Susannæ ad duas domos*; Bononiam Legatus, vbi raro exemplo non minus populo, quam magnatibus gratus, iustitiam exercens rigide, sed quia dulcia miscebat verba, clemens appellatus. Comitiis adfuit Clemētis IX. à quo per aliud triennium, regimen prorogare iussus laudabiliter continuauit vsq. ad obitum Clem. IX. Interfuit etiam Comitiis Clementis X. & cum fratri Auersanam re- C signasset ecclesiam, Neapolim secessit, vbi nuncio accepto de exaltatione fratris sui in M. Ordinis Hierosolymitani Magistrum, Fr. Gregorii Caraffæ Fr. Antonium Ildaris equitem Hierosolymitanum congratulatum misit monens, *Caueret diligentissime, quod eum apicem conscendisset dignitatis, descendere modo opus erat.* Prophetauit oppido, nam eadem hora, morte ipse cecidit repentina; Neapoli sepultus in sepulchro maiorum.

21. *Deus meus ad te de luce vigilo: Sitiuit in te anima mea, quàm multipliciter tibi caro mea.* Psal. 62.

D 

ALphonsus Litta Mediolanensis nobilis, Pompei Marchionis filius, & Luciæ Cusanæ natus die 29. Septemb. 1608. absoluto in patria Philosophiæ studio, Iurisprudentiam quæsiuit in Salmaticensi Accademia & Bononiensi: Romam inde venit Sal. An. 1630. V. S. Referendarius, iudex xenodochii S.Spi-

S.Spiritus. Congregationis super Inhibitionibus secretarius. Ariminum, Vrbem veterem gubernauit Ducatum Camerinensem ac Spoletanum. Antonii Barberini Prolegatus Bononiam, Ferrariam, Romandiolam rexit: Generalis Commissarius exercitus Pontificii, omnia cum laude administrasset gemina insignitus est Abbatia, S. Iulii de Dolsago in diœcesi Nouariensi; & S. Io: de Appiano, in agro Mediolanensi. Asculum missus ad sedandos in Piceno tumultus; Campaniam, & Maritimam, Regno nutante Neapolitano, moderatus, Marchiæ regimen per triennium obtinuit. Tantos labores rependit Innocentius X. Archiepiscopatu Mediola- A nensi (eamdem sedem Laurentius Litta obtinuerat ante Annos 500.) in cuius consecratione, Rosę tuberculo exposito adiecere, *Mox rubescet*; vt apud Picinellum, in *Orbe Symbolico* purpuram ei præludentes, & citra errorem. Cum enim in administratione Episcopatus quamuis iustus & prudens morum innocentia, literarum peritia, ad altissima quęque natus munus impleret veri pastoris, ob caussam tamen ecclesiasticæ immunitatis multa passus ab Hispanis, ita se gessit, nulla sui vel suorum habita ratione; vt Alex. VII. fortissimi præsulis virtutem in graui ac diuturno admiratus certamine, prę- mio illo, quo præstantius non habet liberalitas Pon- B tificis, ornandum duxerit, creaueritq. absentem, & nil tale cogitantem, die 14. Ian. 1666. Presb. Card. tit. *S. Crucis in Hierusalem* cum Abbatiis S. Mariæ de Vietro in Salernis; S. Mariæ de Cryptis in agro Beneuentano vt sub vmbra purpuræ Cardinalitiæ se eximeret ab iniuriis, quas eis machinabātur Hispani. Patribus adscriptus Cong. Episcoporum, Regularium, Signaturæ Gratiæ, Propagandæ, Immunitatis, Romæ substitit vsq. ad noua Clementis IX. comitia, ab eoq. inter patres adscriptus Trid. Concilii.

Eius vigilantiam vt exprimeret Ortensius Pallauicinus, Gruem pinxit vigilantem inter plures dor- C mientes, sub epigraphe, *Vna Omnibus* iuxta illud Petri Chrysologi Ier. 24. *Noctes diebus Pastor adiungit. & totum sibi tempus denegat dormiendi; nequa Lupis, suffragante somno, grassandi in grege præbeatur occasio.* Cui etiam thema a nobis adiectum, *Semper Insomnis*, cum de ecclesiastica Immunitate periculum fieret; nullo habito respectu ad regios ministros, præcipuę Aloysium de Haros Mediolani gubernatorem, mordicus iura propugnauit Ecclesiæ, quasi tali rigore, vt accusabatur, crederet viam sibi sternere ad Pontificatum, quo non indignus erat, sed reclamantibus Hispanis de eo nulla mentio. Comitiis adfuit Clem. IX. & X. Innoc. XI. cuius in promotione omnem D mouit lapidem, vt contribulem exaltaret. Coronatione itaq. absoluta Odeschalchi, Mediolanum restitutus decubuit, condito testamento cum exhortatione ad fratres purpuratos, ne in creatione Pontificis, Regibus manum darent, sed Spiritui Sancto. Sepultus iacet Mediolani in ecclesia Cathedrali iuxta altare Christi crucifixi, cum sequenti epitaphio.

Ad nihilum hic redactum est corpus Alphonsi Litta Card. S. Crucis in Hierusalem, olim Archiep. Mediolan. Orate pro eo. Obijt V. Kal. Septemb. MDC.LXXIX Ætatis suæ. LXXI.

De eo lege *Petrum Paricellum* in vita Laurentii Littæ, quam typis datam Alphonso consecrauit: Eius vitam typis tradidit Franc. Maria Bordocchi. Bononiæ. Sal. Anno 1691.


Lege Antonium Guerinum Canon. Bergom. *in panegyri*. Sfortiam Pallauicinum *in literis*. Abbatem Boninum *Homo Euangelicus*. Gualdum Prioratum *in fragmentis*. Picinellum nel *Mondo Simbolico*.

22. *Persecutionem patimur, sed non derelinquimur, deycimur, sed non perimus.*
2. Cor. 4.



NErius Corsinus Florentinus patritius Philippi Marchionis filius ex Magdalena natus Anno Sal. 1610 Macchianella, Clericatum Cameræ Apo. cum sibi parasset Archiepiscopus Damiatæ ad Ludouicum legatus Regem Galliæ, in itinere Auenione substitit opportune ad componenda dissidia inter Nobiles excitata & plebem. Inde Romam ab Innocentio X. reuocatus (caussa incerta quieuit; vel quòd alium honestare eo munere decreuisset) ibidem otiosus, donec mortuo Innocentio, ab Alex. VII. Ærario præfectus Apostolico, Sal. Anno 1660. post quadriennium, die 14. Ianuarij 1664. Presbyter Card. assumitur, & die 15. Februarij, 1666, publicatur tit. *SS. Nerei & Achillei*. Seruorum patronus B. Virginis, Ferrariam Legatus descendit vbi annonæ cura, iustitiæ custodia, audientia indefessa cum sibi conciliauit plausum, quòd certatim Ordines omnes Ferrarienses vellent a Romano exposcere Pontifice, vt Corsino prorogaretur legatio; quod ipse prudenter recusauit, ne affectati regiminis, & ambitus suspicionem iniiceret. Post obitum Alexandri VII. promotoris sui, procurante Chisio Cardinali, vota prænsauit, sed nullum habuit in partibus, Aretinus dictus Episcopus curam gessit longo tempore verè pastoralem, qua tandem se abdicauit, vt Romæ degeret.

23. *Qui apprehendit sapientes in astutia eorum, & consilium prauorum dissipat.*
5. Psal. 13.



PAlutius de Albertonibus Romæ natus die 8. Iunii 1623. præclaræ stirpis indole, ac diligenti parentum cura ad virtutem impellente, Romæ primum liberalibus instructus disciplinis; toga indutus Clericali, sub professoribus Perusinæ Accademiæ, in iudiciaria palestra periculum expertus examinis, brauio laureę recepto, sedente Vrbano

VIII. Cameræ Apo. Clericatum obtinuit . In quo
magiſtratu licet prudentiam, iuſtitiam, conſtantiam
cum morum innocentia exerceret , toto tamen In-
nocentii X. pontificatu ob linguæ mordacitatem
otioſus ſedit, licet apis aculeo pungeret , & incen-
ſum accenderet, vt manum combureret Sacerdotis,
ſacrificii ſpetie, & adolendi adipem ad altare ; vita
hercle incorruptus & innocens . Tantum virum
Alexander VII. graui virtutis, & aulæ iniuria Apo-
ſtolicæ ne præteriret , ſed eius exaltatione bene-
meritos in ſpem excitaret, Cameræ primo genera-
lem Auditorem, die poſtea 14. Ianuarii *1664*. Presb.
Card. aſſumpſit tit. *SS. XII. Apoſtolorum*, quem ſolu-
modo biennio poſt publicauit ; ſacerdotio collato
Montis Faliſci & Corneti. Defuncto Alexādro VII.
comitiis adfuit Clementis IX. a quo Palutius à ſe-
cretis aſſumptus , & Legatus dictus Aunionenſis
familiam ſuam Palutiam reparare cogitans; *Gaſpari
Palutio* nepoti ex Angelo fratre coniugem quæſiuit
Lauram Catherinam Alteriam neptem *Æmilii Alterii*
Epiſcopi tunc Camerinenſis, quem poſtea Clemens
IX. Cardinalem dixit : Patres verò mortuo Cle-
menti IX. ſubrogauere Pontificem nomine *Clemen-
tis* X. Hę duę familiæ ſanguine , geſtis de Romana
Republica iam meritæ & cognatæ, Paulo II. diſpen-
ſante Pontifice , ducentos ante Annos coaluerant
coniugio inito inter M. Antonium Alterium , &
Gregoriam Palutiam ; nunc tertio iunctæ arbores
vno ſtipite conualeſcunt ea conditione ; vt gens
Palutia nomen & inſignia aſſumeret Alterię gentis.
Poſtremus namq. cum eſſet *Æmilius Alterius* virilis è
ſua gente ſtirpis ; prædiuitem virginem Lauram
Catherinam plures Romani concupierant . Æmi-
lio itaq. ad Pontificatum aſſumpto ; Palutii Cardi-
nalis virtuti late ſe explicandi Magiſtratus amplifi-
catione, honorumq. acceſſione facultas data . Illico
namq. in eodem Conclaui priuſquam in eccleſiam
S. Petri deſcenderet Papa , Palutium nepotem de-
clarauit regnantem & Alteriæ adoptiuum familiæ,
cum Tiburtina præfectura ac delegata in omnem
Romanę Eccleſię ditionem poteſtate . Ab eccleſia
poſtea Montis Faliſci ad Rauennatem tranſlatus ;
munere decoratus S. R. E. Camerarii depoſita Vi-
cariatus Pontificii adminiſtratione , quam paucos
ante menſes acceperat, Baſilicę Lateranenſis Archi-
presbyter ; Epiſcopus Pręneſtinus , vltra Religio-
num patrocinia , atq. Romanas Congregationes ,
quarum prçfectura gaudebat de Propaganda Fide ;
Literarum Apo. quæ ſcribuntur in forma Breui :
Procurationem Lauretani Sanctuarii, vnaq. Hiber-
niæ Regni, Ordinis Dominicani , & Carmelitani
patrocinium.

In hoc regimine apparuit Palutius non Cardina-
lis, ſed Papa cum ipſe ſolus habenas regeret Pontifi-
catus, nec ſine murmure . Pontifex ipſe ſero licet,
ſed ſerio morti proximus, ſollicitatus a Palutio pur-
puras implere vacantes negauit , & tertio vrgenti
Palutio reſpondit : *Non ſit tibi oneroſum quòd cum per
ſexennium Papam egeris, Pontifex ſimus & nos per ſex ho-
ras, libere negando vel affirmando.*

Hęc omnia in experimentum ingenii, ad imperium
nati quo prætérita aulicorum inuidia , declinato
odio magnatum, familiam ſuam tantis fulciuit affi-
nitatibus, decorauit diuitiis & dignitatibus , vt in
ſolo Romano ſolium teneat, & nemini cedat. Initis
namq. nuptiis proneptis Pontificis cum Ægidio
Anticolarum Duce Columnenſes conciliauit Alte-
riis . Et quamuis dux Baſanelli ira percitus contra
Cardinalem Palutium, quia ſpe fruſtratus occupan-
di Solium cum aliis Principibus Romanis ; fratre
exheredato Anticolarum Duce, Sonini Ducē vxoris
& Comeſtabilis Columnæ fratrem in bonis liberis
hæredem inſtituiſset : Palutius tamen clauo refi-
A xo , nuptias conciliando primogenitæ Cæſarini
Principis defuncti, quę inter Moniales clauſa votum
ſed priuatum emiſerat profitendi, promiſeratq. ſo-
rori ſecundo genitæ, vel nuptiis abſtinere, vel ſo-
li nubere Sonini Duci, fratri Comeſtabilis Colu-
mnæ: vnde poſt longa & periculoſa diſſidia, quibus
appetitus etiam D. Altouitus Patriarcha Alexan-
drinus, & globo ſclopeti pene oppreſsus, quia Cæ-
ſarinam diceretur ad nuptias excitaſse; difflatis nu-
bibus, ſolutis technis, conciliato Gallorum Rege;
Cæſarinam connubio iunxit cum Federico Sfortia
Pauli filio, & Cardinalis Sfortiæ nepote. Vrſinos
etiam medio coniugio ſibi copulauit , Duci Graui-
B nę nepte Pontificis in vxorem tradita cum dote prę-
diuite numeratæ pecuniæ, & pileo Cardinalitio in
gratiam F. Vincentii Vrſini Dominicani , qui ſolo
amore Religionis ducatum Grauinæ, fratri ſuo cum
ſponte ceſſiſset , nonniſi coactus à Romano Ponti-
fice purpuram ſubiit . Gaſparem Palutium nepotem
Generalem tritemium S. R. E. præfectum arcis S.
Angeli, cum titulo nepotis ſæcularis Pontifici de-
clarari curauit . Palatium familiæ erexit Alteriæ
iuxta Templum nomini Ieſus dicatum ea maieſtate,
atq. ſtructura , vt Opus dicas Cæſaris Romani non
Cardinalis . Supra centum millia Coronatorum
ex redditibus cum poſſideret Eccleſiaſticis, gazam
C coaceruauit regalem, & Ceſari condignam . Pe-
riculoſum ei diſcrimē cum Oratoribus Principum,
occaſione *Franchigiæ* , quam ab immemorabili
poſſident. Anno *1675*. cum declaraſset Clemens X.
teneri omnes nemine excepto, ad gabellas, & ve-
ctigalia rerum, quæ Romam intromituntur ; ad
ſubſidium onerum, præcipue quæ in alimoniam pe-
regrinorum, aliarumq. expenſarum pro celebratio-
ne Iubilæi contingunt; grauati Oratores Regum
quamuis acri bello diſſidentium , ad Pontificem
aſcenderunt vnanimes querimonias expoſituri; ſed
a Palutio præuenti cum ianuas clauſas inueniſsent,
catenatoſq. compitus viarum, quaſi vim illaturi ſa-
D crario illi, in quo cuſtoditur Chriſti Vicarius, re-
trocedere coacti conuenere , *Palutium* in poſterum
non ſalutandum , nec viſitaudum vt nepotem Pon-
tificis: propterea eorum Reges literis Palutii quam-
uis Breui fulcitis Pontificio reſponſa negarunt :
donec certiorato Pontifice ad pacandum rumorem,
& declinanda diſcrimina iuſſis publicanis, & gabel-
lariis nil innouare cum Oratoribus, & Cardinalibus,
rumor quieuit ; *Palutio* titulo reſtituto Cardinalis
patroni ab Oratoribus Regum : quorum vltimus
Cæ-

Cæſar fuit Eſtręus orator Gallicus ; vnde mortuo Clemente X. cum epiſtolam humilem atq. demiſſam Palutius Regi dediſſet ; clauſam remiſit Rex ; mandans oratori apud Innocentium XI. nouum Pontificem inſtaret contra Card. Palutium, ratione exigi villicationis prӕteritę , quam tamen Pontifex ne exordia ſui Pontificatus rigore confunderet, prętetijt, interceſſor accedens apud Regem, quem tandem Palutio reconciliauit.

Comitiis cum adfuiſſet Palutius Clem. IX. & X. Innocentij XI. Alex. VIII. Innocentij XII. obiit (Pontifex deſign atus futurus ſaltem hominum opinione) die 29. Iunii 1698. dum cibum ſumeret appoplexia correptus, animiq. dolore concepto ob iuuenilem ardorem Laurentii Card. S. R. E. nepotis ſui, qui ab Innocentio XII. legatione donatus Vrbini, & ab eodem monitus è familia mittere nobilem quemdam, cuius odio concitabantur ſubditi; Legatus verò ſeruide reſpondiſſet, ſe potius legatione abiturum, quòd domeſticum calumniatum crederet: a Pontifice oblatione recepta, Romam rediit, inuenitq. horam ante, expiraſſe patruum, morbo repentino, translatione minime facta Beneficiorum Eccleſiaſticorum ; vt poterat vigore Breuis iam obtenti Ætate cum grauaretur Annorum 75. memor mortis frequentiſſime conſcientiam ſuam ſacra Exomologeſi expiabat , Venerabilem Euchariſtiam ſumebat , eleemoſinas pauperibus non negabat, iuſtitiam diligebat , Romæ ſepultus iacet in eccleſia S. Mariæ in Campiteli cum ſequenti epitaphio.

Palutius miſeratione diuina
Epiſcopus Portuen. Cardinal. de Alterijs
S. R. E. Camerarius.
Obijt in Domino die XXIX. Iunij M.DC.XCVIII.
Ætatis ſua Annorum LXXV.

24. *Qui autem fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur.* 5. Matthęi 6.



CÆſar Raſponus Rauennas Franciſci filius ex Clarice Vaina , Cardinalium Franciſci & Antonii Barberini matruele, natus die 15. Iulii 1615. vt auitam virtutem ſuis actibus fecundiorem redderet, poſt humaniores artes , arcanis inueſtigatis naturæ, in Romano Collegio , regimen Orbis addiſcere voluit legibus alligatum. Laurea ornatus Abbatiam primo , Canonicatum ſucceſſiue S. Laur. in Damaſo , & Lateranenſem obtinuit Vrbani VIII. beneficio. Ab eius ſucceſſore Innoc. X. Cœtui adſcriptus de Parco Maiori V.S. Referendarius a Canonicis Lateranenſibus Abbas electus Cleyracenſis, in Gallia , ad Oldam fluuium , huius occaſione Gallias petiit, ibiq. ſubſtitit ad Annum vſq. 1650. quo Romam reuocatus a Franciſco Barberino Auditor aſſumptus, & Innocentii X. beneficio, inter Patres ſacræ Conſultationis, Finium regundorum, Auenionenſis ditionis connumeratus, paulo poſt a ſecretis ſacræ Conſultæ ; graſſante in Vrbe peſtilentia , a ſecretis Congregationis Sanitatis labores plurimos ſubiit ad commodum Reipublicæ . Flauio Card. Chiſio ſtatus Eccleſiaſtici Præfecto Auditor Generalis inſeruiit : a ſecretis, rebus Auenionenſibus, Melitenſibus, a conſilio ſupremis Inquiſitoribus . Conuentuum condirector Aquileię, publicæ leuationis; Pacis, Concordię inter Alex. VII. & Ludouicum XIV. Regem ſubiratum ob iniuriam familiæ Crequii Ducis à Cyrnenſibus illatam , interpres Gallias aſcendit plenipotentiarius Pontificis, & ad Principes Chriſtianos Nuntius Apoſtolicus, Piſis demum cum Buttemontio Rotæ Auditore, & Regis miniſtro, Regem Pontifici reconciliauit, abſque eo quod Regem, vel eius miniſtros in re vel minima vnquàm offenderet, etſi Pontificij iuris propugnationem forti animo ſuſcepiſſet . Hinc gratitudinis ergo Alexander Sacra purpura ornare decernens , quamuis Anno tantum 1666. euulgauerit, inſignibuſq. ornauerit cum titulo *S. Io: ante Portam Latinam* , vna cum Legatione Metaurenſi , & patrocinio Gręci Collegii in Vrbe,

Comitiis adfuit Clementis IX. & X. maioribus adſcriptus Congregationibus, videlicet S. Inquiſitionis, Propagandæ, Sacrorum Rituum , Viſitationis, Regularium, Indicis, Fabricæ S. Petri, Conſultationis , Contra Ianſenium, publicæ leuationis, tantiſq. occupatus negotiis plura ſcripſit, quæ apud hæredes ſeruantur . Ante purpuram *Hiſtoriam Baſilicæ Lateranenſis* . Literas ad Abbatem Michaelem Iuſtinianum, *An liceat propria vel Maiorum facta deſcribere?*

In Baſilica Lateranenſi Canonicus Lipſanarium ornauit : Cardinalis titulum S. Io: ante portam latinam lacunari texit . In eadem Later. Baſilica corpus condidit matris defunctæ , cum epigraphe,

D. O. M.

Carica Vaina

Inſigni prudentia & grauitate matrona
Quæ priſcę diſciplina ſanctimonia non minùs,
Quàm felici quinque liberorum prole.
Franciſci Raſponi patritij Rauennatis viri ſui
Domum decorauit ; mox elato coniuge
Acerba viduitatis moleſtias in ipſo iuuentæ flore ſuſceptas
Inſtituendis ad pietatem, bonas artes liberis,
Gubernanda Familia
Propinquis
Ope, conſilio, auctoritate iuuandis
Ad alteram & ſeptuages. An. tolerauit
Cum ſumma laude charitatis in ſuos,
Liberalitatis in pauperes,
In Deum & Cælites pietatis
Cæſar tit. S. Io: ante portam Lat. Presb. Card. Raſponus
Parenti Optimæ P. An. Sal. MDCLXX. ab eius exitu,
altero.

25. *Nobilis in portis vir eius.*
31. Prouer. 23.



IO: Nicolaus de Comitibus, domicellus Romanus Lotharii II. Poli Ducis filius, ex Iulia Vrsina in lucem editus die 1. Iunii 1617. artes & scientias omnes edoctus necessarias ad vitam Clericalem, V. S. Referendarius, Ferrariæ, Æmiliæ, Bononiæ Armorum Curator præfuit. Prolegatus Auenionensis; Marchiæ Præses Anconitanæ, Romam ipsam Prætor rexit, quo in munere manibus innocens, Chisiæ etiam Domus atq. Romanæ nobilitatis plausum prænsauit, Reginæ intercedenti Suecorum pro Io: Nicolao de Comitibus non dissensit Alexander VII. cupiensq. sanguine illustres assumere, Ioannem, Cardinalem dixit Anno 1664. publicauitq. die 15. Feb. 1666. titulo, S. Mariæ Transpontinæ, & Ecclesiæ præfecit Anconitanæ.

Comitiis cum adfuisset Clem. IX. & X. Innocentii XI. Alex. VIII. Innoc. XII. Congregationi adscriptus rerum Consistorialium, Episcoporum & Regularium, Immunitatis Eccles. & Controuersiarum Iurisdictionalium, Episcopus Sabinus, in comitijs Clementis X. acceptis suffragiis propitijs duobus supra viginti, ne Sedem Petri obtineret; Christina obstitit Suecorum Regina, cuius intercessione assumptus ad purpuram, fatigandus dubitabatur precibus importunis. Multitudo accedebat agnatorum, quam obiiciebant Galli irati, quòd a pena iudiciaria duobus adolescentulis iuste illata eos subtrahere non valuissent, licet Cardinali iuncti Farnesio omnem mouissent lapidem. Anconæ obiit die 20. Ianuarij 1699. in cathedrali sepultus cum sequenti epitaphio.

D. O. M.

Hic iacent ossa Ioannis Nicolai Cardinalis de Comitibus, huius ecclesiæ Episcopi, qui mortuus est die XX. Ianuarij. An. Dom. MDCLXXXXIIX.

Orate pro eo

26. *Statuerunt declinare in terram.*
16. Psal. 11.



IAcobus Philippus Ninius Senensis patritius, natus Sal. Anno 1628. die 2. Maii, Hieronymi filius ex Catharina Cerretana condiscipulus Fabii Chisij status Secretarii Card. inuitatus Romam pergere, annuit: vnusq. fuit, quē ex veteri familia Alexander VII. ad purpuram vocauit: Natalia, indoles, modestia iuueni Chisiũ cōciliarunt ut eum secum traheret, & ad sui exemplum efformaret. Papa dictus Alex. Ninium pluribus cohonestauit muneribus, magistrum præposuit Palatio Apostolico, tandem Anno 1664. Presb. Cardinalem, publicauitq. die 15. Feb. 1666. tit. *S. Mariæ de Pace*, eiusdem Palatii præfectura permissa, quam per aliquot menses continuauit etiam post creationem Clementis IX. qua relicta in Congregationibus S. Concilij, Examinis Episcoporum, indicis, Sacræ Consul. De Propaganda, Cisterciensium Protector, Rempublicam agens, comitiis adfuit Clem. IX. & X. Innocentii XI. à quo enixè sollicitatus decreto subscribere, de abolendo Nepotismo quo splendori
A Ecclesia restitueretur antiquo, non solum negauit sed alios Cardinales abduxit, terrena sapiens & non cælestia, vt in Symbolo. Hinc Cardinalis Cibo, sacro audiente Consistorio: Eminentissimus iste taliter loquitur, quasi Pontificatum habeat in erumena. Obiit sedente Innocentio XI. die X. Augusti Sal. An. 1680.


Epitaphium

Quod in Cathedrali Senarum, in Capella familiæ Niniæ legitur.

Iacobo Philippo
Tit. S. Mariæ de Pace S. R. E. Presb. Card. Ninio
Cuius Inclita Virtus
B *Meruit a Summo Pontif. Alexandro VII.*
Post Primarias Cubiculi, & Palatij. Apost. Præfecturas
Canonicatum Basilicæ Liberianæ, & Infulas Corinthi
Sacra Purpura Decorari
Cuius eximia Pietas Aram hanc erexit, & ornauit
Ciui Praeclaro, ac æque Gratioso Vocale hoc marmor Pos.
Alexander Ninius Huius Ecclesiæ Metrop. Operarius
Anno Sal. MDC.LXXXVIII.

27. *Et vltra non venerunt Latrones Syriæ in terram Israel.* 4. Reg. 6. n. 23.

C



IVlius Spinula patritius Genuensis, ex patre Io: Bap. Georgii, Domino Insulæ & Marianæ (feuda hæc sexcentis ab Annis per maiores possessa) matre Isabella filia Nicolai Spinulæ natus die 13. Maii 1612. eam operam studiis præstitit, quod Anno 1636. ætatis 24. magistrali laurea dignus fuerit iudicatus cunctis suffragiis. Sedente Vrbano VIII. Tifernum in Vmbria, Asculum in Piceno Prætor, Montaltum Præses direxit. Generalis Commissarius in exules qui prouinciam
D grassationibus affligebant, Nursiam Sabinorum, Viterbium, Perusium, Picenum breui pacauit. Castri expugnati possessionem nomine Pontificis iniit. Ab Innocentio X. Neapolim Legatus ad negotia S. Inquisitionis, Fabricæ S. Petri præfectus; Ab Alex. VII. Archiep. Laodiceæ, An. Sal. 1658. Anno verò 1665. ad Cæsarem legatus comprobationem iniit matrimonii Hispaniarum infantis cum Leopoldo Cæsare, Anno sequenti Presb. Card. eligitur, & die 7. Martii 1667. bireto Viennam transmis-

smisso, quod manu Cæsaris impositum, Romamq. redeuntem literis prosequentis sequentibus.

Beatiss. in Christo Patri D. Alex. VII. Diu Prouid. S. R. E. ac Vniuersæ Ecclesiæ Sum. Pontif. D. R. R.

Beatiss. in Christo Pater Domine R. R.

Post officiosissimam commendationem filialis obseruantiæ continuum incrementum. Reuertitur ad Sanctitatem Vestram Reuerendissimus in Christo P. Dominus Iulius S. R. E. Cardinalis Spinula Archiepiscopus Laodicensis, obseruantissimus eiusdem, atque certè studiosissimus, quem nobis egregia, singularisque probitas, mirifica in consilijs sapientia, in gerendis negotiis Sanctitatis Vestræ summa cum prudentia coniuncta tum grauitas, tum etiam lenitas tantopere commendarunt, vt toto hoc tempore quo in A *Aula nostra commorabatur, magno illum amore complexi simus, & viderimus; & audierimus vsque quoque libentissimè, & quamuis eumdem, vt potè virum non tam genere admodum illustrem, quam doctrina, optimarumque artium præstantia, & agendis, tractandisq; rebus experientia, ac omni denique morum, vitæque comitate plenè insignem, diutius apud nos subsistentem videre potuissemus. Atamen is incommodum valetudinis Sanctitatis Vestræ (quod & nos grauiter, molesteque tulimus) reique publicæ Christianæ emolumentum rebus omnibus antetulit, eum in modum vt ad Vrbem sese conferendi muneris, ac partium suarum esse omninò existimarit: qua-* B *re eundem hisce, tamquam locupletibus nostræ in illum voluntatis, & muneris ab illo cum magna semper Sanctitatis Vestræ totiusque Sacræ Romanæ Ecclesiæ dignitate peracti testibus prosequi non dubitauimus, vt scilicet Sanctitas Vestra illius non tam in nos pietatis, quam in eandem debitæ obseruantiæ studium prope singulare testatum cognosceret. Quemadmodum Sanctitati Vestræ eum quippe quam optimè meritum, atque elegantem Virum ita commendamus, vt maiori studio, & diligentia commendare non possimus; Et nobis gratissimum erit si præter quam quod is Sanctitatis Vestræ in ore tam pridem est, quod valde dignus qui ab eadem diligatur, nostra etiam causa arctius benignitate illum sua, & liberalitate fuerit com-* C *plexa, ostenderitque nostram eò apud Sanctitatem Vestram commendationem plurimum valuisse. Cæterum omnia cum eo reliqua, quæ præsens temporum conditio, vel maximè poscere videbatur; communicauimus, quæ ad Sanctitatem Vestram omnia latius perferat; Cui vt ratam, & valentem, & firmam ad magnum Ecclesiæ suæ incrementum quam longissimè protrahat ex animo vouemus. Datum in Ciuitate nostra Vienna die 17. Aprilis Anno Domini Millesimo sexcentesimo sexagesimo septimo, Regnorum nostrorum* Romam nono; *Hungariæ duodecimo, Bohemiæ vndecimo.*

Eiusdem Sanctitatis Vestræ
Obsequens filius Leopoldus. D

Romam rediit extincto Alexandro, interfuitq. comitiis Clementis IX. à quo pileo donatus Cardinalitio, cum titulo *S. Martini in Montibus*, congregationi adscriptus de Propaganda Fide, Consistorialium, Indulgentiarum, Reliquiarum, super grauaminibus Status Ecclesiastici. Mortuo Clemente IX. comitiis adfuit Clementis X. à quo dictus Episcopus Sutrinus & Nepesinus. In creatione noui Pontificis candidatus & ipse, quamuis promouente Chisio, cum septem solummodo propitia retulisset suffragia, spe cecidit Pontificatus. Episcopus ab Innocentio XI. creatus Lucensis. Comitiis adfuit Alex. VIII. Innocentii XII. post cuius absolutum Canclaue, Romæ obiit. Sal. An. 1691. Sede vacante sepultus in monte Equitio, apud Patres Societatis I. cum epitaphio sequenti.

D. O. M.
Ossa Iulij Spinulæ S. R. E. Card.
Obijt An. Sal. MDCXCI.

28. *Ego custodiui vias duras.*
16. Psal. 4.



CArolus Robertus de Victorijs, nobilis Romanus in Collegio enutritus Romano, problemata Philosophica publicè propugnauit, inscripsitq. Ferdinando II. Hetruriæ Duci. Absoluto Theologiæ cursu, ac laureatus, Iurisprudentiæ incubuit, in qua etiam lauream obtinuit doctoralem. Veste inde præsulari indutus, V. S. Referendarius, sedente Vrbano VIII. plurimarum Vrbium gubernacula tractauit: Vicelegationem sustinuit Æmiliæ, Sub Innoc. X. V. S. iudex & sacræ Consultationis particeps; sub Alexandro VII. lue seuiente Generalis Commissarius; postmodum a secretis Flauio Chisio Card. in Gallica legatione; Archiep. Tharsensis, apud Sabaudiæ Ducem extra ordinem Nuntius fascias, Pontificis nomine, Delphino donauit; Ordinarius postea ad Lodouicum XIV. Galliæ Regem, qua in prouincia cum diligentissime Pontificis executus esset mandata, ab Alex. VII. Card. designatur, publicaturq. die 7. Martii 1667. Romam rediit post obitum Alexandri VII. adfuitq. comitiis Clementis IX. à quo insignia recepit cum titulo *S. Mariæ in Ara Cæli*, cum legatione Æmiliæ, quam candide administrauit. Adfuit etiam comitiis Clem. X. sub quo decessit.

29. *Praeoccupauerunt me laquei mortis.*
17. Psal. 6.



VItallianus ex inclita Vicecomitum gente Mediolani ortus Romæ Pilosophiam deducit, Bononiæ Iurisprudentiæ lauream acquisiuit. Grandior fractus plures rexit vrbes ditionis ecclesiasticæ. Sedente Alex. VII. infanti primogenito Philippi IV. Hispaniarum Regis fascias detulit. Inde Rotæ Auditor Romanæ, absente Flauio Card. Chisio, Datarii munere fungitur. Mox Ephesinus Archiep. & ad Regem Iberum Nuntius Ordinarius morti adfuit Philippi IV. summa pietate & religione vnde Cardinalis dicitur. Romam rediens Comitiis adesse non potuit Clem. IX. a quo in-

insignia habuit cum titulo *S. Agnetis*; eoq. mortuo Comitijs adest Clementis X. à quo Archiepiscopus dictus Montis Regalis in Sicilia, cuius in regimine, Anno vix elapso, die 7. Septemb. 1671. morte eripitur repentina.

30. *Fiat pax in virtute tua & abundantia in turribus tuis*. 31. Psal. 7.



INnicus Carraciolus nobilis Neapolitanus Francisci Ducis Airolæ, & Isabellæ Gueuaræ ex Ducibus Bibenatibus fi- A
lius, natus Sal. Anno 1607. apud patres Societatis Iesu, Neapoli educatus in humanioribus, à Dominicanis Philosophiâ perdoctus, Ius in Domo paterna, laureatus Romam accessit Apo. Protonotarius, & V.S. Referendarius, sedente Vrbano VIII. Iudex sodalitatis SS. Annunciatæ, Annonæ, Aquæ Paulinæ præfectus; *Concessum* vt dicunt, munere functus. Ab Innoc. X. locum obtinuit inter Patres Fabricæ S. Petri, Boni regiminis, Iudex dictus Signaturæ Iustitiæ; Teloniorum, Annonæ Præses per annos XII. etiam lue Romæ sæ- B
uiente, rem frumentariam, vineariam, oleariam abundare curauit. Nuntius cum alijs ad Christinam Reginam ab Alex. VII. destinatus debitum soluit honorem. Tantis muneribus & oneribus fultus, dictus est Clericus Cameræ, postea Auditor, huiusq. vacatione gradum sibi fecit ad Cardinalatum, quem obtinuit die 15. Februarii 1666. publicatus die 7. Martij 1667. eodemq. die Archiepiscopus Neapolitanus, patribus adnumeratus Episcoporum, Regularium, Immunitatis, Consistorialium. Alexandro verò VII. præmortuo, Comitiis adfuit Clem. IX. sine titulo, vnde a Clem. IX. titulum recepit *S. Clementis*. Adfuit etiam Comitiis Clem. X. post C
quæ Neapolim restitutus Anno Sal. 1675. orto dissidio inter laicos & Ecclesiasticos propter actus iudiciarios decretos, executosq. à laicis contra presbyterum *Gasparem Garsalem*, fulmen Caracciolus contorsit excommunicationis contra omnes, qui in illo processu se immiscuissent, executioniq. sententiam tradidissent. Hinc apud Regem accusatus, & à Cardinali monitus Aragonensi, post repetita iurgia, ad pacem declinando, Regi acquieuit & Cardinali.

Legatus Ferrariæ œconomiam docuit, quam nobiles ignorabant. Tutor, curator procurator familiarum, quæ prodigalitate, negligentia, incuria D
obrutæ rei familiaris, angustia premebantur & ære alieno; facta ipse redituum distributione, ad decorem, splendorem reuocauit auitum, dote assignata ad elocandas filias quæ in ascetetijs senescebant licet diuitijs affluerent ob neglectã rem familiarẽ. Tantorum vulnerum medicus ipse accedens, qui non solum secat (teste *Io: Chrysost. ser. de habenda cura prox.*) sed & vulnera obligat, neq. semper amara, sed nonnumquam & leuia pharmaca infundunt; vt per priora purificetur sanies & putredo, per posteriora autem mitigetur dolor.

31. *Homo pacis meę, in quo speraui*. 40. Psal. 10.



IO: Delphinus patritius Venetus, Nicolai filius ex Elisabetha Priola, Io: Card. Delphini nepos, Venetiis natus die 22. April. 1617. Infans adhuc Romam ductus a genitore, cum matre, ad Ioannem Delphinum Card. S.R.E. Episcopum Vicentinum propatruum, & ab eodem altaribus oblatus, ac pensionibus fulcitus Ecclesiasticis ibidem biennio substitit absq. tamen habitu clericali, Pontifice dispensante, vt literis operam daret; quibus ex animo incumbens Latina ac Græca lingua ornatus Musas habuit in partibus, & scientias omnes perquisiuit, Poesi etiam delectatus. Laurea ornatus vtriusq. iuris in Patauina Academia, œconomiam rexit paternam, absente genitore & castra curante pro Veneta Republica. Maior factus togam induit patritiam, Annoq. ætatis 25. inter Ordinum sapientes, Anno 30. Continentis Sapiens; Anno 33. inter Senatores sedens Reipublicæ, competitores suos propitiis suffragiis semper superauit. Orator ad Regem Galliarum electus, ne prouinciam subiret, rem domesticam excusauit. Anno Sal. 1656. a Marco Hieronymo Gradonico, Patriarcha Aquileiensi, ecclesiæ suæ Coadiutor paulo post propter obitum Gradonici sedem administrauit Patriarchalem vir ingenij sagax, prudens, quietus, iustus, peragendis negotiis natus, munificus erga suos, familiæ promotor, ab Alex. VII. Insignibus ornatur Cardinalitiis in vltima Cardinalium enuntiatione, per Abbatẽ Falconerium bireto transmisso, titulum Presb. obtinuit a Clemẽte IX. *S. Saluatoris in Lauro* mense Feb. 1666. translatus postea ad *SS. Viti & Modesti*.

Tanti viri perennabit virtus ex præconio Reipublicæ literariæ, cuius princeps accedit primo Alex. VII. P. R. responso dato Veneto Oratori, Reipublicæ nomine promotionem vrgenti Cardinalitiam: *Vestra Respublica Immortalis viuere debet, cum Literas purpuratas desideret assumptione patritiorum suorum, qui virtute cæteros præcellunt*.

Scripsit Delphinus *Dialogos de rebus Naturalibus*
Dissertationes super Cornelium Tacitum in vita Agricolę
Super Salustium in coniuratione Catilinæ.
Tragedias quæ inscribuntur Cresus, Cleopatra, Lucretia, Medorus
Carmina plurima Italice.
Boreales ipsi dulci Musa delectati Delphini. *Cres.* tragediam typis dedere cuius.

S C E N A I.
Creso Solone.

Creso. O quanto mal si accorda

Di

Di Lidia il duro faro
Con l'Oracol d'Apollo. Ei pur mi diede
Alre speranze di feliec fine
Nella guerra con Ciro
Ma con diuersa è formidabil voce
Conrro lo scerrro mio, la mia Corona
Gli alri Oracoli soi manda Forruna.
Ella mi mostra chiara
Le mie ruine estreme. I prati verdi
De'Regni miei co'l sangue
Coloriscono i Fiori,
E gia purpuree in lor nascono l'erbe
Già nel fecondo suolo.
Il ferro, e il fuoco ostil mieton le biade
Già dentro ai Lidii fonti
Si bee l'aequa sanguigna
E del Pascolo già le bionde arene
Si veggono vermiglie,
E menrre l'onde al Mar porta in tributo
Vrta in monri d'estinti, e indietro corre
E nel mirar se stesso
Muraro in sangue inorridisec, e geme
Angusti sono i campi all'Orsa, e pocea
Per coprire i cadaueri è la rerra
Che i vomeri e gli aratri in van sospira;
E la man della Parca
Già si confessa stanca
Di rante vire nel troncar le fila.
Nell'vlrima baraglia
Le arrerite mie schiere
Adoprarono in vece
De la mano alla pugna, il pie alla fuga
E il vincitor superbo omai circonda
Questa già si temura, e inuirra Reggia.
Ma tutto è fral quando fa guerra il Fato,
Ch'è senza Alrari e Templi,
(e pur può tanto)
Perche i prieghi non ode
Le virtime non cura, i doni sprezza.
Solone Più volre dubirai, se co mortali
Habbian commercio i Numi
Col mezzo degli Oracoli, e se fissi
Tengono gli occhi in noi
Ma potenti ragioni
Pugnaron conrro i dubii, e fur vitrrici.
Creso. Auido son d'vdirle
E alle tenebre mie daranno lume
Onde anche in mezo a più feroci mali
Aprirò forse alla speranza il petto.
Solone. Contro la Prouidenza
Combarrea la mortale
Fragilità, ch'è tanta
Che al paragon di noi
Son forte l'aure, i fumi, i sogni, l'ombre,
Pareami che auuilita,
Troppo faria la maestà celeste
Se nel fango Terren l'occhio volgesse;
E nel vedere inuolta
L'humana sorte in nebbia densa, e oscura,
Onde Spesso si mira
L'empio felice, & infelice il giusto,
Temei, che Rè del Mondo il Caso fosse,
Mi parea fosse error del'uomo vano
Il Creder che per lui
Raggir in ranri Cieli e tante stelle,
E che per lui stando occupati sempre
Sranchin le stessi gli immorrali Numi,
Ma quando m'affissai nell'alre sfere,
E con eterni & ordinari giri
Le viddi fabricar, e pioggia e venro,
Calor, rugglada, e gello
Per far vscir dal sen della gran Madre
Alimento che basti
A A conseruar le cose nate in vira.
Quando viddi immorrali
Le specie tutte, ed osseruai che in vano
Insidia il Cacciator gli Augei, le Belue;
Il pescatore i pesci
Che ognor distrutti, ognor rende Natura
In modo che puo dir toman gli stessi.
Quando fermai della mia mente il guardo
In quell'alra virrù, ch'è cosi occulta,
Ma ch'è cosi potente.
A cui d'Anima il Mondo, il nome diede;
Che con arte diuina, e non intesa
E fabrica, e conserua
B Ogni cosa, che ha vira, e senso, e moto;
E che con ranta prouidenza à tutti
Gli Animali comparte
Quanto per l'esser lor, per la lor forte
Si richiede, e in oprar non è mai stanca;
Con l'intelletto mio cosi parlai,
Vna legge immorrale,
Vn'eterna ragion nel Mondo è inserta;
Che numera, che pesa, e che misura
Le cose rurre, e qual calor dà foco
Dalla diuinità deriua, e nasce,
Turro ella hà cura, e non ha parte alcuna
In ordine si bello il caso Cieco.
C Animal Sacro trà viuenti è l'huomo,
Dominaror di ciò che viue, e muore,
E solo adorator della suprema
Celeste Onniporenza.
Se dunque egli è capace
D'alra mente, e se il volto ei Solo volge
Alle stelle, e se a lui diede narura
Virrù si eccelsa, che con lei senz'armi
I leoni incatena,
E à piede asciutto arriua
Del veloce Delfin per l'onde il corso.
D E la fermar con l'arco
Le non Sicure in Cielo Aquile Altiere
E se la Deità di lui tien cura,
E Vuol che egli l'adori,
Mentre chiaro Si vede
Che da rurte le genti
Discordi à riti, ma concordi al fine
L'alta Diuinità si teme, e cole,
Creder si dee; che all'uom dia qualche seno
Della Sua prouidenza, e che discenda
Tal volta qualche lume
Dall'immortale, alla mortal natura,

E se fosse il predir del tutto vano
Non Sarian si famosi anc'hoggi in Terra
Eleno, Anfiarao, Mopso, e Calcante,
CR. Io pur così credei di ferma fede
Ver le Celesti voci
Diedi Constanti, e memorabil proue
E ne porta il mio cuor le piaghe aperte,
Ma Son contrari alle Speranze i casi.
Sol. Son gli oracoli oscuri,
Ma per difetto nostro
Non per colpa di lor l'acqua che viene
Da puro, e chiaro fonte,
Se passa per fangosa, e nerra Terra
Diuiene anch'essa pur fangosa, e nerra
Così i detti de Numi a loro Chiari
Quando entram nell'humana;
E tanto fosca mente.
Si fanno oscuri.
CR. E perche il Ciel se vuole
parlarci non ci dona,
Lume, ò raggio bastante
Onde intendere possiam le voci sue;
Sol. forse perche scopriamo
La debolezza nostra,
E deponiamo la superbia, o forse
Perche chiedon così gli alti misteri,
Con cui ferma, e discioglie
I Nodi suoi l'impenetrabil fatto.
Ma ben Creder si deue
Che non erran gli Dei, ne ci rincresca
Alla lor volontà chinar la fronte
Ma disperar non dei che i Numi sono
Facili alla pietà. Torna il sereno
Allor, che non s'aspetta: e quando i fatti
Fosser per te tutti crudeli, e senza
Regresso gli Astri, incontra i colpi ardito,
Che la virtù in chi cade il Mondo tutto
Sforza alla lode, e la viltà s'abborre,
Benche sia fortunata, Vn Rè caduto
Se non ha il cor costante
L'inimico destino
D'ogni accusa difende
E da ogni colpa la fortuna assolue.
CR. lodo i suoi detti; ma negar non posso
Che il pensar à cader da sì gran soglio
Non mi trafiga l'alma.
Sol. Ma se dritto si mira vn Rè che cade
Altro non perde che tormenti e doglie.
CR. Perde vn gran del Ciel chi perde il Regno.
Sol. Perde forse del Cielo vn gran Castigo.
CR. E pur tanto gli scettri apprezza il Mondo.
Sol. Grande è la turba che discerne poco.
CR. Regna pur soura i numi anche il gran Gioue.
Sol. Ma la fortuna soura lui no regna.
CR. Non è il seruire alla natura amico,
Sol. E l'imperar sol dalla forza nacque.
CR. Ma di natura è pur la forza dono.
Sol. La natura insegnò l'esser vguali.
CR. Anco l'vgualità perde chi serue.
Sol. Non serue Nobil cuor, benche sia seruo.
CR. La Nobiltà senza poter è vn nulla.
Sol. Non è senza poter chi hà l'alma grande.
CR. Nei casi auuersi, e rei s'abbassa ogni alma.
Sol. Anzi s'è grande più s'innalza oppressa,
CR. Se piacessero a tutti
Le cose intese, vn sol aspetto aurebbe
Nel Mondo il bello, e pur ad vno è vago
Ciò che difforme è a vn altro.
A te non piace, & a me piace il Regno.
Ma perche il Cielo ti spinse
In sì torbidi tempi in questa Reggia
Forse perche tu sia Medico all'alme
Mentre deggio impiegar contra la forza
A Del fortunato Ciro
Ogni pensiero, ogni opra.
Alle stanze tu va della Regina
Per consolar di lei,
E di Caira mia le amate doglie,
Ne men del muto figlio
Sordo alle voci, ma non sordo al duolo,
A lor porgi ti prego
Con parole soccorso, a lui con cenni.
Sol. Farò quanto è permesso
All'età mia senile,
Che al Vecchio l'Armi son la lingua e il senno.

Hęc pauca de celeberrimo doctissimoq. poeta ex-
B ponimus, vt habeas ab vngue Leonem.

Alia scripsit teste *Fr. Caro Clerico Regulari Somasca (t. 1. Philosophię p. 436)* non inuenusta præcipue Opus M.S. in quo Democriti Philosophiam *de vacuo rebus adsperso ad Poeticę Lyræ metrum vir ipse cordatissimus omniq. scientiarum numero absolutissimus cecinit*.

De eo lege Orationem funebrem Sebastiani Motis Canonici Vtinensis habitam die 23. Iulij *1699*. in Cathedrali Vtinensi.

Aliam orationem funebrem recitatam a D. Georgio de Martina, Vtini in Ecclesia S. Mariæ Magdalenæ 13. Augusti *1699*.

C De eodem *Christophorus Iuanouich* p. 93. Carminum suorum Italico Idiomate. *Donnoli* Odes suas ei dedicauit. *Piccinardus* pag. 77. & pag. 81. carminum suorum: *Fr. Perazzius* pag. 12. carminum suorum, Ad Emin. Io. S. R. E. Card. Delphinum Patriar. Aquileien.

Cui Sophia altrices Pietas, Te Patria Ciuem
Suspicit, Oraculum Roma Aquileia Patrem.

In effigiem Illustriss. R. R. Io: Delphini Patriarchæ Aquileiensis.

D *Effigiem spectas, simulacraq. parua Ioannis*
Claraq. vitalis exprimit ora color.
Corporis est index, animum pictura nequiuit
Fingere; id humanæ non erat artis opus
Ingenio suppone virum, cui terra fretumq.
Cælitum cuncta cui patuere plaga.
Cui se natura totus reseruauerit ordo.
Quiq. sciat quidquid discere non vetitum.
Cuius Nestoreas superet facundia vires
Meonium cantus gloria vincat opus.

Mo-

Moribus innocuis, nec culpæ obnoxius vlli
Qui sit, & vllius non probitatis inops.
Talem hominem muta si finxeris arte Ioannis
Delphino effigies æqua futura tibi est.

Ad eundem, qui vbique idem


In trabea magnus fueras, celsusq. Senator
Curia maiorem nec tulit vlla Virum.
Senserunt Leges, & patria iura Catonem,
Ac Venetus Cicero cum loquereris, eras:
At toga deseritur, Christiq. in castra migranti
Induit ingenuas infula sacra Comas
Et ibi par semper, nunquam & nisi maximus heros,
Mutatum est graduum conditione nihil.
Hoc virtutis opus, semper sibi constat, & omnes
A leuitate procul despicit illa vices.
In te fortunæ ius nullum, hæc omnia versat
Propositum tenuit mens tua semper idem.

Io: Bap. Nigronius de Ampugnano Corsus

Congregationibus adscriptus S. Tridentini Concilij; Examinis; Episcoporum; Indicis librorum Prohibitorum; Status Regularium; Visitationis Apo. comitiis adfuit Clementis IX. & X. Innocentij XII. sub quo obiit die 20. Iulii Sal. An. 1699. Vtini (metropolis hæc Fori Iulii) ætatis suæ LXXXII. B translato inde cadauere in insulam D. Michaelis, Congregationis Camaldulensium, iuxta Vrbem Venetam, vbi in tumulo quiescit gentilitio plenus *dierum in senectute bona*. Patria ipsa (cui in nouissimo bello Turcico ducatos bis mille contulit in subsidiū) lacrymas dante; ciues illi præcipue, ac magnates Foroiulienses, qui alternis appetiti dissidiis, ne duello in arena concurrerent, concordiam iurarunt & pacem Delphino interprete; qui in componendis agnatorum, & amicorum altercationibus Magister habitus, leges exemplo præscripsit. Aquileiensem namq. cum Annos supra 40. direxisset Ecclesiam (quod & mirandum) nullo vnquam est fatigatus dissidio cum suis Canonicis, vel diœcesanis. Morbo C cum laboraret pestilentiali diœcesis Vtinensis, & Aquileiensis, a suo minime deserta pastore sed auro fulta, & sacramentis munita, circumstat tumulum, & patrem reposcit amissum. Clerus Vtinensis orationem funebrem Dionysio dicatam Delphino in sede Aquileiensi successori, & nepoti ita clausit. *Mortuus est pater noster, & quasi non est mortuus, sibi enim similem reliquit filium post se.*

De eo scripsere F. Fiorelli Augustinianus lib. 2. c. 5. pag. 130. *de dictis & gestis memorabilibus Patritiorum Venetorum*, Sermone Italico. Sfortia Card. Pallauicinus gemina epistola *in pag.* 193. & 443. Fr. Frugonus epistola Latina ad Ducem Mirādulanum, quę inserta legitur libro, cui titulus *Ritratti Critici* pag. 666. & pag. 664. Idem Frugoni in suo *Epulone* pag. A 197.

32. *Dilectus quemadmodum filius Vnicornium.* 21. Psal. n. 6.



GVidobaldus de Thun nobilis Germanus, Studiorum peracto cursu tum Romæ in Collegio Germanico, cum in patria, ex Archiepiscopo Salisburgensi, Legatoq. nato, & sacri Imperii Principe, Presb. assumitur Card. proponente Cæsare, ab Alexandro VII. vltima Cardinalium promotione. Titulum GuidoBaldus non obtinuit, quia Romam haud venit. Adeptus purpuram; Archiepiscopatum etiam obtinuit Ratisbonensem, in vtraq. veri pastoris Ideam implens manu benefica erga pauperes, & literatos. Conuentui præfuit Ratisbonensi, iubente Cæsare, iuribus semper Ecclesiæ seruatis absq. vlla Cæsaris iniuria. Non diu tamen purpuræ superuixit: nam die 1. Iunii 1668. viribus fortis, ætate virilis, equi lapsu exanimatus tumulum subiit in Cathedrali Salisburgensi, nenias canente Cæsare cum Principibus, ac populis Germaniæ, quibus æque charus erat & amabilis.

Diaconi Cardinales.

33. *Veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me.* 68. Psal. 3.



ODoardus Vecchiarellus nobilis Reatinus Hyppolythi filius, Romam venit apud Marianum patruum V. S. Referendarium, vt illo in Mari suam & ipse expiscaretur fortunam, Referendariis primo, mox Clericis adscriptus Apostolicis: Auditor dein Generalis, ex Auditore Diaconus Card. *SS. Cosmæ & Damiani* assumptus ab Alex. VII. Anno 1657. ab eodemq. euulgatus die 5. Aprilis 1660. Ecclesiæ præficitur Reatinę, ob Cęli inclementiam contracta valetudine, licet Romam restitutus nunquam conualuit; vnde comitiis Clementis IX. non adfuit, sed die vltima Iunij 1667. ætatis 54. naturæ succubuit clamando; *Veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me.* Sepultus apud patruum in titulo Eudoxiæ, conditorio plumbeo, cum epitaphio.

Odoardus tit. SS. Cosmæ & Damiani S. R. E. Diac. Card.
Vecchiarellus
D *Ep. Reatinus obijt Romæ die vl. Iunij 1667. Æt. suæ 54.*

In eodem titulo cum patruo tumulum erexisset, notas adiecit sequentes.

D. O. M.

Mariano Petro Vacchiarello patritio Reatino
Referendario Vtr. Sig. Decano
Pro Sede Apo. per Annos octo & quadraginta
Varijs muneribus integerrimè functo

An.

An. Sal. MDCXXXIX. æt. LXXIII. è viuis erepto Odoardus Vecchiarellus Cam. Apo. Gener. Auditor Ex Hippolyto fratre nepos & Heres. M. P.


34. *Corona inclyta proteget me.*
4. Prouer. 9.



FRanciscus Maria Mancinus Pauli Luciæ filius ex Victoria Capoccia, seu Capoccina, Romę natus sanguine nobili, die 20. Octob. 1616. in Collegio enutritus Romano, post liberales artes, A iuri totus intentus ac laureatus; Anno ætatis 27. V.S. Referendarius, Interamnæ, Sabinæ, Tursiæ, Tuderti Gubernator, Causarum Quæsitor sub Antonio Barberino Ærarii præfecto, Signaturæ Gratiæ Votans, Congregationi de Bono regimine per Annos XV. à secretis, tandem Gallorum intercedente Rege Ludouico XIV. Diaconus Card. *SS. Viti & Modesti*, die 5. Aprilis 1660. dictus ab Alex. VII. vt rem gratam faceret Iulio Card. Mazarino, cuius soror Hieronyma Laurentio Mancino nupserat Francisci fratri, cum quo tres masculos procreauit, & quinque fœminas. Fran- B ciscum Mazarinus in pluribus arcanis ad fauorem Gallicæ gentis adhibuerat; ne pro extraneo Rex intercedere videretur, quemadmodum contigerat sedente Vrbano VIII. qui promotionem negabat Michaelis Mazarini eo quòd Rex eum ad purpuram nominaret, qui vel Gallicum ignorabat idioma. Propterea Iulius Mancino ea forsan adscribebat facinora, quæ nec ad Mancini aures vnquam peruenerant; ne Rex hominē postulare videretur ignotum: & quamuis Papa Mazarino non arrideret, quòd paci crederet aduersum; tamen ne Regem offenderet; in promotione Mancini consensit. Adeptus purpuram pinguia etiā Sacerdotia à Rege ob- C tinuit; videlicet Abbatias S. Martini Laudunensis, Ordinis Præmonstratensis; Casæ Dei. S. Luciani Bellouacensis; S. Petri Catalaunensis, ordinis S. Benedicti, Regi non ingratus, cuius causam, atq. factionem omni ardore promouit præcipue in comitijs Clemens IX. & X. in quibus si ab aliquo argueretur, redarguebat, *Corona inclyta proteget me.*

Patribus adscriptus S. Consultę, Boni Regiminis, signaturæ Gratiæ sedet non inutilis ad titulū Presb. translatus *S. Matthæi in Merulana*. Benignissime fouens, hospitio recipiens in domo paternam Accademiam *Humoristarum*.

35. *Deus docuisti me a iuuentute mea: & vsque nunc pronuntiabo mirabilia tua.*
70. Psal. 17.



ANgelus Celsus nobilis Romanus Hortensij filius Die natus 18. Septemb. 1617. emenso Oceano Iurisprudentiæ, laurea honestatus, ab Vrbano VIII. V. S. Referendarijs adscriptus, a secretis datus Congregationi de Bono Regimine, paulo post Rotæ Auditor Romanæ grande volumen edidit *Decisionum*, Republica plaudente literaria, propterea ab Innocentio X. Congregationi adiectus Immunitatis, Fabricę Capitolinæ Prefectus, Monti Pietati iudex datus cum iustitiam vbiq. plena manu administrasset iudicio grarii, cognitione profunda non tam legum quàm historiarum, politia cognitus, rebus agendis idoneus, constans, labris patiens, ab Alex. VII. Die 14. Ianuarij. 1664. Diaconus Card. *S. Georgij in Velabro* creatur, inter supremos Fidei Quæsitores assumitur, Congregationi Tridentini Conilij præponitur.

Comitiis adfuit Clem. IX. cui volumen suarum decisionum Romæ impressum, Anno Sal. 1668. dedicauit; ea ratione, quòd *Pontifex Fortunę publicæ arbiter esset, & iustitiæ vindex: unde omnia quæ Fortunæ aut Iustitię Rotam agitant vel exornant, quasi iure suo ad eum referenda vt causæ suæ instrumenta respondeant.* Sic in verbali oblatione illud Dei, accomodando Vicario eius; *Per me Reges regnant, & Legum conditores iusta decernunt. 8. Prouer. librum humilis ad pedes deposuit Pontificis. Comitijs etiam adfuit Clementis X.*

36. *Ille moritur robustus & sanus, diues & felix. Viscera eius sunt plena adipe, & medullis ossa illius irrigantur.* 21. *Iob.* 23.



PAlus Sabellus domicellus Romanus natus Sal. Anno 1623. ex Bernardo principe Sabello, & Maria Felice Peretta primogenitus, duorum Cardinalium nepos, gente quidem clarissima antiquo Romanorum prognata sanguine, quę de Ecclesia Romana promerita munus sustinet hæreditarium Marescalli S.R.E. cuia est Conclaue custodire, in D quo creantur Pontifices. Splendorem natalium opibus fulciuit atq. diuitiis iuste quæsitis, pręcipue ex coniugio sororis Francisci Peretti Card. Mōtalti cum Principe Sabello. Paulus itaq. a puero toga indutus clericali, Abbatia donatus S. Mariæ Clareuallensis apud Insubres, Clericus dein Cameræ Apo: breui Diac. Card. *S. Mariæ de Scala Die* 14. *Ianuarij* 1664. *Transtiberim*(diaconiam hanc Alex. VII. subrogauit extinctæ Diaconię *S. Mariæ Nouę*) pro eodem suffragante vltra meritum familiæ, venditionē

ne castri Ricciensis in gratiam Chilię familiæ . Æmiliæ Prouinciæ legatus dictus, munus subire non valuit, morte intercedente Alex. VII. graui populorum mestitia ob mores vere aureos istius Principis.


Comitiis adfuit Clementis IX. & X. sub quo ad Diaconiam translatus *S. Nicolai in Carcere*.

37. *Diaconi sint vnius vxoris viri*. 1. Timo. 3. n. 2.



LVdouicus de Vandomo, seu Vãdome Gallus ex Borbonia familia, nepos Regis Henrici IV. filius Cæsaris Vandomi Ducis ex Francisca Lotharinga, Francisci Gallicæ Classis magni Thalassiarchæ, & in Cretica expeditione Ducis Pontificij Generalis germanus frater, natu minor antequam cęlibatui nomen daret, Mercurii Dux, Prouinciæ Gubernator in matrimoniũ duxerat Victoriam Mancinam, Iulii Card. Mazarini ex sorore neptem; qua defuncta, veste indutus Clericali, rogante Rege Ludouico XIV. Cardinalibus adscribitur. Romã venit ad comitia Clementis IX. cui suffragatus insignia obtinuit cum Diaconia *S. Mariæ in Porticu*. In Gallias reuersus Legatus à latere, nomine Clementis IX. è Sacro fõte suscepit Delphinum Ludouicum XV. abluente Antonio Card. Barberino. Eodem fugens Legati munere nuptias neptis dispensauit cum Rege Lusitano, primas abrogando cum fratre natus maiore procreationi inepto. Inde Parisii vestitutus, Die. 6. Aug. 1699. exuuias posuit mortales; quando de eius virtutibus Orbis sperabat Catholicus.

38. *Ipse deludet illustres*. 3. Prouer. 34.



A ALoysius Guillelmus Moncada Aragonius, natu Siculus, Antonij III. Montis Alti Ducis, & in Paterniouis Principibus IV. Aurei velleris Equitis filius ex Catharina de Cerda Ioannis Aloysii Medinę Ducis genita natus An. 1614. ætatis suæ 15. regimen domus subiit paternæ; Francisco Glossani Comite fratre natu maiore immatura morte prærepto; Antonius eorum genitor sacris initiatus nomem dedit Patribus Societatis Iesu; Catharina mater inter Carmelitas Discalceatas S. Therese a Spiritu Sãcto assumpto nomine votum emisit Castitatis. Aloysius itaq. coniugio maturus, ad suæ conseruationem familię,
B Mariam Ferdinandi Henriquez de Ribera Ducis Acala vnicam filiam coniugem duxit, vnde & ipse Dux dictus de Alcala. Illa verò sine filiis premortua: secundas nuptias cum Catharina de Moncada Altonæ Marchionis filia celebrauit, ex qua liberis procreatis, vnus eorum superuiuit Ferdinandus Altenisettę Comes. Siciliam, Sardiniam, Valentiam ProRex Aloysius successiue rexit. Orator Extraordinarius a Philippo IV. ad Cæsarem destinatus, Regii stabuli Præfectus, Reginæ œconomus supremus, cubicularius honoris, Reginę matris Caroli
C II. mortua eius secunda coniuge, res abhorens caducas pietatis ergo vitam subiit Ecclesiasticam. vanitates declinans & illudens, ne ab ipsis illuderetur Rege nominante Carolo II. Diaconis adscribitur Cardinalibus, Bigamiam dispensante Rom.
D Pontifice. Comitiis adfuit Clementis IX.

V. Cancellarij S. R. E. sub Alex. VII.

Franciscus Barberinus Ep. Portuen. postea Ostiensis.

CLEMENS IX.
R. P. CCXL.

CLemens IX. Electus die 20. Iunij An. Sal. 1667. obiit die 9. Decemb. An. Sal. 1669. Eius adfuere comitiis.

Epiſcopi Cardinales.

Vrbani VIII.

1. Franc. Barberinus Ep. Oſtien. S. Collegii Decanus.
2. Martius Ginettus Ep. Portuen.
3. Antonius Barberinus Ep. Præneſtin.
4. Io. Bap. Pallotta Ep. Tuſculanus

A 5. Franc. Maria Brancarius Ep. Sabinus
6. Vldericus Carpineus Ep. Albanus.

Presbyteri Cardinales.

7. Henricus de Harrach tit. S. Praxedis
8. Stephanus Duratius S. Laur. in Lucina
9. Iulius Gabriellius S. Priſcæ
10. Virginius Vrſinus S. M. Angelorum.
11. Ceſar Fracchinetius S. IV. Coronat.
12. Hieronymus Grimaldus SS. Trinitatis
13. Carolus Roſſettus S. Silueſtri in Capite

Innocentij X.

14. Nicolaus Ludouiſius S. M. Tranſtyb.
15. Alderanus Cybo S. Pudent.
16. Federicus Sfortia S. Petri ad Vincula
17. Benedictus Odeſcalcus S. Onuphrii. Papa Innoc. XI.
18. Laur. Raggius S. S. Fauſtini & Iulittæ
19. Io. Franc. Paulus de Retz S. M. ſuper Mineruam
20. Aloyſius Homodeus S. Alexii
21. Petrus Otthobonus S. Marci. Papa Alex. VIII.
22. Laur. Imperialis S. Chriſogoni.
23. Gibertus Borromeus S. Io: & Pauli.
24. Marcellus Sanctacrucius S. Stephani in Cœlio
25. Io: Bap. Spada S. Marcelli
26. Franc. Albicius S. M. in via
27. Octauius de Aquauiua

Alex. VII.

28. Flauius Chiſius S. M. de populo
29. Scipio Ilcius S. Sabinæ
30. Hieronymus Farneſius S. Agnetis
31. Iulius Roſpiglioſius S. Sixti Papa. Clem. IX.
32. Hieronym. Bonuiſius S. Hieronymi Illyricorum

B 33. Antonius Bicchius S. Aug.
34. Petrus Vidonus S. Calliſti
35. Gregorius Barbadicus S. Thomæ in Parione
36. Hieronym. Boncompagnus S. Marcellini
37. Alphon. Litta S. Crucis
38. Nereus Corſinus S. Nerei & Achillei
39. Carolus Bonellus S. Anaſtaſiæ
40. Cælius Piccolomineus S. Petri in monte aureo
41. Carolus Caraffa S. Suſannæ
42. Palurius Palurius S. XII. Apoſtol.
43. Cæſar Raſponus S. Io: ante portam latinam
44. Nicolaus de Comitibus S. M. Tranſpontine
45. Iacobus Philippus Ninius S. M. de pace

C 46. Carolus Robertus ſine titulo
47. Iulius Spinula
48. Innicus Caracciolus
49. Io: Delphinus.

Diaconi Cardinales.

Vrbani VIII.

50. Raynaldus Eſtenſis S. Nicolai in carcere
51. Io. Stephanus Donghius S. Agathæ
52. Paulus Æmilius Rondininus S. M. in Coſmedin

Innocentii X.

53. Franc. Maidalchinus S. M. in via lata
54. Franc. de Haſſia S. Cæſarei
55. Carolus Barberinus S. Angeli in foro Piſcium
56. Carolus Pius S. Euſtachij.
57. Carolus Gualterius S. Pancratij.
58. Decius Azzolinus S. Adriani

D

Alex. VII.

59. Odoardus Vechiarellus SS. Coſmæ & Damiani
60. Iacobus Franſonus S. Mariæ in Aquiro
61. Franc. Maria Mancinus SS. Viti & Modeſti
62. Angelus Celſus S. Georgij ad Velum aureum
63. Paulus Sabellus S. M. de Scala
64. Ludouicus de Vandomo ſine Diaconia


Car-

Cardinales absentes.

Paschalis de Aragonia P. C. S. Balbinæ
Vrbanus Vice Comes sine titulo
Guidobaldus de Thum sine titulo
Aloysius Guillelmus Moncada sine Diaconia

Cardinales creati a Clemente IX.

1. *Non potest arbor bona malos fructus facere.* 7. Matthæi. 18.



IAcobus Rospigliosus Camilli & Lucretiæ Cellesiæ filius, Pistorij natus apud Hetruscos, familia nobili & prædiuite, die. 29. Decembris 1628. Religionem, pietatem imbibit a genitoribus, quos Sanctos dicerem, si viuentibus veneratio cōgrueret. Camillus Frater Clementis IX. R. P. audita fratris promotione in Romanum Pōtificem hoc vnum præstitit lætitię signū, largas eleemosinas pauperibus distribuere. Romam vocatus a fratre, nonnisi Magno Hetruriæ duce ascēdit impellente, vbi in munere Generalatus, & aliis officiis, quibus decoratus a fratre, Zelum expressit Angelicum, qua existimatione vt vixit, obiit apud Deum & homines. Innocentia non minori Lucretia Camilli mater Romam cum ascendisset, eam semper seruauit modestiam, quam in priuata fortuna. Deuota, pia, officiosa, fæminę quantum satis breui loquio sed ciuili se expediebat ab Oratoribus Principum & Cardinalibus, operibus misericordiæ semper intenta, præcipue subministrando alimoniam viduis, & virginibus orphanis, inter quas Deo euocante, animam expirauit, Roma tota in planctum conuersa.

Ex tanto stipite germinauit Iacobus, ęmulus Iulij Rospigliosi patrui sui qui in curia Romana; nomine veri Ecclesiastici cunctos excellebat, ab eodem in Hispaniam ductus in Salmaticensi Accademia Philosophiam audiit & Iurisprudentiam mira ingenii fælicitate, Poesi etiam delectatus Italica vsque ad inuidiam. Prudentia senili cum morum innocentia à natura exornatus, Cæsaraugustam declinante patruo Legato pro re graui, molem ipse totius legationis sustinuit. Romam reuersus, sedente Alex. VII. *Status* Secretarius delectus, Magister cubiculi datus Flauio Chisio Card. nepoti Alexandri VII. in Corsorum tumultu, missus ad Ducem Crequium in oppido S. Quirici, ita se gessit, vt & Romanæ aulæ approbationem retulerit, & magnus ei a Crequio indolem experto præclaram honos sit habitus. Rebus compositis, & Chisio Card. officii causa ad Regem legato, Iacobus premissus qui Regem de legatione edoceret. Cumq. arduę emersissent difficultates in obeunda legatione, ipse iterum, tertio ad Regem missus, eas omnes sua sustulit solertia. Legatione absoluta; ne Republica tanti viri ministerio vel ipse rerum gestarum testimonio careret,
A Apostolicus Internuntius Bruxellas mittitur apud gentes ob Heterodoxos conterminos, semper nutantes & de ecclesiastica Iurisdictione litem semper mouentes, ea tamen prudentia atq. constantia rem gessit, vt Sedis Apo. authoritatem auxerit potius, quàm diminuerit. Interim patrui ad Pontificatum assumpti accepto nuntio per tabellarium misso à M. Hetruriæ Duce, quinque millia Ducatorum Venetorum donauit, cum aureo torque valoris Coronatorum 500. vltra ducatos Venetos 250. pro expēsis itineris. Ascendit illico iubente patruo ad Regem Galliç, vt sereret sémina pacis, quæ paucos post mēses inter Gallos & Hispanos coaluit. Presb. inde Car. tit. *S. Sixti* dictus, die 12. Decemb. 1667. totiq.
B ecclesiasticæ ditioni præpositus, virtute sincera expectationi respondit, pristinam in tantæ dignitatis fastigio retinens humanitatem, comitatemq. erga cuiusuis generis homines, liberaliter omnes iuuando, in rebus publicis cum Principibus suaui dexteritate insinuando, Rempublicam pre oculis semper habendo, de suorumq. commodo minus cogitando. Hinc laboris cum patruo particeps, excitatis Principibus ad suppetias in Bello Cretico aduersùs Turcas, immissisq. triremibus ecclesiasticis Duce *Vincentio Rospigliosi* fratre suo, nepote Pontificis, quem Papa Cardinalem designau erat, si contra Infideles Vincentius arma strenue gessisset;
C cum accepit Cretam amissam, & Nepotem recessisse ante vrbis deditionem a Veneto factam, ob anticipatum recessum, morbo petitus lethali, cui etiam succubuit, vocatis ad se Cardinalibus, octo subsellia vacantia pari numero, noua promotione implenit, excluso nepote *Vincentio*, vt eo tempore, quo anima inter Deum & hominem, de humano egreditur ergastulo, laruis abiectis simulationis, nepotem argueret, puniret, consilia eius damnaret, eiusq. exemplo, & coercitione posteros erudiret; Rempublicam commodis præferre priuatis. Sententiam patrui fouisse Iacobum Cardinalem aduersùs Vincentium fratrem, est qui laudet: si tamen tantæ aucto-
D ritatis erat apud patruum, qui Iacobum Cardinalem quidem creauerat, titulo etiam concesso Cardinalis patroni, sibi tamen facultate reseruata suprema, vt Pontifex non tam nomine, quàm re appareret; insciùm quandoq. in grauioribus prætereundo Iacobum nepotem; qui in primordio Pontificatus, ęgre ferens consilio Pauli Stradæ Pontificem duci, interrogatus à Pōtifice, qualis de seipso sermo recurreret inter aulicos? *omnia laudant* (Iacobus respondit) *præter Paulum Stradam*, *qui gratia abusus Ponti-*

ficit, verba etiam offert venalia. Toruis oculis adiecit Papa. *Se admirari, quòd a proprij nepotis calumnia minister impeteretur fidelissimus. Strada vtilitatem augeri gaudemus ita quòd, solum Strada interpretarum sciat.* Quibus auditis Iacobus, inclinato capite recedens agnouit Pontificem magis, quàm Patruum veneraturum in posterum. Altera vice, cum Datario mandasset Clemens chirographos exarare ducentorum Coronatorum ad fauorem trium Cubiculariorum suorum; pensionq. vacasset Coronatorum 1300. scriptis chirographis, quartum obtulit Datarius ad fauorem Iacobi Rospigliosi, quem cum legisset Papa subiratus lacerauit, quòd se inscio nepos Iustitiã A vsurparet distributiuam, distribuitq. reliquum pensionis vacantis Cardinalibus Nino, Azzolino, ipsiq. Datario.

Indonata tamen non abiit Iacobi virtus, Basilicæ Archipresb. Liberianæ renuntiatus per resignationem Antonii Card. Barberini, ac præfectus Signaturæ Iustitiæ cum aliis dignitatibus, & Abbatiis, quibus viuere valeat more Principum, in breui Pontificatu collatis. Defuncto patruo, in Conclaui Apostolico inter multas difficultatum querelas clauum tenens, curauit vnum è paucis Cardinalibus, quos Clemens IX. creauerat, Pontificem renuntiari, videlicet Emilium Alterium nomine Clementis X. Electio si adpopulum spectasset B Romanum; nepos sedem patrui oppido commisset: Roma namq. quid in Iacobi regimine cum carpere non haberet, venerebatur vt patrem, Plebs, populus, Nobiles, Principes, Prælati vno ore in laudibus conueniebant Pontificis, eiusq. nepotis, Vrsini ad possessionem bonorum omnium restituti, quibus à Camera spoliati fuerant Apostolicæ: Gabellæ, vectigalia nomine exacta Reipublicæ, non à gabellariis, & publicanis, ad declinandas extorsiones in pauperes: Bonacursius Thesaurarius, solo Iacobi Cardinalis chirographo exemptus a reddenda ratione villicationis: Palatini omnes munere C aucti; domestici omnes annuo leuati subsidio: Fratres ipsi carnales in promotione præteriti Cardinalium, vt merito locus esset & præmio: Inimici ipsi exaltati, *Aquinus* præcipue qui iniuria attroci Rospigliosos insultauerat. Amici perchari deserti vt *Spinula* cuius anima velut alter Ionatas conglutinata cum anima Rospigliosi; promoto Castaldo, quem Iacobus minime diligebat, ea ratione quòd iste merito erga Ecclesiam fulgeret maiori: Auditoratus Cameralis, Clericatus, atq. Thesaurar. vacantium pretia supra ducenta Coronatorum millia, non in fauorem soluta nepotum, sed Cameræ Apostolicæ: harmonice resonabant, vt Iacobum Rospigliosum D supra hominem colerent.

2. *Ecce Gigantes gemunt sub aquis & qui habitant cum eis.* 26. Iob. 5.



LVdouicus Emmanuel Fernandez Portocarrero Hispanus Ludouici Comitis de Palma, Marchionis de Mõtesclaros de Castil de Vaiuela, de Almenara filius ex Eleonora de Guzman filia Marchionum de la Algaua, & Comitum de Theba, & de Ardalez. Subtutela educatus materna, adultiorem pene ingressus ætatem, Coadiutor datus Decanatus ecclesiæ Toletanæ, Antonio Fernandez de Portocarrero patruo suo & decano, maiora despiciens Archiepiscopatum scilicet Burgensem, & Episcopatum Giennensem à Philippo IV. sibi oblatos, patruo defuncto, in tenera adhuc consistens ætate, Decanatus se immiscuit administrationi: eodem tempore studia prosequens in Toletana Accademia, publicis, priuatisq. habitis disputationibus, lauream obtinuit Iurisprudentiæ, communi omnium suffragio. Eius merita præ oculis habens Philippus IV. Velaminis munere donauit, vulgo *Somiller de Cortina* nuncupato, inde regium Visitatorem Templi, & corporis D. Iacobi Hispaniarum patroni donis adorandi ditissimis destinauit; vacanteq. Toletano Canonicatu promouit. Mortuo Card. de Sandoual, Toletanæ Cathedræ possessionem iniit nomine Card. de Aragonia ProRegis Neapolitani eiusq. administrationem in ciuilibus, & Spiritualibus laudabiliter exercuit. Non longe, à Regina Catholica Regnorum tutrice & gubernatrice primo sacerdotio donatus in Regia Capella, Capitulo præfuit Generali Ordinis Hieronymiani, Regis nomine atq. Pontificis, suaq. forte contentus Annos vix agens 32. Archiepiscopatum recusauit Granatensem, donec ab eadem Regina ad purpuram nominatus, Die. 15. Augusti. 1669. a Clemente IX. assumptus Die 29. Nouembris euulgatus Romam venit ad noua comitia, ob mortem sui promotoris Clem. IX.) Die 19. Aprilis 1670. occurrente Hispano oratore, fereq. tota Romana nobilitate, cum curribus Cardinalium & Oratorum, Principum, Basilicam primo visitauit D. Petri, vbi oratione peracta, ad palatium acquieuit Hispaniæ. Comitia ingressus, creationem vrgere cœpit noui Pontificis, dieq. septima ab ingressu, magna sui nominis æstimatione Clementem X. nominauit, à quo insignia cum titulo *S. Sabinæ in monte Auentino* honestatus, Congregationibus adscriptus Episcoporum, Regularium, S. Officij, Concilij, Rituum; Gratiæ; a Regina verò ab mortem Cardinalis de Moncada Abbatis SS. Petri & Pauli de Stala; & S. Michael. Archangeli de Traina in regno Siciliæ Anno 16673. Comitiis iterum adfuit Innocentii XI. Alex. VIII. Innocentii XII. quo sedente, tantis dignitatibus ad longiorem vitam minime suffragantibus, Mundo excessit.


3. *Hunt*

3. *Ibunt de virtute in virtutem.*
8. Psal.



FRanciscus Nerlius patritius & Archiep. Florentinus, Friderici filius ex Constantia de Nobilibus, pietate, doctrina fulgens, quem ex V. S. Referendario & Montibus pecuniarijs Præfecto, mox secretioribus ad viros Principes epistolis efformandis assumpto, Episcopum A primo Pistoriensem, dein Florentinum Archiep. dixerat Innocentius X. eumdemq. Alex. VII. a secretis iterum accersiuerat, dum eodem in munere Annos octo supra decem versaretur, Presb. Card. tit. *S. Bartolomei in Insula* creatur à Clemente IX. Die 29. Nouemb. *1669.* Tantæ dignitati breui superuixit. Creato namq. Clemente X. Lithiasis morbo correptus interiit Die. *6.* Nouemb. *1670.* ætatis suæ. *75.* Romæ sepultus apud Florentinos, in sacello quod Petrus Nerlius germanus eius constrn xerat; vir de qualibet literatura meritus cum sacra cum prophana, vt nil scibile eius oculos subterfugeret; neq. aliquid proponeretur, quod Nerlio in- B uisum esset & incognitum.

4. *Prius blasphemus fui & contumeliosus & persecutor: sed misericordiam Dei sum consecutus, quia ignorans feci in incredulitate.*
1. ad Timo.




EManuel Theodosius a Turre ab Aruernia, Federici Mauritii Bullionii Ducis, Sedani Raucurtiiq. Principis filius ex Eleonora Febronia a Bergite C Comitissa, qua interprete Clementia Superna Bullioniam Domum è cæno heresis (in quam præceps sęculo præterito declinauerat) reuocauit. Ex hac familia, quæ suo sanguine tot Reges procreauit; Emmanuel nascitur die 24. Augusti 1644. filius Tertio genitus, & sub disciplina Abbatis Renati Sauage doctoris Sorbonici, postea Vaurensis Episcopi, literas humaniores, peritiam linguarum, Scripturam Sanctam, doctrinam Patrum, Theologica dogmata, Conciliorum notitiam, Historiam ecclesiasticam, magna Parisiensis Vniuersitatis admiratione cum D eum publice disputantem, Primum inter Principes viros Sorbona laureauit, quasi alterum Picum Mirandulanum; Eius in laudem perorantibus Archiep. Parisiensi Arduino de Perefix Regis Galliæ olim magistro; nec non Emmanuele Theodosio Academiæ Parisiensis Magistro: Hisce concertationibus literariis adstante Turenio magno illo Armorum magistro, cuius restitutionem in ecclesiæ gremium, Cardinali Emanueli Bullionio eius nepoti Orbis debet Catholicus. Eius itaq. virtus cum Aulæ non Gallicæ, sed Mundo percrebuisset vniuerso; Gallorum Rex Ludouicus XIV. apud Clementem IX. R. P. pro eius in Cardinalem assumptione institit sequentibus literis. *Si compertum haberem, reperiri posse in Regni mei finibus inter eos, qui se Ecclesiasticæ vitæ deuouerunt, qui cum pari natalium splendore maius præstetulisset Religionis studium, quique ecclesiæ rationibus magis esset idoneus, quàm consanguineus meus Dux Albretanus* (Nomen id erat Cardinali tum Abbati Trenorchiensi, & S. Audoini Rothomagensis) *illum ego potius quàm hunc nominarem ad dignitatem Cardinalitiam.* Regiis votis honorem ducens, annuere SS. Pontifex, die 5. Augusti S. Mariæ ad Niues sacro. *1669.* singulari creatione, publico indicto Consistorio (quamuis nefasta haberetur hęc dies ob acerbum Thomæ Rospigliosi nepotis Pontificii casum) humanissimus senex in eum finem, Cardinalium cætum haberi voluit; quòd domesticum detrimentum communi compensaret Ecclesiæ vtilitate. Clemente IX. Defuncto, comitiis adfuit creandi noui Pontificis, in quibus senili prudentia, doctrina sana & pia electionem suam ostendit factam Superis dirigentibus. Titulum *S. Laur. in pane & perna* cum obtinuisset a Clem. X. in Gallias abiit Abbas S. Vedasti, Magnus Franciæ Eleemosinarius à Rege dictus Christianissimo, cui honor annexus *Commendatoris Regiorum Ordinum*, cuius gratia opus habuit Regem sequi in expeditione Batauica, & in alias quatuor, quæ inde sunt consecutæ. In prima labore indefesso, & incredibili Religionis studio, trium fæderatarum Prouinciarum Templa lustrauit, purgauit, In quarta Canonici Leodienses summam ei Magni Præpositi dignitatem detulerunt. Mortuo Clemente X. Roma reuersus, quam in superioribus comitijs, in sui concitauerat admirationem, clariori virtutum pompa cumulauit, suffragatusq. Innocentio XI. à quo Presb. Card. dictus *S. Petri ad Vincula*, post absoluta comitia, in religiosa Ecclesiarum peregrinatione, & Bibliothecarum lustratione dies noctesq. insumpsit. Idem egit Venetiis, dum illuc pertransiret. Vidisses Principem, famosos illos Bessarionis in publica Bibliotheca reconditos percurrere Codices, ipsumq. se humi inclinare, vt inter pluteos requireret, sua manu in abecedario notare; literatos adse venientes non solum audire sed humanissime inquirere, de rebus reconditis interrogare. Heroinam nostri sæculi Helenam Corneliam Piscopiam Io: Bap. Cornelii Piscopiæ D. M. Procuratoris filiam Domi conuenit, sua donauit imagine, eiusdemq. Virginis secum ferens effigiem tulit in Galliam, Regi donauit Aphabriq. scalpello. Parisiis sculptam dono remisit; Literaria miscens cum ea colloquia, Gallice, Latinè, Gręcè, Hebraicè audientem vt audiit, iisdem respondens idiomatibus, quibus perfectissime callet Card. piam exhibuit Accademiam Religionis non fictæ, pietatis Sinceræ, virtutis verè ecclesiasticæ.

Congregationibus adscriptus S. Tridentini Concilii, Episcoporum & Regularium, Immunitatis Eccles.

Ecclef. & controuerfiarum Iurifdictionalium, Indicis librorum prohibitorum, Hæreticæ prauitatis, fiue S. Officii, Propagandæ Fidei, Signaturę Gratię Epifcopus Albanus, comitiis cum adfuiffet Alex. VIII. Innocentii XII. fub eo Anno fæculari 1700. tanquàm ProDecanus facri Collegii, Portam fanctam aperuit in ecclefia S. Petri, inde in Galliam reuocatus a Rege, incerta caufa ibi nunc degit non cuftoditus, fed obferuatus.

5. *Laudet te alienus, & non os tuum: extraneus & non labia tua.* 27. Prouer. 2.




ÆMilius Alterius Cardinalis creatus à Clemente IX. Die 29. Nouemb. 1669. nondum receptis infignibus Cardinalitijs, ob mortem fui promotoris; comitiis adeft pro creando nouo Pontifice, in quo ipfe inuitus affumitur nomine *Clem. X.* De eo lege vitam a me confcriptam.

6. *Propter hoc legem dabit delinquentibus in via.* 24. Pfal. 8.



CArolus Cerrus Romanus Antonii Caufarum patroni in vrbe filius, Romæ natus die 3. Septemb. 1611. veftigia infequutus paterna, Cancellos percurrens Iurifprudentiæ, patri Coadiutor datus in aduocatione Confiftoriali, Vaticanæ Bafilicæ Canonicus, Iuris Ciuilis Conclufiones coram facro Cardinalium Collegio, in aula magna Cancellariæ, doctiffime propugnauit. V. S. Referendarius, & patris fucceffor C in munere Auditoris Generalis, apud Francifcum Barberinum, huius nomine Vicarium geffit in Signatura Iuftitiæ. Anno ætatis 29. Salutis 39. Rotæ Auditor Romanæ, in aula Cancellariæ, Conclufiones expofuit Iuris Canonici, defenditq. Quantum in eo munere infudauerit? Decifiones teftantur ab eo emanatæ & typis datæ. Tempore procedente, eiufdem Tribunalis Decanus, Examinator dicitur Epifcoporum, Fabricæ prælatus S. Petri, Sacrorum Rituum Confultor, pro Canonizatione Sanctorum; abfente Antonio Card. Barberino ProCamerarius S. R. E. atq. Vicarius in aula Sapientiæ Romanæ, vtriufq. Iuris affumendo Candidatos. Se- D dente Alex. VII. Triumuir defignatus aduerfus peftem graffantem, Burgi Pontis, Parionis, Arænulæ regiones habens commendatas, poftpofito fuæ vitæ difcrimine, annonam omnem procurauit, quæ eius cura, tefte populo nunquam defecit. Tantis meritis obtinuit purpuram Presbyteralem die 29. Nouemb. 1669. à Clemente IX. cum Epifcopatu Ferrariæ, ac Vrbini Legatione. Ob mortem fui promotoris, comitiis adfuit Clementis X. fine titulo, a quo, die 19. Maii 1670. infignibus honeftatus cum titulo *S. Adriani*, in Epifcopatu & Legatione confirmatus, per triennium exemplo incorruptæ iuftitiæ. atq. pietatis excubauit; eo præcipue tempore, qua Terra motu concuffa, in fua Pifanrienfi refidentia, die 14. Aprilis 162. Feria V. Maioris hebdomadæ, manfit imperterritus, vires addens conteritis, ad leniendam Dei iram precibus & ieiuniis, Hoftia expofita Sacratiffima, quam ipfe nudis pedibus, longo tramite circumferendo, Chrifti imaginem miraculis fulgentem affidue per compita viarum, humeris geftando, In comitiis A creandi noui Pontificis, poft obitum Clem. IX. candidatus & ipfe fuffragia retulit propitia 23. licet poftea difsentiente Chifio, fpe ceciderit Pontificatus. Comitijs adfuit etiam Innocentii XI. Alex. VIII. fub quo obiit.

7. *Portio mea Domine, dixi cuftodire legem tuam.* 118. Pfal. 57.



LAzarus Pallauicinus patritius Genuenfis, Stephani Gallicani Ducis frater Mariæ Rofpigliofiæ Principis Zagarolæ B patruus Anno natus 1607. ex Decano Clericorum Cameræ Apoftolicæ, Annonæq. præfecto atq. ex Ædili, ad facram purpuram afsumptus à Clemente IX. die 29. Septemb. 1699. Legatufq. Bononienfis defignatus, Comitiis interfuit Clementis X. fine titulo, a quo infignia recepit cum titulo *S. Marię in Aquiro*. Bononiam veniens totius vrbis plaufu legationem tractauit, vt ex fequenti infcriptione pofita ad dexteram ianuæ maioris S. Petronii.

Lazarus tit. S. Mariæ in Aquiro S. R. E. Presb. Card. Pallauicinus.

Ne in hac ... legatione erga viuos tantum clemens, integ... & munificus fuiffe videretur, ea plaufu incredibili abfoluta, ipfos quoq. defunctos fuæ pietatis habere voluit affertores: Dum Antoniotti Pallauicini cenotaphium in amplificatione huius Bafilicæ, iampridem reliquit Anno Sal. MDCLXXVII.

In Bafi fequentia leguntur characteribus aureis.

Antoniotto Pallauicino

Patritio Genuen. Protonot. Apo. Ingenio, bonarum artium cognitione Maium fauitate præftanti Cyprianus fratri benemerenti P. C. Vixit Annos XXVII. Obijt MDCXXVII.

In Stylobata

Virtus non timet quod facit.

In æde etiam publica verfus Horrollogium, fequentia leges.

Laza-

Lazaro Cardinali Pallauicino

Bononiensi legatione optimè perfuncto, quod publica angustum commoditati. Hoc subdiale podiolum in ampliorem adauxerit formam, Antiani & Conf. quinti bimestris Anni MDCLXXIII. Mutuo operis effectu; Principi integerrimo memorem obligationis lapidem PP.

Huius operis expensas cum subiissent Antiani Conf. ipseque Legatus, *Mutuo operis effectu* positis verbis exprimi voluerunt.

In platea etiam versus portam Rauegnanam, subtus statuam marmoream S. Petronii, sequentia leges. A

Marmoreum D. Petronij simulacrum

Quod hic collocandum Eminentiss. Card. Lazari Pallauicini, Bononiensem Legationem felicissime tunc gerentis, munificentia exculpti, Idem nunc absolutum Marchio Balliuus & Senator Ferdinandus Cospius tāti Principis mentem impleturus; drappersiorum tradidit Vniuersitati, quæ supositam basim ære proprio construi curauit Anno Sal. MDCLXXXIII.

Plura tamen in ea legatione passus, plebem præcipuè furentem quum ob agrorum sterilitatem, conatus pondus ac mensuram panis diminuere minime conueniente Senatu, licet in eo Legatus verba fecisset; populus irruit armatus, Legatum impetens con tumeliis atq. lapidibus vltra progredi a tormentis atq. militum phalange prohibitus donec interprete Nobilium Ordine, conquieuit populus libertate restituta, quam conuellere voluisse accusabatur Legatus, cum dissentientibus Antianis, tentauit solus pondus panis diminuere. Habet enim Bononiæ ciuitas ex pacto cum Paulo V. R. P. *quod statuta loquentia de Arbitrio & Iurisdictione, & potestate Magistratuum dictæ ciuitatis seruentur. Et quod nullus dictorum Magistratuum possit aliquid deliberare sine consensu Legati, vel Gubernatoris. Et similiter quod D. Legatus vel Gubernator non possit aliquid deliberare sine consensu Magistratuum deputatorum ad regimen dictæ ciuitatis* &c. discrimine agitatus Legatus votum vouit B. Virgini, si saluus emergeret, Altare ędificandi in eius honorem, cuius gratia duodecim millia legauit Coronatorum quę per Bononienses exacta multum contulerunt ad erectionem Ecclesiæ, quam à fundamentis excitarunt in honorem Imaginis B. V. a D. Luca depictæ. Comitiis adfuit Clementis X. Innocentii XI, sub quo obiit.

8. *Bonum & necessarium putaui & ipse aliquam addere diligentiam, & laborem interpretandi librum istum: & multa vigilia attuli doctrinam, in spatio temporis ad illa, quæ ad finem ducunt librum illum dare, & illis qui volunt animum intendere, & discere quemadmodum oporteat instituere mores, qui secundum legem Domini proposuerunt vitam agere.* Prolog. in Ecclesi.



IO: Bona de Monte Regali in Subalpinis Italiæ, nobili genere ortus S.D. Anno 1609. Annum agens XV. ętatis, Ordinem ingressus Cisterciensem in arctiori congregatione S. Bernardi, vestigia repetens Monachatus antiqui, post aliquot Monasteriorum regimina, tum Vniuersæ Congregationis exacto trienio in solitudinem redijt, Theologię intentus Asceticæ, vt soli Deo vacaret. Veruntamen ab Alex. VII. reuocatus in Vrbem, & iterum Abbas Generalis Congregationi præpositus, septennio munus seruata semper disciplinæ exercuit austeritate. Eodem tempore, inter Pontificis familiares, ac inter Consultores Congregationum, Indicis, Sacrorum Rituum, S. Inquisitionis, tandem a Clemente IX. Die. #19. Septemb. 1669. post vitam Annis 45. summa quiete in Claustris peractam, Anno natus 60. nil tale nogitans, ac prorsus inuitus ad Cardinalatum euehitur. Electioni adfuit Clem. X. sine titulo, à quo titulum nouiter institutum obtinuit *S. Bernardi ad Thermas Diocletiani*, scripsitq. librum asceticum valde vtilem, cui titulus *Institutio Vitę Christianę*. B

die 29. 9bris 1669. non 19. 7bris prout asserit Author

Rerum Liturgicarum quem stylo ferręo impugnarę non formidauit Franciscus à S. Augustino Macedo Lusitanus, Ordinis S. Francisci opusculo typis dato, cui titulus *Azymus Eucharisticus*. C

Vixit Romæ magna suis nominis celebritate vsq. ad Annum Salutis 1674. ætatis 65. Vitæ Monasticæ instituto semper retento in Odęo sepultus præfatæ ecclesiæ inter Monachos gregarios, cum sequenti epigraphe.

D. O. M.

Io: Bona Pedemontanus Cong. S. Bernardi Monachus
Et huius ecclesię translato huc titulo S. Saluatoris in lauro
Primo Presb. Card.
Viuens sibi posuit.
D *Obijt An. M. DC. LXX. IV. Die XXVIII. Octob. Æt. suę LXV.*

9. *Populi autem non videntes, & non intelligentes, nec ponentes in præcordijs talia quoniam gratia Dei, & miſericordia eſt in ſanctos eius, & reſpectus in electos illius.* 4. Sap. 14.



BOnaccurſius Bonaccurſius in oppido natus Montis Sãcti apud Picentes, cuius gentis fuit Antonius de Monte Sancto, de quo in conſilijs Angeli de Peruſio; & Puccius de Monte Sancto qui aduerſus A Guelfos fœdus init cum Ioanne V. Comite, Anno 1355. vel vt ad ſuæ familiæ gloriam interpretantur Philipaccius de Bonacurſio de Monte Sancto. Ad teſtimonium nobilitatis Bonaccurſiæ, diploma producunt Viterbii datum, die XI. Idus Martii 1257. ad Fratres Minores de Monte Sancto, in quo mentio honorifica de Bonaccurſijs: Epiſtolam etiam Communis Maceratæ, Anno 1421. ſcriptam Nicolao Nobili Bonaccurſio de Monte Sancto Poteſtatis dignitatem ei offerendo. Ex his natalibus ortus Sal. Anno 1622. Peruſium venit Bonaccurſius pro diſciplina, adeptuſq. Iuriſprudentiæ lauream, Romam aſcendit communem patriam ferro inermis & auro cum lorica virtutis, vnde Clericatum ſubijt Cameræ Apo: Miſſus ab Alex. VII. cum Imperio Commiſſarius in prouinciam Patrimonii, vbi Peſtis graſſabatur, aſſiduis laboribus ac vigiliis excubans pro ſalute populi, etiam cum proprio vitæ diſcrimine, munus Annonarum Commiſſarii; & Annonæ Præfecti meruit adminiſtrare. Flauium inde Chiſium in Gallias proficiſcentem, honoris gratia proſequutus, vniuerſæ familiæ Moderatoris titulum obtinuit. Legatione abſoluta, Præfecturam habuit Generalem Ærarii Apoſtolici, quæ ad purpuram gradus eſt proximus: propterea in promotione vltima facta à Clem. IX. cum ſex aliis viris, ad titulum euectus Presbyteralem *S. Mariæ a Scala* comitijs adfuit Clementis X. ſub quo, procurante Cardinali Alterio, Legatus Bononienſis (hæc legationum omnium diriſſima atq. grauiſſima) nimio rigore incedens etiam aduerſus Principes familiarum, quæ ſine capite abiere diſperſæ; vnde de eo vnicam Bononienſes permiſere memoriam in arcu porticus S. Lucæ quam ipſe erexit.

Clemente X. Pontif. Max.

Bonaccurſius S. R. E. Card. Bonaccurſius
Bononiæ de latere Legatus
Singulari Ciuium erga B. Virginem pietati
Eleganti hoc fornice præiuit, An. Sal. 1675. Legation: II.

Sub eius legatione, populi repetito tumultu, cum Bononię furerent; Romam aſcendente Legato ad comitia futuri Pontificis, Nobiles ſua vigilantia, & fidelitate quietem reſtituerunt Bononiæ obiit non ſine veneni ſuſpicione, magna pompa B deductus in eccleſiam, ridente populo, & quaſi inſaniente præ lætitia. Tumulo exceptum temporario, in eccleſia ſubterranea S. Petri, ſtercore, luto, accenſis candelis appenſis paſquillis irriſerunt: propterea per plures hebdomadas mandauit Magiſtratus fores occludi illius eccleſię, donec quieſceret populus. Obiit Die 18. Aprilis. 1678. hora 21. Sacramentis rite procuratus & populo benedicens iniuſte inſultanti. Vnde de eo cum Pſalmiſta. *Eripies me de contradicentibus populi.* 17. *Pſal.* 44. C

Diaconi Cardinales.

10. *Altiora te ne quæſieris, & fortiora te ne ſcrutatus fueris: ſed quæ præcepit Deus, illa cogita ſemper, in pluribus operibus eius ne fueris curioſus.* 3. Eccleſ. 22.



LEopoldus Medices Florentinus Ferdinandi II. Ætruriæ Ducis frater, Coſmi II. ex D Maria Magdalena Caroli Archiducis Auſtriæ nata, in lucem datus die 6. Nouembris 1617. ſcientiis omnibus inſtructus, literatorumq. Męcenas; Diaconus Card. aſſumitur à Clemente IX. die Lunæ 12. Decemb. 1667. promotione prima etiam a Magno Duce minimè rogatus. Romam venit die 13. Martii 1668. pompa regali, præmiſſo equitatu a porta Flaminia ad Quirinale in publico Conſiſtorio pileum accepit Cardinalitium cum Diaconia *SS. Coſmæ & Damiani*, tranſlatus poſtea ad *S. Mariam in Coſmedin*, bonorum omnium promotor præcipue literatorum, quorum ipſe iudex legitimus, inquiſitionem quærere ab externis opus non haberet. Comitiis adfuit Clementis X. Diaconiam reparauit, vt ex epigraphe, quam grati appoſuere Canonici.

Memoria æterna

Princ. Leopoldi Card. Medices
Quòd hanc ſuam Titularem eccleſiam
Ab Eug. IV. ſuppreſſam, & à Leone X. reſtitutam
Magnifice reſtaurauerit.
Archipresbyter & Canonici
Hoc grati animi argumentum poſuere: D. *An. M. DC. LXXI.*

In patriam reſtitutus, vel incumbens literariæ, Hiſtoriam ſacram, Mathematicam reuoluens, cum plura quæreret, hoc vnum inuenit, ſe hominem eſſe, deſcedens in ſepulchrum.

Romæ dicitur ſepultus & ibi obiiſſe ex epitaphio, quòd in eccleſia P. Cappucinorum legitur.

D. O. M.

D. O. M.


Leopoldus ab Hetruria S. R. E. Diaconus Cardinalis Medices, Cosmi Secundi, & Maria Magdalena Austriaca Magnorum Ducum Hetruriæ filius.

11. *Verbum dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos: & lingua eucharis in bono homine abundat.* 6. Eccl. 5. A



Sigismundus Chisius Senensis, Augusti filius nepos ex fratre Alexandri VII. R. P. ex Francisca Picolominea, natus die 19. Augusti 1649. decennis Romam delatus, sub educatione patrui etiam inter curas Pontificias, literis, moribusq. instructus, ordini adscriptus Hierosolymitanæ militiæ, Vrbis assecutus Prioratum B à patruo; à Clemente verò IX. Alexandri VII. successore, gratitudinis ergo, vnà cum Iacobo Rospigliosio, die 12. Decemb. 1667. Diaconus Card. assumptus *S. Mariæ in Dominica*, Annum agens ætatis XIX. pluribus adscriptus Congregationibus S. Concilii, Indicis, Sacrorum Rituum, Clanarum: à Clemente X. Indulgentiarum, rerum Consistorialium, Signaturæ Gratiæ, quibus magno Reipublicæ Christianæ fructu incubens, reliquum temporis studio C impendit S. Patrum, & historiæ ecclesiasticæ. Ferrariæ Legatus, quo iuniorem nunquam ciuitas illa sustinuit, ordinem nobilium, ac popularem, morum suauitate, iustitia, prudentia adeo sibi deuinxit; vt prorogationem legationis exposcere omnino vellent à Summo Pontifice, sed Chisio renuente nil actum. Comitiis adfuit Clementis X. Innocentii XI. sub quo obiit.

12. *Videte quoniam non solum mihi laboraui, sed omnibus exquirentibus veritatem.* 24. Eccles. 47.



Nicolaus Acciaiolus Florentinus Octauiani filius ex Maria eiusdem cognominis natus. An. 1631. in Collegio enutritus Romano studio absoluto Iurisprudentiæ inter aulicos Cardinalis adscriptus Medicei arcana edoctus Politices, Clericatum subiit Cameræ Apo. ab Innocentio X. Ab Alex. VII. Armorum Commissarius electus, ab eodemq. Auditoratum obtinuit Generalem eiusdem Cameræ, (vt solet) quo munere dum fungeretur, Diaconus Card. creatur à Clemente IX. die 29. Nouemb. 1696. *SS. Cosmæ & Damiani*, vnà & Legatus Ferrariensis.

Ferrerã familiã sunt qui eãdẽ faciãt cũ Acciaiola, vel Acciaiolæ germẽ Ferrerã pingunt. Quid ad nos? gesta scribimus personarum, non originem familiarum. Si quis Gentis nobilitatem inquirat, Villanum, Admiratum, Centuriam Imaginum Illustrium, Pium II. *in Commentar.* Ferrantem a Marra *de famil. Neapol.* Platinam *in Clem. IV. Vrb. V. Pontif. IX.* Aretinũ *H. Florent.* consulat apud quos, sex occurunt Cõfalonerij Florentiæ, huius familiæ; In Græcia sex Principes Athenarum, Thebarum, Corinthi; Neapoli tres M. Siniscalchi; in Sicilia tres Proreges; in Africa Dardanus totius Regni gubernator; Romæ sex Cardinales familiæ Ferreæ. Omnia in cinere; sola superest virtus Marte quærenda suo.

Comitiis cum adfuisset Nicolaus Clem. X. Innoc. XI. Alex. VIII. Innoc. XII. Cõgregationibus adscriptus S. Trid. Concilij, Sacræ Consultæ, Episcoporum & Regularium, Indicis Librorum Prohib. status Regularium, Viarum, Visitationis Apostolicæ, Episcopus Tusculanus, Romæ vitam custodit exemplarem, studiosos promouens, quorum lucubrationibus oblectatur.

ViceCancellarij S. R. E.

Franciscus Barberinus Ep. Card. Ostiensis.

CLEMENS X. P. R. CCXLI.

Electus Die 29. Aprilis. 1670. Obijt Die 22. Iulii. 1676. Eius adfuere comitiis

Episcopi Cardinales.

Vrbani VIII.

1. Franc. Barberinus Ep. C. Ostiensis. S. Collegii Decanus V. Cancellarius. Romanus
2. Martius Ginettus. Ep. Portuensis Vicarius Papę, Veliternus
3. Antonius Barberinus Ep. Pręnestinus, Archiep. Rhemen. S. R. E. Camerarius. Signaturæ Breuium Pręfectus. Romanus.
4. Franc. Maria Brancatius Ep. Tusculanus, Ep. Viterbien. Neapolit.
5. Vldericus Carpineus Ep. Albanus. Vrbinaten.
6. Iulius Gabrielus Ep. Sabinus, & Reatinus. Romanus.

Presbyteri Card. 48.

7. Virginius Vrsinus tit. S. Laur. in Lucina Prior Presbyterorum Romanus.
8. Raynaldus Estensis tit. S. Pudentianę. Mutinensis.
9. Hieronymus Grimaldus SS. Trinitatis in Monte Pincio Aquensis: Genuensis
10. Cæsar Facchinettus S. IV. Coronatorum. Ep. Spoletanus. Bononiensis.
11. Carolus Rosseus S. Siluestri in Capite Ep. Faventinus Ferrariensis.

Innocen. X.

12. Alderanus Cybo S. Praxedis Ep. Æsinus
13. Federicus Sfortia S. Petri ad Vincula. Romanus.
14. Benedictus Odescalchus S. Onufrii. Comensis.
15. Marcellus Santacrucius S. Stephani in Cælio. Ep. Tiburtinus. Romanus.
16. Laur. Raggius SS. Quirici & Iulitæ Genuensis.
17. Io: Franc. Paulus Gondus tit. S. Marię super Mineruam, de Rete nuncupatus. Gallus.
18. Aloysius Homodeus S. Alexii. Mediolanen.
19. Petrus Otthobonus S. Marci Venetus
20. Laur. Imperialis S. Chrysogoni. Genuensis
21. Gibertus Borromeus S. Io: & Pauli. Mediolanensis.
22. Io. Bap. Spada S. Marcelli; Lucensis
23. Franc. Albiccius S. Mariæ in Via. Cesenatensis.
24. Octauius de Aquauiua tit. S. Cęciliæ. Neapolitanus.
25. Carolus Pius. tit. S. Priscæ Ferrarien.

Alex. VII.

26. Carolus Gualterius tit. S. Eusebii. Vrbeuetanus.
27. Flauius Chisius tit. S. Marię de Populo Archip. Basilicę Lateran. S. R. E. Bibliothecarius; & Signaturæ Iustitię Præfectus. Senensis.
28. Scipio de Elcio tit. S. Sabinæ. Archiep. Pisarum, Senensis.
29. Hieronymus Bonuisius tit. S. Hieronymi Illyricorum. Archiep. Lucę, Lucensis.
30. Antonius Bichius tit. S. Marię Angelorum. Ep. Auximanus Senensis
31. Petrus Vidonus tit. S. Callisti. Cremonensis
32. Gregorius Barbadicus tit. S. Thomæ in Parione. Ep. Patauinus. Venetus.
33. Hieronymus Boncompagnus tit. S.S. Marcello & Petri Archiep. Bononiæ Bononiensis
34. Alphonsus Litta tit. S. Crucis in Hierusalem Archiep. Mediolanen. Mediolan.
35. Nerius Corsinus tit. SS. Nerei & Achillei. Legatus Ferrarien. Florentinus
36. Carolus Bonellus tit. S. Anastasiæ. Romanus.
37. Cœlius Piccolomineus tit. S. Petri in Monte Aureo. Senensis.
38. Carolus Carafa tit. S. Susannæ Legatus Bonon. Neapolitanus.
39. Palutius Palutius Albertonus Alterius tit. Basilicę XII. Apo. Ep. Montis Falisci. Romanus
40. Cæsar Rasponus tit. S. Io: ante portam Latinam: Legatus Vrbini. Rauuennas.
41. Io: Nicolaus de Comitibus. tit. S. M. Transpontinę Ep. Anconitanus. Romanus.
42. Iacobus Ninus tit. S. M. de Pace. Senensis.
43. Iulius Spinula tit. S. Martini in Montibus. Genuensis
44. Carolus Robertus tit. S. M. in Ara Cæli Legatus Romandiolæ. Romanus
45. Vitalianus Vicecomes tit. S. Agnetis. Mediol.
46. Innicus Carraciolus tit. S. Clem. Archiep. Neapol.
47. Io: Delphinus tit. S. Saluatoris in Lauro. Patriarcha Aquileien. Venetus.

Clem.

Clem. IX.

48. Iacobus Rospigliosus tit. S. Sixti. Archip. S. M. Maioris. Legatus Auenionensis. Signaturæ Gratiæ Pręfectus. Pistoriensis.

49. Emanuel Theodosius Buglionus. tit. S. Laur. Panisperna.

50. Renatus le Sannage Presbyter diac. Constantien.

Ludouicus de Porto Carrero. tit. S. Sabinæ. Hispanus.

51. Franciscus Nerlius tit. S. Barthol. in Insula. Archiep. Florentiæ, Florentinus

52. Carolus Cerrus tit. S. Adriani. Romanus.

53. Lazarus Pallauicinus tit. S. Mariæ in Aquiro Ianuen.

54. Io. Bona Congreg. D. Bernardi Ord. Cistercien. tit. S. Bernardi. Pedemontanus.

A

Diaconi XII.

Innoc. X.

55. Franc. Maidalchinus Primus Diaconus, S. M. in Via lata Viterbiensis.

56. Fridericus de Hassia S. Agathæ. Germanus

57. Carolus Barberinus S. Cęsarei. Archipresb. Basilicę S. Petri. Romanus.

58. Decius Azzolinus S. Eustachii Firmanus

59. Iacobus Fransonus S. Pancratii. Ep. Camerini Genuen.

Alex. VII.

Franciscus Maria Mancinus SS. Viti & Modesti. Romanus.

60. Angelus Cellus S. Angeli in foro Piscium, Romanus.

61. Paulus Sabellus Perettus S. Nicolai in carcere. Romanus.

62. Leopoldus Medices S. Mariæ in Cosmedin. Florentinus.

63. Sigismundus Chisius S. M. in Dominica. Senensis

B 64. Nicolaus Acciaolus S. S. Cosmę Damiani. Florentinus.

65. Bonacursius Bonacursius S. M. de Scala. Maceratensis.

66. Lazarus Pallauicinus Cardinalis... sine titulo.

77. Æmilius Alterius Card... *sine titulo* in Papam creatus nomine Clementis X.

Cardinales absentes

Guidobaldus de Thun Archiep. Salizburgensis. Card. S. R. E. *ex Clem. IX.*

Odoardus Vecchiarellus Card. Diac. SS. Cosmæ & Damiani.

Cardinales creati a Clem. X.

1. *Etenim benedictionem dabit Legislator, ibunt, de virtute in virtutem.*
83. Psal. 8.



Camillus de Maximis Romę natus Sal. Anno 1620. Die 20. Iulii, natalibus clarus, impubes adhuc nomen dedit Ecclesiæ, cuius voto munera publica subiit cum laude. Clericus inde dictus Cameræ Apostolicę Nūtius abiit Apo. ad Hispanos, cum quibus iurgia passus grauissima, de quibus etiam *lib. 4. Monarchię Occidentalis c. 3. de Iustitia* adnotaui; præcipue cum eius familiaris carceri datus: querenti & obstrepenti Legato, contra Ecclesiasticæ iura immunitatis, a curia sæculari mancipari, cum respōderet Aloysius de Harros primus a secretis Philippi IV. *Sontem esse, propterea iure teneri:* replicanti Legato incompetentiam fori, & minanti se recessurum, ni sibi restitueretur captiuus: finem fecit Hispanus, aiendo: *Dominatio sua R. R. ad libitum pergat, noua enim aperientur valuæ, si veteres non sufficiant. Stabit enim Hispania sine Legato; at non sine iustitia.* Accessit postea; vt cum pro totius Christiani Orbis salute, Gallorum Hispanorumq. componere simultates conarentur concordes Legatus de Maximis, atq. *Dominicus Cianus* corrupto vocabulo *Zane*, apud Hispanos Venetorum orator; paci inuido Fato, vel mortalium superbia, Fatorum reuoluta serie, pacis arbitrium sibi soli vsurpare Romanus blandiretur Legatus, inscio Veneto clandestinas Gallo obtulit inducias, Gallo ipso indignante; atq. conuenire recusante, Veneto non certiorato Oratore; cuius questus cum ad aures peruenissent Alexandri VII. R. P. Legatum suum Romam reuocauit, vbi otiosus substitit toto tempore Pontificatus Alex. VII. & Clementis IX: post cuius obitum, Gubernator dictus Conclauis, in quo exaltatus fuit Clemens X. fuit ab eodem, Cubiculo prefectus Pontificio; Die postea 21. Decembris 1670. Cardinalium promotione prima Presb. Card. dictus. Studiū illi pręcipuum adornare Musęum, vnde conuersatio eius semper cum viris literatis, & Artium peritis, Antiquariis, Pictoribus, Sculptoribus, cæterisq. Reipublicæ literariæ meritis; vnde eius domum Athænas dicas rediuiuas. Comitiis adfuit Innoc. XI. sub quo obijt Romæ, sepulchro exceptus

C

D

ptus; en ilitio, in Basilica Lateranensi, sub crypta galero signata Cardinalitio.

2. *Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet.* 11. Isaiæ 1.



GAspar de Carpineo Romæ natus Sal. Anno 1615. Die 8. Maij Vrbino oriundus agnatus Vlderici Cardinalis de Carpineo senioris sub Vrbano VIII. studijs incubuit, & morum honestate Clementem X. sibi conciliauit, A cuius affinis; ab eo ad Pontificatum assumpto in aulam vocatus, & grauissimo munere honestatus Datarij Apostolici Die 21. Decemb. 1670. Presb. creatur Cardinalis tit. *S. Mariæ Transtyberim*. A secretis assumptus, & regimini natus expertus, ipsa plaudente Republica literaria, de qua optimè meritus, Vicariam gessit Romanam, Congregationibus adscriptus S. Tridentini Concilij, Rerum Consistorialium, Congregationi Episcoporum & Regularium præfectus Collega in Congreg. examinis Episcoporum, Immunitatis Eccles. Indicis librorum prohibitorum, S. Officii, Residentiæ Episcoporum, Riparum, Rituum, Signaturę Gratiæ, Status Regularium, Sacrorum Cleri, Populi Romani, Visitationis Apostolicę. Comitiis adfuit Innocētii XI. Alex. VIII. Innocentii XII. cui a secretis assumptus arcana dirigit Pontificatus, ita tamen vt magis amari studeat, quàm metui. Etsi interdum seueritate opus sit, paterne incedat non dominice. Quò respicit Isaias dicens: *Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet*: Floris suauitate, virgæ temperans asperitatem; vt vna eadem virgula florida & vulnus præbeat, & vulneris remedium.

Promotio secunda Cardinalium facta a Clem. X. die 22. Februarij 1672.

PEtrus Bonzius Archiep. Tholosanus Florentinus.

FR. Vincentius Maria Vrsinus Dux Grauinæ Dominicanus.

D. Bernardinus Gustauus Adolphus Monachus S. Benedicti Germanus.

3. *Legatus Fidelis sanitas.* 13. Prouer. 17.



PEtrus *Bonsius* Florentinus, vel *Bonzius* Francisci filius equitis Florentini, natus Anno Sal. 1631. die 15. Aprilis: cuius genitor Franciscus in Galliam descendit regnante Maria Medicea, & a Rege Christianissimo Mantuam missus titulo Residentis. Eodem tempore ab eadem Reginà euocatus Clemens Bonsius Francisci frater, Petri patruus, & Infula ornatus Bliterarum in Gallia Narbonensis, nepotem secum duxit, qui literis competenter instructus, Florentiæ equestria tractabat nil cogitans de statu Ecclesiastico. Mandante patruo, ter cum Italiam peragrasset, vt mores disceret Ecclesiasticos, & ciuiles, beneficio donatus in Cathedrali Bliterarum; Parisios ascendit ad Comitia Cleri Gallicani, & nomine cathedralis Narbonensis suffragium daret: eodemq. tempore a Ferdinando II. M. Hetruriæ Duce apud Regem Christianissimum Residens declaratus nuptias conciliauit Margaritæ Ludouicæ filiæ Gastonis Ducis Aurelianensis cum Cosmo III. Hetruriæ Principe, eamq. Florentiam deduxit Anno 1661. cum per obitum Clementis patrui, vacantem Bliterarum infulam obtinuisset Sal. Anno 1659. Florentiæ, noua intercedente sponsa torquem impetrauit Marchioni Castresio cognato suo. In Galliam restitutus diæcesim lustrauit Bliterensem Mazarino B Cardinali non inuisus, vnde ab eo ad Venetam orator destinatus Rempublicam pro Rege Christianissimo Sal. Anno 1662. cum qua minime conueniens, Rege mandante reuocatus ad Sarmatas Orator abiit, procurante Lionneo, qui Regi a secretis erat, vt Bonsio gratum rependeret, a quo tempestiue per tabellarium certior factus de lethali infirmitate, qua Abbas laborabat Richellius Venetiis stās, valuit commode agnatis suis beneficia præocupare Ecclesiastica. In Sarmatia fortunam habuit in partibus, Palatinis sibi deuinctis, ipsoq. Rege Casimiro, ante cuius abdicationē ad purpuram nominatus C Romanā, comitiis adfuit, in quibus Michael in Regem electus est Corlbutus & ab eodem iterum ad purpuram Pontifici præsentatus Romano, In Galliam rediit Abbatiis donatus a Ludouico XIV. Anianæ, S. Saluatoris Lodouensis, & Vallemannię, Archiepiscopus Thololanus, tertiò ornatur legacione ad Hispanos, apud quos Nuntius degebat Apostol. Borromęus, olim ad Sarmatas Nuntius, quo tamen præterito, Regiam nominationem Bonsius obtinuerat; & cum eo reconciliatus, concordiam restituere conati sunt Reginæ cinricis cum Io: Austriaco intercisam occasione P. Nitardi Iesuitæ, qui ad clauum irrepserat Hispani regiminis. Iura etiam D exposuit Reginæ Christianissimæ super Ducatum Brabantiæ sed incassum, Hispanis possessionem propugnantibus. Legatione absoluta ad Gallos rediit, vbi post biennium magnus Reginæ eleemosinarius; tandem preces repetente Rege Michaele apud Clementem X. R. P. die 21. Februarii 1672. Presb. Card. tit. *S. Eusebij*. Congregationibus adscribitur S. Tridentini Concilii, Episcoporum & Regularium, Sacrorum Rituum. Comitiis cum adfuisset Innocentii XI. Alex. VII. Innocentii XII. vi-

vitam clauſit, ſepulchro exceptus in pauimento templi nomini Ieſu dicati, inciſo laconiſmo,

Oſſa Cardinalis

---

4. *Quos dediſti mihi, non perdidi ex eis quemquam.* 18. Io: 9.



FR. Vinçentius Maria Vrſinus Romanus, Ferdinandi Grauinæ Ducis primogenitus ex matre Ioanna Frangipana de Tolfa, natus die 2. Februarii 1649. *Petrus Franciſcus* in Baptiſmate appellatus, materna educatione mores imbibit illius matronæ caſtiſſimæ (quæ filii exemplum ęmulata, cænobio extructo Monialium, ſub regula S. Dominici, clauſtro ſe incluſit ſub voto caſtitatis, paupertatis, & obedientiæ) vnde puer adhuc habitu indutus monaſtico cum ephebis ſuis, concinnabatur, diſciplinam exercebat ritu Monaſtico, indumentis ornatus Pontificalibus clanculo pſallebat in choro, nomen & manum porrigens, vt teſſeram ſubiret Dominicanam, a Prouincialibus Neapolitanis, & Aprutijs ſemper repulſus ob timorem Ducíſsæ, quæ filio ſuo nuptias iam parauerat matronæ nobiliſſimæ. Hinc ſpetie peregrinationis, Venetias deſcendens ſub cura Ildaris equitis Melitenſis, ipſo inſcio, me interprete, cuius familiaritatem inieram forte, occaſione vacantis Plebaniæ S. Angeli, quò ſe contulerat voto rimandi ritum Patronorum in electione paſtoris, dulcedine irretitus literarii colloquii, huius Principis, qui ſub habitu Clericali natalia operiebat, poſtquam humile hoſpitium meum ac menſam non ſemel ſubire dignatus eſset die 12. Auguſti, D. Claræ ſacro, An. Sal. 1667. Patribus S. Dominici gentilis ſui, *de Caſtello* dictis nomen dedit, fruſtra obſtrepente equite Ildaro, qui ſine pignore ſibi commiſso ad Ducíſsam matrem redire non audebat. Ab hoc voto cum Nuncius Apo: ac plures Epiſcopi & Senatores retrahere, omnem mouerent lapidem; cella clauſus viſitationibus ſe ſubtraxit importunis, Epiſcopo .... ad oſtium pulſanti lepide ipſe reponens, *Fr. Vincentius Maria Vrſinus Domi eſſe negat, & negat*. Fremebant interim agnati & cognati, præcipue Bracciani Duces, quibus iure ſanguinis ſucceſsurus erat, quaſi à Religioſis ſeductus; propterea à Clemente IX. R. P. Romam euocatus, cum ad pedes veniſset Pontificis ea conſtantia, atq. firma pietate voluntatem profitendi expoſuit; vt a Pontifice non tam laudaretur, quàm indulto donaretur profitendi, menſe ſuæ probationis ſexto, vt contigit die 13. Februarii 1668. ſolutis illico eidem monaſterio S. Dominici Venetiarum ad conſtructionem bibliothecæ, ſcutis mille vltra donaria pro cibariis, & ſolemnitatis expenſas. Romæ initiatus Sacerdos a Card. Altieriu, defectum ętatis diſpenſante Pontifice, Anno Sal. 1670. Grauinam venit vt genitricem conſolaretur, die ſequenti Miſſam celebrauit planeta indutus ex auro phrigio nouiſſima, quam ipſa cum domicellis ſuis acu pinxerat, quum filium geſtaret in ventre, Baccalaureo ei prædicente Dominicano, quòd maſculum pareret, Fratrem futurũ Dominicanum eaq. exornandum planeta, quam illa parabat: quod cum Duciſſa mente reuolueret, abſoluto ſacro feſtinauit in amplexum filii, oſculo pacis laudando dominum Deum. Studio poſtea ſcientiarum incubuit Bononiæ, Neapoli theſes propugnando Phi- A loſophicas in eccleſia S. Catharinæ Formelli; & in Capitulo Prouinciali, Sal. Anno 1670. Theologicas Bononiæ, atq. Venetiis in eccleſia SS. Io: & Pauli, Sal. Anno 1671. in die Epiphaniæ, adſtante Legato Apoſtolico, ſeruata eodem tempore diſciplina Monaſtica, cuius exemplo excitati Patres in Priorem eligere meditabantur. Statura mediocris, colore pallidus, quòd abſtemius; fæminarum oſor, cibo parciſſimus incęnatus ſemper cubatum venit ſtudiorum cauſa. In publicis diſputationibus, quæ dietim ei adſcribuntur, colloquiu admixtus contra vel pro propugnante, periculum ſubit ſacræ paginę, hiſtoriæ eccleſiaſticæ, Patrum, ſacrorum Rituum, B Canonum, eá exiſtmatione apud Romanam Curiam, vt aſſumpto ad clauum Eccleſię, Clemente X. Cardinalis Palutius conciliatis nuptiis Ludouicę pronepris Pontificis cum Dominico Vrſino Grauinę Duce, dote numerata prædiuite auri ſignati, cum priuilegio ſolii Romani, in gratiam ſponſi; purpuram etiam Cardinalitiam tit. *S. Sixti* Die 22. Feb. 1672. cathedræ ſacro Antiochenæ, Papa obtulerit Fr. Vincentio Mariæ Vrſino Dominici fratri, qui in Brixienſi conuentu, Lectoris Philoſophiæ pro edocendis Nouitiis onus ſuſtinebat; Bononiæ nuntium cum accepiſſet Vrſinus reſpondit, *eo ſolo voto regularem induiſſe tunicam, vt dignitates decli-* C *naret mundanas; rogare propterea, abſtinere permitteretur, ne in aulico mari naufragium ſubiret Salutis æterna*. A quo equidem propoſito dimoueri non valuit perſuaſionibus Legati Pontificij, non literis fraternis, maternis, donec adueniente Bononiam P. Generali Ordinis Dominicani cum præcepto Pontificio, acquieuit coactus vt ex literis Clem. X. ſub Die. 1. Martii. 1672.

Dilecto Filio N. Vincentio Maria Vrſino de Grauina S. R. E. Presb. Card.

Clemens P. P. X.

Dilecte fili noſter ſalutem & Apo. bened.

Ea, qua par erat, animi admiratione ſuſpeximus religioſę D *humilitatis præſtantiam, qua Cardinalitiam dignitatem noſtrę tantumodo in eccleſia Dei ſecundam recuſare cogitaſti, eximiamq. pietatem tuam qua prolixis laudibus proſequuti, accuratas diuinæ bonitati gratias egimus, quæ tam præclaros, vt ex literis ad nos datis patere videtur, cordi tuo ſenſus impertiri dignata eſt; examinanda tamen atq. ad trutinam penſanda duximus eiuſmodi conſilia; quandoq. enim ſub amicta lucis, Princeps tenebrarum latet, mentitaq. melioris boni ſpetie, diuinæ gloriæ incremento reſiſtit. Sententia quoq. nobis fuerat oblatum*

tum infirmitati nostræ Pontificatus maximi pondus omnimodè declinare, profusisq. in id precibus, ac lacrymis vehementer incubuimus; subiecimus verò tandem voci Dei per Cardinales nos alloquentis, voluntatem nostram oneris q. Angelicis etiam humeris formidandi, grauitatem, impares licet subire passi fuimus. Eadem quocirca sequenda a te in præsentiarum vestigia; pronasque loquenti Nobis Spiritu Sancto præbendas aures satius esse consultum in Domino reputantes, auctoritate, qua Nos in terris Christus donauit; præcipimus hisce, tibi dilecte Fili noster, vt dignitatem, qua te, Vrbe plaudente vniuersa, nuper insigniuimus, omnino acceptare velis, iucundius ita Pontifici sempiterno sacrificium, inclytam nempe animi A *tui repugnantiam ingenti cum fænore meritorum oblaturus. Nec vllus nobis dubitandi locus esse potest, retardatum in te ad præstandam mandatis nostris, vt perfectum religiosi instituti sectatorem decet, debitam obedientiam, a metu [ut scribis] amittendæ salutis æternæ. Damnabile nimirum summopere foret adeo, turpem maculam inserere præclarissimo Ordini, a quo tot, tamq. illustria Christianarum virtutum exemplaria prodiere. A pluribus itaq. abstinentes a perspecta, probataq. pietate tua huiusmodi solatium prorsus expectamus: tibi dilecte fili noster Apo. benedictionem paternè interim indulgentes. Datum Romæ &c.*

Discessit ex Vrbe Mag. Gen. die 1. Quadragesi- B niæ, quæ 2. Martii fuit; & Bononiam petens, reluctanti Vincentio tanto oneri succumbere, Apo. breue porrexit, viuidisq. rationibus suasit, vt ad pedes Pontificios secum accederet, factus veræ obedientiæ filius; quod præstitit ille. Ingressus igitur in Vrbem, 18. Martij, Vincentius Pontificios prouolutus pedes, & multis de non acceptanda dignitate expositis; obedientia impellente, purpureo birreto inuitum caput supposuit, & Cardinalitio galero, Aprilis 9. decoratus, insuper præfectura sacræ Congregationis Concilij cohonestatus maximũ decoris Ordini, & Ecclesiæ ornamentũ præbuit.

Die 28. Ianuarij 1675. Sipontinus electus Archiep. C in Apulia & die 3. Feb. Romæ consacratus Romæ, in Ecclesia Monialium S. Sixti & Dominici a Card. Paluzio Archiep. Rauennate tanquam delegatus Apo. Cirignolam visitauit, instrauitq. conuentum S. Mariæ Gratiarum Neapoli, Fratrum Hieronimitanorum: tria Monasteria S. Saluatoris Canon. Regularium Neapoli & Beneuenti. Mortuo Clemente X. comitiis adfuit Innocentii XI. a quo die 22. Ianuarij 1680. ad sedem translatus Cęsenatem in Romandiola, gementibus Sipontinis, postea die 18. Martii 1686. ad Archiepiscopatum Beneuentanum, vbiq. cultu promoto Catholico; Virginis Deiparæ, cum ritu Sacratiss. Rosarij, ac Sanctorum veneratione, immunitatem ecclesi. viriliter propugnauit, reformato Clero, ac populo decorem restituit Sacerdotii. Siponti & Beneuenti Archiuia non solum remisit Episcopalia, sed etiam Capitularia, Collegiata, Parochialia, ex quibus singilatim bona omnia perquirere valeas Ecclesiastica. Xenodochiis mobilium apparatu consuluit: cęmeteria instruxit: Ecclesias, turres tintinabularias restaurauit supra centennas: interdictis vsuris in montibus frumentariis: apertis Oratoriis ad spiritualia exercitia: erectis Confraternitatibus ad opera Misericordiæ, & Christianæ Fidei rudimenta edocendos ignaros, in quibus ipse Magister in ecclesia, in Episcopio, in compitis viarum pueros instruere nõ erubescit. Hebdomariis decretis Congregationibus, in quibus Parochi ad normam sacrorum Canonum, vitæ nostræ statuant disciplinam; plura manarunt legum volumina, quibus regulariter vitæ nostræ momenta decurrant. Possessione adita ecclesiæ Sipontinæ, protinus Episcopium refecit, atq. ecclesiam Metropolitanam, quam consacrauit Die 23. Maii 1678. redditibus annuis assignatis ducatorum centum, titulo fabricæ: pari censu attributo Basilicæ S. Michaelis Arcangeli, in monte Gargano, Theologalem atq. Pęnitentiariam exerceri curauit a Regularibus, stipendio annuo assignato ducatorum triginta; quorum nomina penè latebant. Seminarium etiam erexit, in quo Clerici alerentur contributionibus exoluendis a Locis Piis, & redditibus Conuentinorum suppressorum, vt ex decretis Sacræ Congregationis, quæ leguntur in *Visitatione Pastorali Iosephi Crispini*. Cesenæ pariter restitutis ædificiis mensæ Episcopalis Florentiolæ, & Carpinetj, ipsaq. Cathedrali post triennium, & onerosas expensas redditibus exuberantes Episcopatus, die 23. Maii 1681. consacrauit. Beneuentum translatus Sal. An. 1686. S. Philippum Nerium protectorem Vrbis assumpsit, reparationem Episcopii, ecclesiæ Metropolitanæ, Basilicæ S. Bartholomei, Seminarii, aliarumq. ecclesiarum, quæ intra biennium cum absoluisset profusis triginta millibus Coronatorum; dum 5. Iunii. 1688. vigilia Pentecostes, hora 20. in Episcopio deambularet Cardinalis cũ viro nobili diæcesano de cura pastorali verba miscens motu terræ repente concussis cõtignationibus Episcopii, lapidibus vtrinq. obrutus ac in præceps datus sub ruina superioris & inferioris cubiculi, forte tamen inęqualis; cum sub cęmentis expirauerit nobilis ille; respirauerit vero Episcopus; caput (Deo protegente) arundines paucę obtegebant, armariumq. fulciebant delapsum, in quo imagines S. Philippi Nerii ab eodem Episcopo repositę fuerant, ingruente in eumdem grandi epystilio, quod desuper euulsum ceciderat, per horam sepultus iacuit; donec accurrente Fr. Lectore Bonacorsio Dominicano cum Canonico Paulo Torella, ac successiue famulis, ablatisq. cęmentis semiuiuus emersit; reperta sub eius capite imagine S. Philippi, circum volantibus aliis imaginibus eiusdem Sancti, ea pręcipue, qua resurrectio exprimitur Pauli de Maxi- D mis facta ab eodem Sancto: quam illico Episcopus deosculando gratias egit liberatori suo; eodemq. die suggestum conscendens cum Hostia Venerabili verba habuit ad populum, & infirmo Viaticum administrauit. S. Philippo intercedente, familia Episcopi euasit incolumis cum Collegialibus, etsi totius conciderit machina ędificij in gloriam liberatoris, resonante Episcopo, *Quos dedisti mihi, non perdidi ex eis quemquam*. Die. 8. Iunii, Neapolim ascendit, vt in ecclesia Oratorii grates ageret:

exeun-

exeunti ceciderunt veluti squammæ vulnerum, quę in capite subierat præcipue in cilio, quod medici præluderant insanabile. Inde ad reparationem conuersus Episcopii, Conuentuum, Ecclesiarum, emersit ciuitas marmore expolita, habitatore iam vacua, nunc referta populo, Monialibus restitutis in asceteria S. S. Petri, & Victorini, quas Neapolim traduxerat custodiēdas; reparato Seminario eiq; annuo augmento Coronatorū 200. in quo centū Clerici commode diuersantur; adiectis aulis pro exercitiis spiritualibus, atq. Theologicis disputationibus, In Ecclesia Cathedrali laquearia, Chorum, Sacrarium, Thesaurarium, Cancellariam A restituit, fulciuit marmore, suppellectile ditauit argentea, plastide decorauit aurata, tandem ad maiorem Dei gloriā cum Capitulo Canonicorum conuenit, vt ex solis Mansionariis assumerentur Canonici. *Vere Sacerdos magnus, qui in vita sua suffulsit domum, & in diebus suis corroborauit templum. Templi etiam altitudo ab ipso fundata est, duplex ædificatio, Qui prævaluit amplificare ciuitatem, & ingressum Domus & atrij amplificauit. Eccl.* 50. Ecclesiam etiam S. Spiritus a fundamentis restitutam, ęquatis domibus quę plateam angustiabant, die 14. Aprilis 1668. consacrauit, restituitq. Canonicis habitum & ornatum antiquū choralem. Ad extructionem Basilicę B S. Bartholomei supra quindecim millia contulit Coronatorum. In colle *pacis veteris* erectam domum quietis & otii, Confratribus donauit Dominicanis, quò se reciperent laboribus fessi. Bona Episcopalia jam perdita & alienata ad summam redemit Coronatorum 3400. prosusis in reparationem bonorum Episcopalium, ab Anno 1675. vsque ad Annum sæcularem 1700. ducentis millibus ducatorum. Lege *Io. Michaelem Cauallerium To.* 1. *p.* 672. Gregem cum pater diligat Zelantissimus, custodit Clerum vt pupillam oculi, mensas augens, redditibus ditans, pręcipue Canonicos Beneuētanos, quibus cēsum annuū elargitus ducatorum 269. pro celebrandis 20. An C niuersariis. Choro numquam absens, insperato suggestum ascendit magna populi lętitia: absentis Theologi vicem implet docendo ex cathedra. Vsu seruato vetusto, bis in Anno synodum congregat, diœcesim lustrat sacramenta distribuendo, populis euangelizando, inuios dirigendo, curantes corripiendo, omnibus benefaciendo. Patres Seruitas Beneuento profugos, concusso eorum Monasterio, ecclesia iuuit S. Iacobi. In oppidum Molinaræ introduxit Fr. Dominicanos; vt in S. Georgij, Reformatos S. Francisci; erectioni, & dotationi cooperando duorum conuentuum pro Monialibus S. Dominici in ciuitate Montis Fuscoli, & oppido D Montis sarcij Ecclesiam restituit S. Sophiæ, cuius ipse Abbas Commendatarius; & Ecclesiam Dominicanorum Beneuenti; erectis vbiq. altaribus in honorem SS. Dominici, ac Philippi Nerij. Custos Zelotypus antiquitatis Ecclesiasticæ, Concilia omnia collegit Beneuentana, dicauitq. Regi Hispaniarum. Eo procurante Episcopi Neapolitani in Concilio Prouinciali celebrato Mense Aprili 1693. numero 17. Suffraganei 14. Generalis Congregationis Benedictinæ S. Gulielmi cum aliis Abbatibus, Innocentium XII. R. P. rogarunt & impetrarunt, vt spolio soluerentur acerbo, quo mortui tenebantur Commissariis Apo: legationis; vt ex epigraphe incisa in ecclesia Metropolitana.

Neapolitani Regni
Sublimia Templorum tecta æternum quatiant Allelaia
Ne deinceps nuda sint, Pastorum spolijs ditauit
Innocentius XII. P. O. M.
Instante Prouinciali Beneuentano Concilio
Celebrato
Mense Aprili, Anno MDC.XCIII.
Diuino certe consilio factum!
Pseudo Clemens VII. his adinuentis spolijs
Vrbanum VI. Neapolitanum Pont. Maximum
Spoliare nixus est.
Innocentius XII. Neapolitanus, spoliorum abolitione
Concitus memoriam, & nationalium Ecclesiarum inopiam
Decore vestiuit,
Tanto Hierarcha beneficentissimo
Hoc in marmore
Nouum trophęi genus
Non ex ademptis, sed ex remissis spoliis
Fr. Vincentius Maria Ordinis Prædicatorum
Cardinalis Vrsinus Metropolita
Ac cæteri Duodeuiginti
Samnitium Prouinciæ Pontifices
Erexerunt
Anno ab Orbe Redempto. MDCXCIII.

Eius vigilantia delectati Romani Pontifices, visitationes delegarunt frequētissimas, præcipue Alex. VIII. cuius mandato, die 20. Martii 1692. Capitulo præfuit Generali Canonicorum Regul. S. Saluatoris: terras omnes & agrum visitauit eorumdem Basilicam S. Michaelis in monte Gargano. Anno 1693. mandante Concilio Prouinciali, Cathedralem lustrauit Alisensem, vt dissidia componeret Canonicorum & Episcopi: nec non Ep. Lucerinum: atq. Moniales, qui erecta cruce exierant è claustro. Anno 1694. agrum S. Lupi; & terram Spinazolam. Anno 1696. delegatus Apo: causam cognouit Episcopi Nuscensis: An. 1697. in terra S. Bartholomæi in Galdo, Abbatiam Card. Ferrarii. Diœcesim S. Agathæ in causa Vicarii Apo: diœcesanorum atq. Monialium.

Protector & quasi aduocatus omnium Regularium, præcipue Dominicanorum, & Congregationis Oratorii; cui Neapoli tercentos ducatos numerat annuatim, gratitudinis erga S. Philippum seruatorem suum in die concussi sui Episcopij. Regulares si offendat errantes, humanitatem accusat dicens: *Vitia hominum: Religio sancta & immaculata.* Matrem ita diligit, vt sine Confratribus Dominicanis conuersari non valeat. Hinc ad leuamen curæ pastoralis si in eorum monasteria secedat, mensa viuit communi, horis adstat nocturnis, benedictionem petit a superiore: die 6. Iunii 1686. Pluuiali indutus Missæ adfuit Conuentuali ad gratiarum actionem pro electione Fr. Antonini Kloche in Genera-

lem Ordinis Dominicani. Sanctorum feſtiuitatem
Dominicanorum celebrandam die 9. Nouemb. a Fr.
Dominicanis, ad ęmulationem Ordinis Benedictini
à Clemente X. R. P. ſequenti impetrauit elogio.
Merito Ordo Dominicanus celebrare debet ſolemnitatem
omnium Sanctorum ſub vna die; quemadmodum prima
Nouembris Sanctorum omnium Eccleſia celebrat Vniuer-
ſa: ſi enim cuilibet Sancto Ord. Dominicani dies eſſet
aſſignanda, pro ſolis Dominicanis ſcribendum foret Ka-
lendarium. Anno etiam 1674. Officium ſingulare
impetrauerat recitandum ad gloriam S. Vincentii
Ferrerij tutelaris ſui ſemel in menſe. Virginis deuo-
tus Deiparæ in ſingulis ſui Epiſcopii cubiculis ap- A
penſam habet eius imaginem; quemadmodum &
in portis ciuitatum, eccleſiam vel ſacellum Deipa-
ræ ſacrum, veluti antemurale appoſuit, Litanias
publice recitando in die Sabathi vna cum Capitulo
Metropolitano. Sanctorum Reliquias ea venera-
tione colit, vt in ſolemni ſupplicatione, in qua
Menſe Octobri 1697. totius ciuitatis collectas, rite
diſpoſitas deferendo, ipſe grauiſſimæ imagini cum
oſſe S. Bartholomæi humeros ſuppoſuerit. Theolo-
gus ſanus & ſolidus cū audiſſet a *Sennagata* Auellini
Epiſcopo clericos ad ordines promoueri per obla-
tionem materiæ factam non ab Epiſcopo chiragra
præpedito, ſed ab eius Vicario; diœceſanos omnes B
ad ſe reuocatos ſub conditione iterum ordinauit;
indeq. notitia data SS. Inquiſitioni Romanæ, coram
Sanctiſſimo quæſtione diſcuſſa, die 1. Aug. 1697.
decretum, vt ab Epiſcopo Auellino taliter promo-
ti, iterum ab Epiſcopo Catholico *ſub conditione* ini-
tiarentur.

Congregationibus adſcriptus Sacri Tridentini
Concilii, Epiſcoporum & Regularium; Immunita-
tis, Controuerſiarum, Indulgentiarum, Reliquia-
rum, S. Officii, Sacrorum Rituum; quando ſynodum
congregauit Prouincialem, in qua XIII. ad-
fuere Abbates Mithrati, Epiſcopi XVII. cuilibet
aduenienti Epiſcoporum, Vicarius occurrens Ar- C
chiepiſcopalis cum quadriga, tonantibus campanis
totius ciuitatis, pulſantibus Organis eccleſiæ Ca-
thedralis, Capitulo ſtante Canonicorum in portis
eccleſię, in hoſpitium deducebat, in quo cuncta ad
victum neceſſaria ſubminiſtrabantur expenſis Car-
dinalis, per dies de viginti, in alimoniam tercentorū
hominum, qui ad Cōciliū conuenerunt. Concilii ini-
tiū a publica ſupplicatione cū Venerabili Euchari-
ſtia, quam humilis deferebat Cardinalis, qui pie
& deuote populo annuntiauit verbum Domini. In
prima ſeſſione etiam ſermonem habuit ex ſuggeſtu
cuius exordium, *Congregate illi Sanctos eius, qui*
ordinant Teſtamentum eius. Seſſione tertia, ipſe to-
ta aſſiſtente Synodo, Sacrificium obtulit pro Epiſco-
pis Prouincialibus defunctis, tumulo erecto hono-
rario cum lampadibus cereis, & larga eleemoſina-
rum diſtributione. Accedebant dietim Prælati,
duce Cardinali, in noſocomium, quod ipſe à fun-
damentis erexerat, ad lauandos peregrinorum pe-
des: die Dominico poſt prandium conueniebant pa-
riter, vt elementa Euangelii pueros edocerent
Magiſtratu adſtante ſęculari, quem pietas excita-
bat Eccleſiaſtica. Abſoluto Concilio receſſerunt
Prælati ab eodem Cardinali libris donati, aliiſq.
muneribus eo plauſu, vt poſteris memoria ſimilis
non ſit tranſmiſſa. Lege *Antonium Baliphonum lib. 3.*
ep. 4. p. 27.

Plura ſcripſit Vrſinus pręcipuè

Epigrammata
Orationem Funebrem in obitu Card. Franciſci Barbe-
rini.
Epiſtolam Apologeticam pro defenſione habitus Regu-
laris, quem deferre tenentur. Epiſcopi contra Ioſe-
pham Ciantes.
Synodum Sipontinam duobus voluminibus
Synodos diœceſanas XII.
Synodum Ceſenatem
Synodos Beneuentanas diœceſanas XII.
Synodum Prouincialem
Methodum Synodi Diœceſanæ & Prouincialis
Methodum expenſarum Forenſium
Capitulare Metropolitanæ Beneuenti
Regulas Confraternitatum?
Synodicum Beneuentanum cum ſynodis Papalibus ſex:
Prouincialibus tredecim.
Epiſtolas Paſtorales ad populum Sipontinum Ceſenatem,
& Beneuentanum tam in ingreſſu, quam in receſ- B
ſu.
Edicta, Decreta pro regimine Paſtorali.
Epiſtolam latine exaratam ad Carbonellium Ep. Segun-
tinum.
De Morbo Ibagnes Epiſcopi de la Madriz y Buſtamante
Epiſcopi Triuenti &c.

Decoſin tomo, 1. epiſtol. collectarum ab *Anto-*
nio Baliphono pag. 265. Roſarii Myſteria affabre ſcul-
pta dicauit ei Fr. Ioſeph Maria Zacchi Dominicanus
adiecto diſticho.

Collige Guſmano Vincenti Lilia ab horto
C *Serta tibi vt nectas collige, & inde Roſas.*

5. *Exortum eſt in tenebris lumen rectis.*
Pſal. 4.



BEroardinus Guſtauus A-
dolphus Germanus Anno
genitus Salutis 1631. Die 4.
Decembris a Federico Mar-
chione Badenſi Dorlancenſi
atq. Elenora filia Alberti Co-
mitis Solmenſis, erroribus a
natiuitate obrutus Luthera-
nis, ſtudiis incubuit armorum
D ac literarum, in quibus apprime inſtructus, lu-
men inquiſiuit veritatis, nec ſine fruge: in ſua namq.
peregrinatione colloquia frequentiſſima cum
ſemper de Religione ſubiret, paulatim lu-
mine afflante ſuperno Catholicum ſeipſum in-
uenit, cum tale minime cogitaret. Huius
futuræ mutationis cum in Germania non minus du-
bitaretur ab Heterodoxis, quam ſperaretur à Ca-
tholicis, Marchio Badenſis ex linea Catholica cer-
tiores fecit Romanos, vt Romam aſcendentem Ber-

nar-


nardinum data opera proſequerentur ſpe concepta conuerſionis, nec quidem fallaci: Humaniter namq. Romæ exceptus Adolphus poſt repetitas cõcertationes, manum dedit veritati Catholicæ, quam ſeruabat in corde; licet abiuratio Lutheraniſmi ab eo facta ſolumodo publicaretur Sal. Anno 1664. Monachatum inde publico voto profeſſus S. Benedicti, Abbas dictus Fuldenſis, cuius iure Archicancellarius eſt Imperatricis, Leopoldo Cæſare intercedente apud Clem. IX. R. P. Cardinalis ſperabatur, ſed morte interueniente Pontificis Clem. IX. ſolum a Clem. X. eodem intercedente Imperatore, Presbyteris adſcribitur Cardinal. die 22. Feb. 1672. Viennam miſſo birretho purpureo, quod capiti eius impoſitum per manum Cæſaris Leopoldi. I. Comitiis adfuit Innocentii XI. ſub quo deceſſit.

Promotio tertia Cardinalium facta à Clem. X. Menſe Aprilis 1672.

CÆſar Deſtræus Epiſcopus Gallus.

EVerardus Nitardus Germanus Ieſuita.

6. Petrus autem perſeuerabat pulſans. 12. Act. 11.



CÆſar Deſtręus Gallus Sal. An. 1621. Menſe Decembri, ex coniugibus Annibale Deſtręo Duce, Pari & Mareſcallo Franciæ, ac Martha Bethunes prima coniuge, Lutetiæ naſcitur Pariſiorum: fratres geminos habet Fräciſcum Hannibalem Deſtręum Ducem & Parem Franciæ, Marchionem Couureſium, Comitem Nanteuilleum, Baronem & Seneſcallum agri Geſſoriaci, Vicecomitem Sueſſionenſem, Gubernatorem vrbium ac fortalitij Laudunenſis, Sueſſionenſis, Legatum generalem armorum, Oratorem nomine Ludouici XIV. ad Romanum Pontificem: & Ioannem Comitem Deſtręum, Proarchitalaſſum Maris: ipſe Cæſar Par Franciæ Abbas Longipontis, Epiſcopus & Dux Laudunenſis Sal. An. 1666. nuptias cum conciliaſſet Mariæ Franciſcæ Eliſabethæ Sabaudæ Nemoſinæ ſuæ proneptis cum Alphonſo VI. Portugalliæ Rege, ad quem ipſe deſcendit Reginam comitando (quod quidem coniugium ex cauſa impotentiæ, nullum fuit declaratum a Romano Pontifice Clemente IX. Menſe Martij. 1668. vt nuberet Petro fratri eiuſdem Regis Luſitani, Rectoris & Adminiſtratoris iam declarati Luſitaniæ) fuit ab eodem nominatus ad purpuram, miſſis Abbate Bonfigliolo, & Faucherio, qui in aula Pontificia promotionem vrgerent Deſtręi ob merita gentis Vindocinenſis, cuius Dux Belfortius ceciderat in Bello Cretico aduerſus Turcas, Dux & Cardinalis Bullionęus omnem mouebat lapidem in ſubſidium Reipublicæ Chriſtianæ quorum Heroum proximior Deſtręus erat, & tutor pupillorum Vindocinenſium. Clemens tamen IX. cum Oratorem agnouiſſet Regis Luſitani quamuis contradicente Hiſpano; nullum declaraſſet connubium Mariæ Franciſcæ Nemoſinę, vt nuberet Regis fratri, officio credens ſe functum ſuo, promotionem præterijt inſtantiſſime quæſitam. Defuncto Clemente IX. apud Clementem

A X. nouum Pontificem repetitæ preces cum iacerent inanes; Romam venit Deſtręus ipſe cum commendationibus Regis Chriſtianiſſimi, cui cum reſponderet Paluzius Cardinalis patronus: curaret Deſtręus cum Hiſpanis, vt a petitione recederent Cardinalatus in gratiam P. Nitardi Ieſuitæ pro quo intercedebat Hiſpaniarum Regina; ſi enim Papa ſatisfaceret Gallo, minus facere non deberet pro Hiſpano: propterea cum Romæ Palatini tempus officioſe protraherent: miſit ad Pontificem Gallus Oratoris titulo, Deſtręum Ducem fratrem

B Epiſcopi Laudunenſis: Romam iſte cum veniſſet, inſtetit primo reſtitutionem Caſtri & Roncilionis in fauorem Ducis Parmenſis: vt indirecte extorqueret promotionem fratris. Diſſentiebant Cardinales cum alii aſſererent reſtituendum Caſtrum, vt tandem ab importunis Gallorum arcanis Cũria eximeretur Romana: alii reſtituendum negabant, ne in confinibus agri Eccleſiaſtici; ſeditioſis aperiretur Aſyllus: tertia opinio eorum fuit, vt in proxima Cardinalium promotione aſſumeretur Deſtręus eo

C tamen titulo, qui Hiſpanæ regnatrici Zelotypiam non ingereret; fuitq. vt Felix Roſpiglioſus, cui purpura decreta erat, locum Deſtręo cederet; cui Roſpiglioſus natura mitis facillime acquieuit; vnde pro certo Deſtrei proxima haberetur promotio. Oh ſpes fallaces! Die 21. Februarii 1670. facta promotione quatuor Cardinalium, Borromęi, de Maximis, Carpinęi, quarto in pectore reſeruato; contremuit Laudunenſis miſſis protinus tabellariis ad Gallos, & Luſitanos cum querimoniis aduerſus Paluzium Cardinalem patronum. Hoc vnum ſolatium quod Deſtręus Cardinalis eſſet in pectore reſeruatus: cum die 22. Feb. 1672. facta alia Cardinaliũ pro-

D motione, inter quos *Bonzius*, *Viſinus*, *Badenſis*, iterum præteritus Laudunenſis, queſtus renouauit; quibus vt Pontifex finem imponeret, Menſe Aprili 1672. ad preces Regis Luſitani Card. Presb. tit. *SS. Trinitatis in monte Pincio* declarauit, eumdemq. eſſe, quem 21. Feb. 1670. ſibi in pectore reſeruauerat; vt Deſtręus iure præcederet omnibus inde promotis. Plura de eo Literati, inter quos.

HELENÆ LVCRETIÆ

Corneliæ Piscopiæ

IO: BAPTISTÆ

D. M. PROCVRATORIS

FILIÆ.

ELOGIVM.

Age calame,
In tanta maiestate Purpura ne erubescas,
Vel Virtuti ipsi scripturus Elogium;
Nam etsi ipsa sibi Elogium sit,
Virtus tamen non esset,
Si cuiq. vel humili obsequio non pateret.
Vereare, sed & venerare CÆSAREM de ESTREES
Pietate, Sapientia, Dignitate
Ter Eminentissimum.
In quo
An Prudentia Dexteritatem,
B *An Dexteritas Heroicam, Politicamq. Virtutẽ excesserit,*
Ambiges;
Illam annis acerbus maturè excoluit,
Alteram adhibuit antequam disceret
Tertiam gestis exornauit, non exoptauit.
Inchoata à Parentibus merita
Proprijs Factis absoluisse, quis dubitat?
Cum non mensium, aut annorum,
Sed sæculorum curriculo videantur confecta.
Amorem, Clementiam, Beneficentiam
In omnes exercuit,
Magnis muneribus pro Regno functus.
Crudelitatem in vnum
Laborem.
Virtutem cum lacte hausit,
Auxit cum Ætate.
Tantam Animam
Haud pro sale ipsius Corpori dedit Deus,
Aut pro Statua Patriæ,
Cum sui similem posteris desiderari voluerit, non fieri.
Tale Ingenium
Orbis, ac Vrbium Caput;
Tale Caput Capitolium,
Tale Gallicum Lilium,
Purpura Vaticani
Decebat.
Quæ an ipsi pretium addat, vel ab eo habeat,
Ex eo cognosces,
Quòd illa communis est,
HIC singularis.
In rebus suscipiendis arduis,
In difficillimis conficiendis,
De Cælo Plasma lapsum crederes, non mortale,
Et dum Laudunensi Vrbi Infulà praeest, prodest Deo.
Sed summum quoq. CÆSARIS Virtuti Elogium est
A'ter MAXIMO GALLICO IOVE agnosci,
Verè Christianissimo,
Quæ enim Dei erant, Deo tribuit;
Et timendum se, non tumidum hæresi præbens,
Hasta, & astu Religionem asseruit,
Hæreticorum scopos fregit, ac scopulos,
Ac ibi Templa Christo erexit,
Vnde Dæmonis deuexit Trophæa.
Illam ratus felicem Christianæ Fidei Redemptionem,
Quæ & Sanguine, & numis Numini restituitur;
Vt Mundus agnosceret
GALLI istius voce, ac strepitu
A *Christum non negari à Petro,*
Sed Gladio propugnari;
Magnum enim est Gentes sibi subigere,
Summum, Christo.
Et certè
à CHRISTIANISSIMO ad SANCTISSIMVM moribus
Angelus,
Ad INNOCENTIÆ Imaginem candor LILII,
Romam à Gallia CÆSAR,
A Marte Gallico, Gallicus Hercules,
Legatus expectabatur,
Vt aureis Eloquentiæ laqueis
Aures, ac animos illaquearet,
Si ad Nuncios instituendos antea natus extitit,
Quàm Nuncium ageret.
Sed sinas calame;
Et Vaticani Cardinem altiùs euehere nequiens,
Cum promeritis proprijs Eminentissimus sit;
MAXIMVM, ac BEATISSIMVM diuinare
Ne desinas.

7. *Adstitit Regina a dextris tuis.*
44. Psal. 10.



IOannes Euerardus Nidardus natu Germanus in arce Falkensteinẽsi superioris Austriæ, die 8. Decembris 1607. Imaculatæ Conceptioni Deiparę sacro, Anno ætatis suę secũdo supra vigesimum, patribus Iesuitis nomẽ dedit, inter quos Die 5. Octobris 1631. quatuor votis emissis, die 8. Septemb. Virginis S. S. natalitio, professionem firmauit. Emensis (dicunt ipsi in *sua Scriptorum Bibliotheca*) feliciter studiorum spatijs, in Accademia Grẹcensi, Eticã, Philosophiã Sacros Canones publicè docuit. Ad Theologiam dum designaretur Scholasticã, euocatus a Ferdinan-D do III. Imperatore, vt filiæ suę Mariæ Annę primũ, deinde filii Leopoldi (qui nunc habenas regit Imperij) conscientias regeret, ac literis imbueret, eodem iubente Imperatore eandem Mariã in Hispanias comitatus Philippi IV. Regis thalamo destinatam. Eo in munere, apud Hispanos ita se gessit vt non solum Reginę, sed Regi ipsi satisfaceret, Progressu temporis alternauit fortuna Nidardi. ita quod ipsi nutent Iesuitę, inter seq. discordes de eo varia referant. In citata bibliotheca sequentia

tia lego. *Quamobrem Rex & frequentissimis Concilijs, Theologicis illum interesse voluit; & præterea ad dignitatem Cardinalitiam An. Sal. 1665. ipsum nominare statuit, prouexissetq. re ipsa, nisi ipse P. Io: Euerardus flexis genibus coram sua Maiestate deprecatus id quàm enixissime fuisset. Nec multo post è viuis sublato Philippo IV. cum forte vacasset officium Inquisitoris Generalis in Hispania, eadem Regina Maria Anna, iam tutrix filij sui Caroli II. Regis, & gubernatrix regnorum eius hoc illi munus committere decreuit: & quia renuebat Io: Euerardus id admittere propter votum, quo se obstringunt omnes Professi ex Societate de non admittenda dignitate aliqua extra Societatem nisi imperio Summi Pontificis coacti; effecit sua Maiestas, vt Alex. VII. P. M. præceptum imponeret patri Io: Euerardo in virtute S. obedientiæ, vt officium illud sine vlla tergiuersatione, aut mora susciperet, atq. administraret. Ita resonant verba Serenist. Reginæ in decreto ad Præsidem Castellæ dato, Die 22. Septemb. 1666. Ex Hispania porro Romam profectus religiosissimus Præsul An. Sal. 1669. designatus Orator Extraordinarius Serenist. Reginæ ad Clem. IX. P. M. paulo post, Ordinarij Oratoris ad S. D. N. Clementem X. munus suscepit; & vt pro dignitate eo decentius fungeretur, Archiepiscopali etiam infula a sua Sanctitate est insignitus assignato illi titulo Archiepiscopi Edesseni in Syria. Post hæc postulante eadem Regina Serenist: adlectus est a S. D. N. Clemente X. in sacrum Collegium Cardinalium Die 22. Feb. 1672. mox a sua Sanctitate publicè renuntiatus ad diem 16. Maij. Ita nimirum placuit Deo O. M. Seruum suum quantumuis pro suo humilitatis studio renitentem, inter prospera & aduersa plurima quæ ipse inuicto animi robore constanter sustinuit, ad supremum Senatum Ecclesiæ Catholicæ prouehere.* Hæc ex Bibliotheca citata: sed his aduersus quamuis eiusdem societatis Iesu Consacerdos magni nominis auctor Philippus Brietius sequentia scripsit. An. 1692. *Prælusum est in aula Hispanica exteris iacturis internò dissidio, cum Regina ducta priuato affectu Euerardum Nitardum è Iesuitarum societate (qui ipsi erat à confessionibus) ad Summi Inquisitoris locum primo, inde ad præcipuam Regni administrationem admouit. Huic rerum arbitrio, cum secretis obtrectationibus populi & publicis querelis Magnates iam quasi ad defectionem vsq. se se opponerent; omniaq. auersis animis turbarentur, tandem coacta fuit Regina in aulam reuocare eos rerum administros, qui auctoritate, & rerum experientia Consilia moderarentur.* Anno 1669. *Recruduere in Hispania tumultus ob continuatam Berardo Nitardo rerum gerendarum administrationem contra quam & Magnates & Populi denuo succlamarunt. Questus est præcipue se negligi Ioannes Austrius demortui Regis Philippi nothus, sed ab eo in morte, Reginæ commendatus, quique de regno ob præstita seruitia benemeritus se extero posthaberi intoleranter ferebat. Demandata ei idcirco Belgij prouincia, eaq. ministrata quæ ad res bene gerendas necessaria duxisset, ingentis scilicet auri, & militum copias: sed cum vt nauim conscenderet, iter in Belgium facturus expectaretur moras primum nectere, & impedimenta causari cæpit; hinc renunciata prouincia ad suum* Donsuegræ *exilium reuersus est. Spargi cæptæ non diu post per aulam scriptura, quæ gubernatoribus formam, & dicteriis Iesuitæ personam pungebant, minæ & forsam coniuratio in eiusdem caput auditæ, quibus cum irritata Regina fremeret; Ioannem Austriacum iubet conyci in carcerem, ibiq. detineri donec laborum patientia eruditus humilitatem didicisset. Sed res plena periculi iubebatur. Non solum Ioannes insidias edoctus fuga in Aragoniam se declinat; quin conductis ere proprio equitibus trecentis Madritum versus redit; & iam tunc non secretis murmurationibus, sed insectatione publica Iesuitam eliminari non tam postulat, quàm imperat. Fauebant postulationi, omnium præter paucos desideria: vnde cum præsens vrgeret timor seditionem excitari, qua omnia susq. deq. miscerentur;* A *annitentibus maxime Cardinali Arragonio & Nuncio Apostolico Borromæo, annuit Regina Nitardi exauctorationi, & discessui; qui propterea in ipsa rheda Cardinalis (ne ab insolenti plebe iniquum quid pateretur) in Cantabriam primum, inde Romam dimissus est.* Hinc Anno 1671. *Romæ, Hispanicæ coronæ orator apparuit, qui quòd Reginæ regnum moderantis fauore immodico vti visus esset, aulæ magnatibus exosus factus, & collatum magni Inquisitoris munus coactus relinquere, tandem à Regina legationem exercendam obtinuerat. Res diu in ancipiti Pontificis animo versata est: sed perspecta constanti Reginæ volontate Euerardum promouendi, eum Pontifex Archiepiscopum Edessenum in partibus primum, po-* B *stea annitente eadem, Anno sequenti S. R. E. Cardinalem renuntiauit.*

Plura scripsit Nidardus, præcipue *responsum ad libellum supplicem R. P. Magistri Fr. Ioannis Martinez de Prado* electi Prouincialis Hispaniæ ordinis Prædicatorum, negantis a sui Ordinis Prædicatoribus pronuntiari posse consuetum elogium: *laudetur SS. Altaris Sacramentum, & Immaculata Deipara V. Conceptio*: quod Latine & Hispanicè iam vndecies diuersis in locis prodiit.

Edidit etiam *Examen iuridicum quatuor propositionum, quorumdam Auctorum Anonymorum aduersantium Bullæ Alex. VII. in fauorem Conceptionis Immacu-* C *latæ.*

Sacra sacrij Mysterij Immaculatæ Conceptionis Virginis Deiparæ V. Apotheosis.

Allegationem Theologicam, pro tuendo & retinendo iuramento, eiusdemq. formula Vniuersitatis Neapolitanæ pro credenda tenenda profitenda Immaculata Conceptione Deiparæ.

In Canticum Canticorum.

Sub Clem. X. iunctus cum reliquis oratoribus Principum, iura sustinuit Regaliæ, Immunitatis, licet postea primus cum Palatinis Romanis conuenerit a reliquis seiunctus Oratoribus.

Congregationibus adscriptus S. Trid. Concilii; D Epi. & Regularium S. Officii; Propagandæ; Sal. An. 1677. Protector electus Regni Portugalliæ &c. comitiis adfuit Innocentii XI. sub quo obiit die 1. Feb. 1681. die 3. ab obitu sepultus iuxta altare S. Ignatii cum sequenti epitaphio.


D. O. M.

Io: Euerhardo Nidhardo a Soc. Iesu S. R. E. Pr. Card.

qui Marianna Austriacę Hispaniarum Regina primum ab arcanis conscientiæ, Dein eiusdem regnum moderantis curarum omnium particeps, Reiq. publicæ administer & generalis per Hispaniam Quæsitor Fidei, tum Carolo II. Regi Catholico in sanctioribus consiliis, eiusq. apud Apostolicam Sedem Orator, demum a Clemente X. Pont. Max. in amplissimum Purpuratorum P. P. collegium fuit cooptatus, viro integritate, religione, constantia in aduersis, ęquabilitate in omni vita laudatissimo, quod viuenti fuit in multis prope sancti Parentis tumulum Domus Proffessorum Romana heres Mon. posuit. Obijt. Kal. Februarij. A. R. S. MDC.LXXXI. Ætatis LXXIV.

Promotio Cardinalium IV. facta die Mense Martio 1673.

8. *Bonitatem, & disciplinam, & scientiam doce me.* 118. Psal. 66.



FElix Rospigliosus Pistoriensis Anno natus Sal. 1645. ex Camillo Rospigliosio & Lucretia Cellesia; frater Iacobi Card. Rospigliosi aras & altaria a puero semper suspiciens, studio scientiarum totus incubuit, in suo cubiculo literario penè sepultus, vt cum mortuis loqueretur. Abbas dictus, patruo procurante Iulio Rospigliosio Cardinali Papa futuro nomine Clementis IX. cum naturam eneruasset vigiliis, & librorum assidua lectione, Pontifice dispensante,
A Feria. 6. & Sabatho, corpus debilitatum refocillare poterat lacticiniis & carne. Eius in Cardinalem promotione præterita a Clem. IX. patruo, ne familiam magis procurare videretur, quàm Rempublicam, non solum Felix patienter tulit, sed etiam sedente Clemente X. rogatus locum cedere Destręo Laudunensi Episcopo, libentissimè acquieuit: quo promoto Rex Christianiss. Ludouicus XIV. non quieuit vrgere Pontificem, donec mensę Martio 1673. Cardinalis creatur ęo Romæ plausu, quasi Angelus descenderet. Princeps cum esset literatorũ Athenas cum elogiis, & epiniciis habuit obsequentes.

Promotio Cardinalium V. facta Mense Decemb. 1673.

PEtrus Basadonna Venetus

FRanciscus Nerlius Archiep. Florentinus.

HIeronymus Castaldus Ianuensis.

HIeronymus Casanata Neapolitanus.

FEdericus Columna Romanus.

9. *Disponit omnia suauiter.* 8. Sap. 1.



PEtrus Basadonna patritius Venetus Aloysii filius Venetijs nascitur die 17. Septēb. 1617. inter fumosas auorum imagines, quæ in aula, in foro, in prouincijs memoriam recolunt eorum; qui pro Deo, pro patria, pro lege purpuras tenuerunt & laticlauos. Fratrem habuit Hieronymum Basadonnam D. M. Procuratorem; Io: Antonium Senatores omnes grauissimos. Liberalibus artibus enutritus, natura suffragante, maiorum exemplo excitante, Orator grauis euasit sub aui disciplina Io: Basadonæ, cuius vita terdecē Magni Sapientis munere clausa, octuaginta Annorum
B spatio togam induit vel sagum, emendata Brixia, seruato Foro Iulii, emenso Mari. Sciagraphia hæc Petro fuit, è qua tyrocinia deriuarent regiminis impolluti. Grandior factus Byzantium nauigauit cum Hieronymo Triuisano Venetorũ Legato, vbi tri ennium arcana rimando illius vastissimi Imperii, quod toti incubat Orbi, rediit mærore plenus, ossa aui benemeriti Io: Basadonnæ, lacrymis prosequendo qui inter barbaros vitam reliquerat. Patriæ restitutus, honores quæsiuit sine repulsa, quia semper sine querela. Legatio ad Regem Iberum, virum probauit gratum Regi, vtilem Reipublicæ, centum & octoginta millibus ducatorum receptis in
C subsidium aduersus Turcas. In hac legatione triennium absoluit ea concordia cum Iulio Rospigliosio futuro Pontifice Clemente IX. vt fratres diceres non Legatos. Reuersus in patriam nouis honoribus auctus, Brixiam Præfectus abiit Anno Sal. 1655. pacem secum ferens, quæ solo pulsa Brixiensi errabat spe sublata postliminij; hanc ea maiestate ac prudentia reposuit; vt ciuitas nullo in posterum fit fatigata dissidio. Anno sexagesimo supra millesimum & sexcentesimum, Legatus ad R. P. Alex VII.
D cum facultate iurandi fœdus aduersus Turcas, quod speciosis vocabulis meditabantur Principes, animo verò nihil mouendi; ea fide, periculosa tractauit nationũ discrimina, vt reliqui Legati arcana sua vni crederent Petro Basadonnæ. Dux Crequius Corsicæ gentis iniuria excitatus, non habens, quem sincere consuleret prçter Venetum Legatum, Gallica libertate quandoq. scalas Veneti palatii conscendens nullo præmonito, fari solebat; *sic itur ad refugium fides, in domum consilij*. Non propterea suspicio vlla

vlla fatigabat Romanos; quòd Veneto in arcanis esset iustitia nō violētia pro communi Legatorum tutela, salua Italiæ pace & dignitate Romani Pontificis. Hinc gratam memoriam nec rerum vicissitudo obliterauit nec tempus. Anno namq. a Romana legatione XIII. *Salutis 1673.* ex proxima Cardinalium promotione excitari Veneti Ecclesiastici cum omnem mouerent lapidem, vt spem laicis præcluderent: Basadonnæ vero, cum tribus penè lustris Rempublicam moderanti titulo *Magni Sapientis*, sæpè contigisset ab aulicis dissonare Romanis, vt minus spei erat, ita nec eum Zelotypia fatigabat. At cunctorum distributor Deus ex arcano suæ prouidentiæ, cum Petri coadiutorem designasset Die. *6.* Aprilis *1673.* Scalas ascendenti Ducales presbiter adest incognitus humili salutatione. Non defuit Basadonna officio, humanitate, qua inter cæteras fulgebat virtutes, interrogans. An ei proficere posset? *Hoc mihi cura* (reposuit presbyter) *plurimam vobis impertiri salutem nomine Card. Altierij*, Basadonna respondit. *Vnde hoc mihi?* Presbyter, *Indulgeat mihi V. Excellen. Cardinalem Altierum certiorem facere, gratissimam fuisse salutationem*. Basadonna absoluit. *Semper mihi honorabile erit; si Em. Altierius sincerum crediderit officium, & obseruantiam meam*. Die postea 20. April. eadem hora, eodem loco, Basadonnæ vnà cum Polo Mauroceno in aulam pergēti adest iterum presbyter, hilariter nuntians, *grandi lætitia nec minori obseruantia Card. Altierium officium accepisse Excellentia V.* Salutatione reposita iter prosequenti Basadonnæ presbyter quasi semiram intercipèret adiecit: *Notum facio Excellentiæ V. Card. Altierium alta meditari vobis non improspera*. Subridens Basadonna respondit: *Reuerende mi: Venetos ego quidem ortu & Annorum 50. ætate tamen Romanos domicilio optime nosco, quanti sint ponderis huiusmodi negotiationes*. Ita iocando aulam ingressus, sciscitantibus sociis lætitiæ causam, Romana exposuit certamina, quibus lepide iocantur aulici. Narratione recreati Sapientes, non omnes dedere fabulis. Nam quarta Maij Marchio Ioseph Nerlius Basadonnam sequenti excitauit epistola. *Noua & insolita præsens erit epistola, qua extra Redemptoris natalia obsequium soluo. Votum est, pondus adderes ne vana credas verba presbyteri. Solita ergo obseruantia, fui, ero &c.* His lectis agnouit Basadonna, rem amplius non esse cum presbytero ignoto, sed aulico grauissimo, cuius amicitiam in Legatione Romana officio & beneficio paratam, nunc irridere vanum esset, vel rumidum. Respondit propterea per leges adiurans amicitiæ, sibi enigma solui. Nec defuit responso Nerlius.

Iuramento solutus silentij, grandi perfusus gaudio, enigma soluo. (Procurator Excel'.) In Cardinalium creatione futura; vnus & tibi ex Venetis suffragatur Altierius ob animi dotes, quibus cæteris supereminet. Ambientium diffidia, & mutua accusationes rem nostram promouent. Ego officio non deficiam, clientis muneri satisfaciam.

Lecta epistola adhuc dubius, vnde tam sibi propitiam sortiretur domum regnantem; fratrem consuluit Hieronymum, nunc D. Marci Procuratorem, *Romani spe parpar; me epistola videntur lactare sequenti Lege frater, perpende, delibera.* Respondit paucis, *Magnum arcanum, frater, in quo te geras: vt quemadmodum nec spreuisti, nec desiderasti: vice versa si te non desiderant, neq. irrideant.* Responsum itaq. Marchioni Nerlio ea formula, quæ amico debitorem, Cardinali verò deuotum redderet. Nec contentus Altierius per epistolam explorasse Basadonnæ mentē, Nerlisi ipsū Venetias misit, vt vires corporis denuo inuestigaret. Gratiæ Principum cum nunquam sine fœnore: nec sine onere honores; ipsi Basadonnæ non fuere virgines. Virum quærebat Altierius, qui in futurò Conclaui, prudentia & eloquentia fulciret arcana suà talem credens Petrum, quòd ea ex vrbe, in qua Oratores nascuntur: ac Pontificatum ambire Cardinales suos Veneta videatur abhorrere Respublica; reliquis prætulit, & die 12. Iunij. 1673. coacto Consistorio electionem procurauit absolui Basadonæ conditionibus eloquenter expositis quòd cultor Græci idiomatis & gnarus Ecclesiæ Orientalis grauem Latinis oblaturus esset vtilitatem. Ambientes arcanum subodorati, coeuntes omnes aduersus Basadonnam, conuicijsq. appetentes, Pontificem ad indignationem prouocarunt. Vocato itaq. 36. Purpuratorum Senatu, Basadonnam, Nerlium, Castaldium, Casannatam Cardinales, consurgentibus ad Basadonnæ nomen Cardinalibus supra viginti & gratias agentibus Summo Pontifici. Missi illico tabellarij Venetias appulerunt Die 15. Iunij, hora quarta noctis, post dimissum Senatum: moram nectente grandine & pluuia, ne Cardinalis salutaretur dum coram Patribus perorabat die 24. adfuit Abbas Marius Emmanuel Duratius cubicularius Romani Pontif. cum bireto Cardinalitio & Breui Apostolico.

Clemens P. P. X.

Dilecte Fili noster salutem, & Ap. Ben. Nostris quamuis oculis tam diu abesses, præsentem tamen te paterna charitati Nostræ reddiderunt eximia virtutes, quarum in vrbe, Venetum vbi ageres oratorem, Curia vniuersa Nobis inprimis egregium specimen dedisti. Publicam proinde constantium virorum ornamentum, in proxime habito Consistorio, Apostolico plaudente Senatu, Cardinalitia te purpura decorauimus; omnino Nobis pollicentes fore, vt amplissima hac dignitas tua [illegible] laudum ab incremento splendorem hauriat magis, quàm largiatur. Præcipuum interim eiusdem insigne Biretum scilicet sacro vertice decorum, à quo validos exempla supremi Capitis nostri Christi, ad eiusdem ecclesiam, vbi opus sit, ipsius met sanguinis effusione sartam tectamq. seruandam stimulos sumas deferet tibi dilectus filius Abbas Marius Emanuel Duratius Cubicularius Noster, quem ob generis animiq. decora, Nobis admodum probatum vt specialibus humanitatis significationibus excipias, valdè cupimus, tibi dilecte fili noster Apostolicam benedictionem, & omni cordis Nostri sensu impertientes, Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris. Die XVI. Iulij 1683. Pontif. N. An. 4.

Res-

Responsum Petri Card. Basadonnæ.

Sanctitas V. volens regimen suum Apostolicum à superno non declinare, in creatione sua nomen assumpsit Clementis, *quod saltem plausu inter cætera eminet Diuinitatis attributa. Verba ut forent veritatis imago; supplet Beatitudo V. opere, quod lingua mortalium explanare non suffert. Perorant oculi contemplatione gestorum, quod lingua diserta licet desertè explicat & iniucunde. Vnum prò cunctis fama loquatur opus; quo me immeritum de Ecclesia Sancta Dei, aduenam & pene ignotum à iuuentute sæcularibus mancipatum negotijs & ad Ecclesiastica addiscenda, senecta præpediente minùs idoneum, a Venetorum Senatu in Vaticanum transtulisti; in hoc solum consona; quòd vtrobiq. colliment Patres ad obseruantiam illius legis, quam pro communi salute pretioso sanguine exarauit Redemptor. Sacra hæc metamorphosis Sanctitatem vestram euidenter ostendit verum illius esse vicarium, qui valuit ex aqua vinum facere, & panem ex petra deducere: vnde à similibus non declinando vestigijs, in manibus Sanctitatis Vestræ (quæ nobis Moyses Euangelicus) non difficile, me rude lignum in serpentem efformare prudentiæ. Quod humili corde imploranti à fonte increatæ Misericordiæ B. V. creaturam habebit non inutilem, nec cardinem infimum Ecclesiæ si exaudiar. Voluntas namq. recta, & Fides incorrupta, quæ ambulant pari passu cum mihi ex parentum hæreditate obtigerint; vt vsu cõpleui, deuotione perfecto suos pedes prouolutus osculando B. V. Annuli Rener. Oblig. Obsequentiss. Humill. Petrus Card. Basad.*

Accessit postea Nuntius Ordinarius aduentum exponens Abbatis Duratii. *Die Sabathi ad litora vestra appulit Serenis: Princeps, Abbas Duratius birettum afferens Cardinalitium offerendum D. Cardinali Basadonnæ, & Breue Pontificium Serenitati V. directum. Sanctiss. N. ex temporali regimine Senatorem grauissimum, ad Eminentiss: Ecclesiæ ordinem immediate exaltando, paternum probauit amorem & prædilectionem V. S. Missio prædicti Abbatis natalibus, munere, virtute clarissimi argumentum erit, quantum ponderis & honoris conferat dicti Cardinalis promotio: eoq. plane delectatur Sanctissimus virum considerans, qui sua virtute, suis honoribus & dignitatibus penè solus factum valeat implere Collegium. Munera, Legationes, dignitas Procuratoriæ ei etiam a Republica Serenissima intempestiue collatæ prælu-dium sunt futurorum, quibus eminentiorem tractabit gradum Eminentissimum. Huic promotioni quantum contulerit Card. Altierius, quia abunde significatum ab Oratore vestro Petro Mocenico; vnico ego complectar verbo: Agnosci ille desiderat vt filius S. Marci. Reliquum mihi ita lætari; ut lætitia erga Ser. V. perenne sit argumentum obsequij.*

Responsio Senatus.

Singulari gaudio accepit Senatus aduentum Abbatis Duratij missi à Beatissimo Clemente cum biretto Cardinalitio ad Cardinalem Basadonnam, quo Sanctitas sua gratias compleuit, quibus in ipsa promotione Rempublicam decorauit. Grates propterea deuotè retribuet Orator noster Summo Pontifici audientia singulari, & testimonia cumulabit nostri filialis obsequij erga Sanctam Sedem, perennisq. memoria, quam seruabit Respublica non tam pro electione, quàm pro electo nostro dilectissimo, atq. ob singulares virtutes de Republica benemerito. Gratiæ singulari æquale respondebit obsequium non sine particulari affectione erga Card. Altierium tam deuotum Reipublicæ nostræ.

Solemnitatem imponendi birettum cum publicè vel priuatè peragendam mandasset Papa, indulta Venetiarum Duci facultate assistendi more Regio; in ecclesia Ducali, ritu est absoluta sequenti, die natalitia S. Petri & Pauli, 29. Iunij.

Throno preparato Ducali qui tamen vacuus remansit (Principe ægrotante, sedit in sinistris Car-
A dinalis Basadonna, vbi sedere solet Procurator Caperius S. Marci) elegantioribus tamen aulæis, & gradu eminentiori exornato. Celebrata Missa à Ducali Primicerio; ægroti Principis locum tenuit senior Consiliarius, adstantibus Legatis Principum Senatu, decem Episcopis; sedilibus distributis iuxta Cæremoniale; quod adhuc in memoriam custoditur. Missa absoluta; Pro Dux accessit ad altare, cum Legatis Principum, ibiq. post lectum a Secretario Breue Apostolicum, Birettum proprijs manibus, Cardinali humiliter caput inclinanti superimposuit verbis accomodis in laudem Pontificis, honorem Cardinalis, Reipublicæ plausum, lætitiam
B sui; quia felix absoluere potuisset actionem tam nobilem. Scripsit postea Cardinalis Basadonna ad Reges, quorum responsa habes in *epistolis historiæ Hieronymi Basadonnæ, ad socerum suum Hieronymum Pisaurum, Senatorem amplissimum.* Testis ille occulatus, frater dilectus eiusdem Cardinalis, cum Decemuirali præsideret Collegio, omnia diligentissimo perquisiuit examine, locum, tempora, verba, sedes, gradus, itinera euntium, & redeuntium; ritus, ceremonias, habitus adnotando, quibus vsi sunt interuenientes, ad eruditionem posteritatis, si similia contingeret. Talem enim solemnitatem nunquàm viderat ciuitas Veneta. Venetijs inde dis-
C cedens, & in via cultu habitus planè Regio, Romam venit, ea pompa susceptus, quam sternere solet Virtus & Amor. Palatium conduxit protinus Pamphilij 800. nummorum pensione annua. Roma tota accurrit ad Spectaculum ea Principum frequẽtiã, vt viginti tres Cardinales recensiti sint honoris ergo conuenisse ad salutationem. Christina Succorum Regina Cardinalem ad eam venientem cum pari sede locasset, discedentem Procetonis vsq. liminare comitata, sinistram tenuit, vt Cardinalis dexteram occuparet. Cõgregationibus adscriptus Episcoporum, Regularium, Indicis; Immunitatis, Consultationis ea modestia & eloquentia sacra tra-
D ctauit, vt Cardinalem natum diceres non factum. Papa non habens vnde rem iuuaret domesticam, portionem assignauit dari solitam Cardinalibus pauperibus; quam tamen Basadonna modestè reiecit patriæ malens dignitati consulere, vnde venerat; quàm familiæ. Probauit Clemens excelsum animum, laudauit Patria, ipsi damnare non auserunt inimici. Comitiis Petrus adfuit Innocentii XI. sub quo decessit ætatis Anno 67. Salutis 1684. Die 4. Kal. Octobris. Romæ sepultus in ecclesia S. Mar-

Marci, ad Palatinas, iuxta Cardinalem Bragadenum, cum ſequenti epitaphio,

D. O. M.

Petro Baſadonna
S. Mariæ in Dominica S. R. E. Diac. Card,
Summis Veneta R. P. muneribus
Domi, foriſq. perfuncto
Et poſt Hiſpanam, Romanamq. legationes
A Clemente X. P.M.
Sola virtutis commendatione
à Procuratoria dignitate
Ad Cardinalis faſtigium tranſlato
Atq. vtrobiq. maiora promerito
Hieronymus D. Marci Procurator
& Ioannes fratres
Luctus & pietatis monumentum poſuere.
Obijt. 4. Kal. Octob. An. MDCLXXXIV.
Ætatis ſuæ LXVII.

10. *Pro Chriſto ergo legatione fungimur, tanquàm Deo exhortante per nos.* 2. Cor. 6. n. 20.

HVMILITAS



FEdericus Borromęus natu Inſuber, Mediolanenſis natalibus clarus patrem habuit Comitem Iulium Cęſarem Borromęum, matrem Ioannam Cæſiam, matronam nobilem, piam; cuius educatione pietatem cum lacte fortitus materno, Virgini addictus Deiparæ, altaria coluit, literas auide quæſiuit licet in delitiis enutritus atq. diuitiis. Patrimonio oamque Aronæ Comes, Angeræ Mar-
C chio, Cerri Dux canere ſolębat cum Iuuenali.

Quæ non fecimus ipſi
Vix ea noſtra puto.

In ſcholis propterea nobilitatem quæreos, Muſas omnes perquiſiuit, quarum comitatu ſuffultus Romam aſcendit ſedente Vrbano VIII. à quo aulicis donatus muneribus; auram ſubiit non aurum. Queſtor inde Melitenſis, poſtea ad Heluetios Nuncius Apoſtolicus, Romam ab Alexandro VII. reuocatus & Vrbi Gubernator præpoſitus proportione geometrica iuſtitiam proſequens, laudari meruit lingua
D ſanctiſſima Clementis IX. a quo ad Iberos miſſus Salutis Anno 1688. Nuncius Apo. Interregno Philippi IV. regnante Maria Anna tutrice Caroli II. omnem mouit lapidem ad eliminanda inteſtina diſſidia, quæ Hiſpaniam fatigabant occaſione Nidardi Ieſuitæ a ſecretis regnatricis aſſumpti, Magnatibus contradicentibus, præcipue Io: Auſtrio notho Regis Philippi IV. Bello ciuili diſcordia proxima, ni Borromęi victa conſiliis, Nidardum Regina Romam ablegaſſet, vbi titulo ornatum Oratoris Reginæ Catholicæ, ad purpuram etiam promouit. Quantum concordiæ Borromęus contulerit? elogia reſonant ipſius Reginæ ad Clementē IX. & X. Palatium Legatorum Apoſtolicorum cum Madriti vetuſtate iaceret conſumptū, ſuo ipſe ęre reſtituit, vnà & Eccleſiam contiguam magno ſumptu & apparatu; ipſo plaudente Pontifice Clemente X. qui ad limina reuocatum a ſecretis aſſumpſit, dixitq. Cardinalem die 22. Decemb. 1670. licet non longe ſuperuixerit, imperitia obrutus chirurgi in ſectione venæ, Romęq. ſepultus.

A

11. *Sicut frigus niuis in die meſſis: ita legatus fidelis ei, qui miſit eum, animam ipſius requieſcere facit.* 25. Prouer. 13.



B FRanciſcus Nerlius Florentinus Petri nobilis Florentini atq. Cameræ Apoſtolicę Theſaurarij filius, Anno natus Sal. 1636. Die 12. Iulij. nepos Card. Nerlii ſenioris, patre promouente Abbreuiator dictus Parci Maioris, Bullarum adfuit expeditioni, in Cancellaria Apo: inde Protonotarius ex numero Participantium; Canonicus primo Florentinus poſtea Vaticanæ Baſilicæ S. Petri; Abbas Commendatarius S. Laurentii in Citeriori Calabria; Abbas SS. IV. Coronatorum in agro eccleſiaſtico ſub diæceſi Oſtienſi, Prolegatus Bononiæ; Menſe Iunio 1670. Epiſcopus Andrinopolis, inde Nuntius Apo: ad Regem Poloniæ, ibidem degens Archiepiſcopus Florentinus poſtea Aſſiſienſis ſecunda honeſtatus legatione ad Ger-
C manos, tertia ad Gallos, vnde Romam reſtiturus a ſecretis aſſumptus per triennium inſudauit ſine querela, gratus aulicis & Pontifici, à quo Die 12. Iunii. 1673. Presb. Card. dictus est. *S. Matthęi in Merulana*. Congregationi adſcriptus S. Trid: Concilii: Epiſcoporum & Regularium; Fabricę S. Petri, Indulgentiarum, Reliquiarum S. Officii; Propagandæ; Rituum; Signaturę Gratiæ; Status Regularium comitiis adfuit Innocentii XI. Alex. VIII. Innoc. XII. ſub quo laudabiliter viuit.

12. *Oculi eius in pauperem respiciunt.*
10. Psal. 5.



Hieronymus Castaldus Anno natus Salutis 1614. in agro Lygustico, fortuna mediocri, Musas coluit, lauream obtinuit Iurisprudentiæ, inde ab agro sterili Romam veniens communem matrem, mercedem habuit a familia Costaguta pro fructuum exactione, in qua non mediocri fruge operam cum locasset, sedente Innocentio X. toga indutus Prælatitia, vsq. ad Alexandrum VII. officia obtinuit minora, & lue sęuiente pestilentiali, Romæ præpositus curā subiit eo feruore, ac Zelo quasi familiam administraret pro restitutione salutis, & annonæ prouisione, ne peste & fame grauaretur ciuitas; Vrbes in Vrbe diuidendo, communicationem regionum, imo familiarum intercidendo, fomitem morbo subtraxit; ne grassiretur. Magna propterea sibi existimatione conciliata apud aulicos, cum inde non promoueretur, parauit sibi Clericatum Cameræ Apo: inde in distributione Thesaurariatus competitoribus omnibus antelatus, propter experientiam publicorum vectigalium, munus tractauit cum Reipublicæ vtilitate, & absque subditorum querela. Hinc vt merito locus esset; & aquæ motu plures enatarent. Mense Decembri 1673. Presb. Card. creatus Comitiis adfuit Innocentii XI. in quibus & ipse candidatus suffragia propitia secreta retulit nouem, totidem in accessu. Bononiam Legatus ab eodem Innoc. XI. eo in speculo, ex quo hominum talenta refulgent, cum fama magni viri præeunte accessisset, opinione magnatum, inuentus est minus habens; Re vera cum oculi eius in pauperem respicerent; & prouinciam latronibus, grassatoribus, sicariis purgare contenderet pœnis propositis, suppliciis expositis; quorum plures fugaro satellitio, violenter in libertatem reuocarunt; ad declinandam seditionem Pontifex tutius credidit, Legatione minime completa, Romam reuocare Castaldum, qui hominum calumnias superare impotens tristitiæ ac mærori succubuit.

13. *Noli quærere fieri iudex, nisi valeas virtute irrumpere iniquitates.*
7. Eccli. 6.



Hieronymus Casanate Neapolitanus, ex Hispania oriundus Neapoli nascitur ex matre Neapolitana Sal. Anno 1619. Die 13. Februarii: emenso Studiorum spatio, Romam venit sedente Innocentio X. a quo cubicularius dictus honoris inde Gubernator Sabinę, Fabriani, Camerini ad dexteram non declinans neq. ad sinistram, auram subiit iudicis incorrupti, hinc ab Alex. VII. Innocentii X. successore Gubernator Anconæ præpositus, Sal. Anno 1658. Melitam Inquisitor missus (munus hoc Alex. ipse direxerat) post quadriennium Romam reuocatus in Congregatione vtriusque Signaturæ admissus cum suffragio, in congregatione Iustitiæ Auditor; in tribunali S. S. Inquisitionis Consultor assumptus, atq. in congregatione Consistoriali, Secretarius Congregationis de Fide Propaganda; post obitum Alexandri VII. Gubernator Conclauis, in quo creatus Pontifex Clemens IX. & ab eodem Rituum

A Consultor, Adsessor S. Officii: a Clemente X. Secretarius Congregationis Episcoporum & Regularium, in quibus omnibus gratiam meritus summi Pontificis, Presb. eligitur Cardinalis tit. *S. Siluestri in capite*, Die. 12. Iunii 1673. Congregationibus adscriptus S. Trid. Concilii, Rerum Consistorialium; Episcoporum & Regularium; Fabricæ S. Petri; Indicis librorum prohibitorum; S. Officii, Propagandę; Rituum; Præfectus Congregationibus Regularium, Visitationis Apo: S. R. E. Bibliothecarius comitiis adfuit Innocentii XI. Alex. VIII. Innocentii XII. de iustitia prudentia, sapientia, gratitudine bene audiens. Romę obiit Die. 3. Martii Sal. Anno 1700. Sacramentis ritè munitus, in

B Basilica sepultus Lateranensi, testamento condito in quo bona sua existentia in agro Romano ad summam Scutorum Romanorum centum & sexagint a mille Fratribus legauit Dominicanus vltra librorum volumina a 3000. cum onere alendi sex Professores qui Fidei controuersias docerent ex cathedra Italice, Hispanice, Gallice, Flandrice, Sarmatice, Germanice. Bona in agro existentia Neapolitano nepoti ex sorore legauit; Aragonensia alteri nepoti. Pictam Tabulam Romano legauit Pontifici. Familiaribus abunde prouidit: Eius mortem Fr. Antonius Kloche Mag. Gener. Ordi-

C nis Dominicani, sequentibus ad Fratres denuntiauit.

Tristi animo, accerboque dolore repleti hanc ad vos Epistolam mittimus, qua ingentem iacturam Ordini, Ecclesiæ, Orbique illatam Vobis denuntiamus. Ereptus nobis est, ereptus est Ecclesiæ, orbique vniuerso Eminentissimus Hieronymus Casanate: atq. eò grauior iactura est, quòd nec vnum Purpuratorum patrum Cœtum, nec solum Orbis Caput Romam, sed exteras etiam gentes acerbissimo mærore percellet, apud quas celeberrimum erat Casanate nomen, Mecænatis literatorum omnium, ac eruditorum amantissimi quorum sibi animos, nec meritorum fama solum, sed & beneficiis effusis deuinxerat. Quis

D satis incorruptos mores, ardentissimum pro fide, ac religione tuenda zelum, sublime ingenium, eruditionem summum, iudicium accerrimum, inflexam animi rectitudinem, cæterasque dotes, quæ seniunctæ etiam magnam commendationem merentur, in vno coniunctas, dignis vnquam laudibus celebret? Nulli rerum experientia longo vsu comparata inferior, in rebus intricatissimis certam, expeditamque sententiam ferre solitus, omnium ad se oculos conuertebat, vt se felicem haberet quisquis in rebus, quæ ad Sacrum Tribunal referuntur, Eminentissimum

simum Casanate sua Carte [illegible] propterea fore persentiret. Dum officia omnia collata certatim à Summis Pontificibus, à quibus maxima semper in existimatione habitus est in Romana Curia exercuerat, ut his gradibus ad Summum Sapientiae culmen eveheretur & antiqua Maiestatis Romanae, quae Orbi leges tulit, & referret in sese imaginem, & magnitudinem sustineret. Sed quod propiùs ad nos spectat quis unquam satis amantissimi Cardinalis erga Dominicanam religionem benevolentiam, beneficentiam, ac effusum amorem commendet? quem sane non obsequia viro supra fortunam erecto à nobis exhibita meruerant. Sed conciliaverat unica doctrinae integritas, quam ex Thoma haustam, nostro in ordine integram, ac illaesam semper suspexerat: atque ea vox saepius à viro, cui una communis Ecclesiae boni ratio cordi erat, audita est: felicem orbem fore, si una D. Thomae doctrina ubique obtineret; Unus in Scholis, ac Accademiis Thomas Doctor audiretur, ac consuleretur in rebus dubiis: nullae forent, inquiebat, in orbe haereses; nulla in Morali quae conscientias hominum regit, relaxatio; nulla in Mystica Theologia quae Sanctitati viam sternit, exerratio, aut illusio. Hinc ille in nostram Religionem amor, quod praeclarum hunc doctrinae thesaurum nulla parte imminutum in Dominicana familia servatum hactenus agnosceret, asseretque saepius magnum futurum perpetuò Ecclesiae subsidium Dominicanum Ordinem, dum eam doctrinam coleret, ac tuendae incumberet. Sed quis Ordini collata ab Eminentissimo Cardinali beneficia commemoret? non hic una epistola omnia referri possunt: Unde & supremam [illegible] Principis voluntatem Tabulis consignatam in ultimam manus venire, omnibus nunc oculis subiicere [illegible] licenter proptamus; ut agnoscat noster Ordo, seu & Orbis, quantum ipsi Dominicana Religio debeat. Conventum Minervae bibliotheca exaedificare instituit: Bibliothecam amplissimam, refertissimam ac in primis selectissimam reliquit, & ad publicum commodum, ac Virorum communi bono intentus destinavit, relicto non mediocri annuo Reditu, quo deinde augeri possit, & inter celeberrimas totius Orbis Bibliothecas recenseri. Praeter duos Bibliothecae Praefectos, qui huius curam haberent, Regentes duos institui voluit, sed ea lege, ut uni D. Thomae Summae Theologicae textus perlegendo, & explanando incumbant; Cum probè sciret Vir eruditissimus, nihil in eo praeclarissimo opere ad explicanda fidei, ac Religionis Mysteria, ad elucidanda vera, & solida Theologiae arcana, dubiaque omnia resolvenda deesse; petitis tamen, si quando opus esset ex aliis Angelici Praeceptoris operibus variis explanationibus, quod ipse comprobaret, nihil solidius inveniri posse, quàm quod ipse D. Thomas suis operibus complexus fuisset. Demum sex ex eodem nostro ordine Religiosos Viros, doctrina ac eruditione conspicuos, Gradibus in celebrioribus orbis academiis insignitos, ex omnibus Regnis, Italia, Germania, Gallia, Hispania, Polonia, Anglia, ac Belgio delectos, Romam advocari voluit, quorum unica cura esset vacare studiis, eruditionemque omnem comparare, ut parati semper, promptique essent ad Ecclesiae, sanctaeque Sedis defensionem, & refellendos errores, & novitates comprimendas, quibus oppugnari saepius fidem, ac christianam Religionem toties ipse ingemuerat. Haec iam dudum, cum integra valetudine frueretur, per longam meditationem constituerat, eo consilio, ut cum instaret ultima dies, non aliud, quàm de aeterna salute, ac deponendo inter Creatoris manus spiritu cogitaret. Gravi tandem & lethali morbo correptus, qui diu moriturum exercuit, quae Christianae pietatis exempla, quae comparatae iam dudum in Deum fiduciae indicia dederit, sciunt qui propiùs ad eum accesserant Viri omnium Ordinum clarissimi, quos vel amittendi Cardinalis tituli omnibus ornatissimi timor; aut concepta iam dudum de eo existimatio ac benevolentia advocaverat; ac nos etiam testes sumus, qui vix ex huius latere, dum morbo laboraret, ac in extremis ageret, discessimus. Nedum divinae voluntatis arbitrio se se permittere, sed divinum

A beneplacitum, & destinatam mortalibus communem legem & animo amplecti perpetuo visus, placido semper, ac interdum ridente etiam vultu summam animi tranquillitatem praeseferebat; atque ea omnium, qui aderant vox erat: ingentem quidem Ecclesiae iacturam Eminentissimi Cardinalis mortem esse, sed maximum Hieronymi lucrum, ut etiam non dissimulem, & quantum conjici poterat felicem adeò vitae exitum ipsi Religiosi Viri sibi peroptarent. Quis fuerit in Urbe omnium luctus audita Cardinalis Casanatè e vita discessu, quantùm in huius laudes se se omnes summi, infimique, ac omnium ordinum effuderint, vix explicari posset; at eximiae virtutis certè iam à Deo inter homines aliqua merces tanti Viri

B tam [illegible], quam nullo deinde spatio temporum interitura amplissima Viri gesta ad posteros deferent. Haec Reverendi Patres, ac fratres charissimi, dum recolimus acerbissimo nos dolore implent, & parem debitam: pro tot beneficiis gratitudinis sensum in nobis accendunt, quem utinam non inferioribus affectis demonstrare liceret. Sed ut quod in nobis est Eminentissimo Cardinali de Religione nostra meritissimo, piis operibus precibusque ad Deum fusis rependimus, Si quid piacularibus Flammis, quas vix inculpatissimi Viri effugiunt, eluendum superesset. Harum serie nostrique auctoritate officii mandamus omnibus ac singulis, tum fratrum, tum sororum Superioribus, ut Solem-

C nes pro bonae memoriae Cardinali Hieronymo Casanate exequias celebrant eo ritu, quo pro generalibus Ordinis persolvi solent: Ac insuper mandamus per Universum Ordinem à Sacerdotibus Missam celebrari, à clericis, & Velatis Sororibus septem psalmos, à Fratribus laicis, & sororibus Conversis Rosarium recitari: Quibus nos alias preces, poenitentias, vigilias, piaque opera, ac totius Ordinis suffragia applicamus. Atque hic in fine Vobis in Christo dilectissimis Patribus, ac fratribus in mentem revocamus, non ultimum inter Religionis ac pietatis exercitia esse debere continuam mortis meditationem; ac iam sapientiam esse novissima providere, ac de sorte mortis, ut sapiens loquitur, perpetuò cogitare: Beatum fore

D servum, quem cum venerit Dominus invenerit vigilantem, ut praesentis vitae finis futuro principio cohaereat, & nobis, qui professione Religiosa Mundo iam excessimus, vivere Christus sit & mori lucrum. Valete Nostri & sociorum vestris in orationibus memores. Romae die 6. Martii 1700.

Casanatae cadaver in marmore quiescit temporaneo, retro Altare Lateranense cum inscriptione.

Hic iacent ossa Card. Casanatae

14. Con-

14. *Consilium Achitofel, quod dabat in diebus illis, quasi si quis consuleret Deum.*


2 Reg. 16. n. 17.



FEdericus Columna Perusii natus Sal. Anno 1625. die 2. Septemb. ex Columnis Carbonianis, familia quæ (teste Sansouino) Romanam illustrat Rempublicam, a duobus namq. seculis numquam inter Principes sancita pax, in qua nomen non recurreret Columnensium. Liberalibus Columna imbutus disciplinis sub cura Patrum societatis, Romam venit sedente Innocentio X. Pancirolo Cardinali, qui a secretis erat, & ingeniorum scrutator aptissimus, non incognitus, vnde ab eodem repetitis muneribus honestatus, maiestatem natalium illustrauit splendore virtutis, vt morum honestate indolem clariorem faceret. Ab Alexādro VII. otiari nunquàm permissus, cum de subsellio ad gradum vocabatur altiorem, semper Pontificem habebat encomiastem, *Ad gradum vocamus merito inferiorem*: ipse vero sua sorte contentus, licet non deesset suam vrgere fortunam; hanc tamen à Deo assereret expectandam, animo viuebat tranquillo.
B Vsque ad Clementem X. Romæ substitit, vbi conciliatis nuptijs nepris Pontificis cum Ægidio Anticolarum Duce Principis Carbognarii filio, a quo Federicus solemniter adoptatus fuerat, etiam à Pontifice tanquam cognatus assumptus ad purpuram presbyteralem *tit. S. Anastasiæ* Sal. Anno 1674. Sedi Apo: non inutilis præcipue in causa *Franchigiæ*, inter Palutium Cardinalem patronum, & Principum Oratores, a quibus consilio & industria seggregauit Cardinalem Nitardum Oratorem Hispanum, qui inscius Gallo & Veneto concordauit cum Palatinis. Columna salute cum gauderet solida, aspectu pulcher, statura procera, lingua veloci & quasi mordaci velut Apis nunquam sine aculeo, postquam comitiis adfuisset Innocentii XI. Alex. VIII. Innocentii XII. quieuit Romæ cum Patribus suis.

15. *Erit opus iustitiæ pax, & cultus Iustitiæ silentium, & securitas vsq. in sempiternum.*

32. Isaiç. 17.



ALexander Crescentius Romæ natus Sal. Anno 1603. familia perillustri & antiqua plena sago, & purpura: a puero cum claustrum meditaretur, in quo solus soli Deo seruiret, impedientibus agnatis, coactus est dignitates prensare, & aliis viuere non sibi. Sedente Vrbano VIII. tribunalia fere omnia perquisiuit & præsedit Romana nec sine laude, quamuis moribus asper, iustitia tamen incorruptus. Legatus ad Ducem Sabaudum, Religionem promouit Catholicam, & si consilio Crescentii Dux ille non defuisset, in agro suo nullum pateretur hæreticum, quos *Barbettas* appellamus. Amicitia iunctus syncera cum Æmilio Altierio Pontifice futuro Clemente X. cuius consilia etiam in mediocri fortuna pro lege habuit, meruit ab eodem Presb. Card. dici tit. *S. Priscæ*, eo elogio. *Exaltamur quia verum amicum in hac promotione exaltauimus.* Amicum sane Pontificis exaltauit Clemens X. sed magis amicum Ecclesiæ, in quo vere dolus non est.

Comitiis adfuit Innocentii XI. candidatus & ipse; sub quo obiit in ecclesia sepultus S. Philippi Nerii, cum sequenti epitaphio.

D. O. M.
Alexander Cardinalis Crescentius Tit. S. Priscæ
Hic expectat, Donec veniat immutatio sua
A *Se interim fidelium orationibus, ac Sacerdotum desuper*
transeuntium commendans
Quod votum humilitatis Patrui
Maria Violantes Crescentia de Ceulis
Nepot. a filiabus notum fieri voluit
Hoc eodem Anno a Natiuitate MDC. XC.

16. *Cælum Cæli Domino; terram autem dedit filijs hominum.* 113. Psal.



GAleatius Marescottus, Romanus Sal. An. 1627. die 1. Octobris natus ex familia nobili peruetusta (quæ Roma in Scotiā transfretauerat, & iterū ad declinandos bellicos furores Romā redierat) a puero altaribus addictus, sub curauit parentum, indolem expoli innocentem. Sedente Vrbano VIII. cæpit in aula, arcana Principum rimari; sub Innocentio X. Nuntius missus Apo. ad Regem Iberum, inter Sacerdotii & Imperii dissidia iura non offendit Regalia absq. iniuria Sedis Apostolicæ. In ea controuersia, quæ de *Franchigijs* recurrebat inter Palatinos & Principum Oratores medius incedens vt pacis in-
C terpres, Regem Cardinali reconciliauit Palutio, vt Romę Nitardus Orator inscijs locis, primus manum dederit ad concordiam. Anno itaq. Iubilæi, qui fuit Salutis 1675. Die 27. Maii, P. C. creatur tit. *SS. Quirici & Iulitæ* Congregationi adscriptus Concilii Tridentini, Sacræ Consultæ, Episcoporum & Regularium; Fabricæ S. Petri, Immunitatis Ecclesiasticæ, Controuer. Iurisdictionalium, S. Officii, Status Regularium, Visitationis Apostolicæ, Birettum Cardinal. accepit in Hispania, titulum Romæ Die. 19. Decemb. Comitiis cum adfuisset Innocentii XI. ab eodem Ferrariam legatus raro exemplo tam nobiles, quàm populares habuit
D obsequentes.

Nil enim oculis faustior aspectus, aut menti sanior cogitatio (de Galeatio Card. Marescotto scripsit doctissimus Fr. Eustachius a S. Vbaldo Ordinis Discalceatorum S. Augustini, in præfat. libri, *De Benedictione*) *quàm vnitim in eum Principem aciem figere, quem Auita nobilitatis splendor illustrat, illibatus morum candor honestat, liberalis munificentia generositas exornat, singularis prudentia diadema coronat. In eum inquam suaui cordis benignitate,*

con-

17. Alligauit vulnera eius, infundens oleum, & vinum. 10. Lucæ.



BErnardinus Rocius Romanus, nepos Cyriaci Rocii Card. S. R. E. Romæ nascitur Sal. An. 1618. claro Sanguine, & suo cura patrui Cardinalis indolem promouit eri Ecclesiastici. Disciplinis instructus humanioribus, Iurisprudentiæ incubuit, inde in legationibus patrui, quem semper est co- A mitatus, arcana Principum rimauit. Nuntius Neapolim missus discrimina iurisdictionis inter Sacerdotiũ & Imperiũ si nõ absoluit, præterijt Pontifice cõniuẽte, Rege plaudẽte prudẽtiæ ministri, pro concordiæ tutela, oleũ primo infundẽs exemplo Samaritani, blanditiarum argumentũ, vt vinum austeritatis. Alex. VII. volens vnico præmio, duobus satisfacere (Frater namq. Bernardini manum dederat familię Chisiæ) Bernardinum Æconomum Palatio prępofuit Apostolico: quo in munere cum perseuerasset sub Clemente IX. & X. ea ęconomia, vt supra septuaginta Coronatorum millia annuatim ex sola cataphractorum & militum reformatione, Camera B augeretur Apostolica; Die 27. Maii. 1675. Presb. Card. tit. *S. Stephani in monte Cœlio* dictus, & comitiis adfuit Innocentii XI. sub quo decessit.

18. Vigilaui, & factus sum sicut passer solitarius in tecto. 101. Psal. 8.



MArius Albericius Neapoli natus Sal. Anno 1623. cuius affinitates toto Regno, ac Romæ resulgent. Studiis cum incubuisset sacrorũ Canonum Romam venit auro C plenus & aureis moribus; plaudente Alexandro VII. qui hominem cum vidisset, ex primo colloquio agricolam vigilantem prędixit in vinea Domini. Muneribus propterea illico admissus, manum posuit ad aratrum, & retro nunquam respexit, calcata eorum inuidia & odio, qui eum deprimere tentabant. Clemens IX. SS. Pontifex obloquentem de Albericio redarguit dicens. *Nos nil fecimus in gratiam Alberici: cum munera ipsum prehenserent, non ipse munera.* Sedente Clemente X. Nuntius missus ad Cæsarem, legationem subiit plenam periculis, pede tamen incedens D inoffenso, purpuratus rediit comitiisq. adfuit Innocentii XI. sub quo decessit.

19. Post tempestatem tranquillam facis: & post lacrymationem & fletum, exultationem infundis. 3. Tobiæ 22.



FAbritius Spada Brisighellæ natus in agro Romano, Sal. Anno 1643. die 18. Martii ex Marchione Horatio Spada & Marchionissa Maria Veralli Spada, qui Romæ diuitiis fulgent & dignitatibus. Eugubij olim in Vmbria natales habuit *Spada* familia, teste S. Francisco: quum lupam ab eo mansuefactam viro ille tradidit *Spadæ* familiæ, a quo tunica donatus, cum a grassatoribus viarum nudatus iaceret. In claustro Fratrum S. Francisci Eugubij picturam habes tanti miraculi cum historia. Concordat Vuadingus in Annalibus, apud quem de B. Guido Spada, ac Bernardino Spada Episcopo abunde. Bello postea rugiente ciuili in agrum venit Romanum gens illa; sæculoq. præterito Paulus Spada Thesaurarius filium habuit Bernardinum Card. S. R. E. creatum ab Vrbano VIII. Hodie propagante stipite, Romæ, Bononiæ, Fauentiæ, Spoleti difusi subsistunt: vbiq. cum honore. Bononiæ namq. titulo fulgent Senatoris ac Marchionatus oppidi S. Ioannis, & Montis Episcopalis, affinitatę suffulti cum Pepulis, Bargellinis, Caprara, Fantuccijs. Fauentiæ, Patronatu gaudent Baliuo S. Stephani, affinitatibus iuncti Bonacursijs, Mazzolanis, Rangonijs, Malatestę. Spoleti Militiæ adscripti S. Io: Hierosolymitani, castra duxerunt in Pannonijs, Catalaunnia, Flandria. Romæ, Marchionatu gaudent oppidi Viscardi ac Viceni. In agro Oropitano, affinitatibus fulti familiarum Verallæ, Mattheię, Maidalchinæ, Verospiæ, Romanæ, Ghisileriæ, Grassę Bononiensium; & Riccardæ Florentinæ. Patruum Fabritius habuit Bernardinum Spada Legatum Apo: ad Regem Galliæ, & Cardinalem S. R. E. aliumq. patruum Virgilium Spada Societatis Iesus, sub cuius disciplina artes perquisiuit liberales, & scientias, tandem Iurisprudentiam, cuius titulo laureatus in scenam prodiit aulicam, a Cardinali patruo abunde instructus de nugis Curialium. Post varia munera Romæ Nuntius abiit ad Ducem Sabaudiæ, apud quem suauiter agens, Missionarios Roma venientes, vt in Vallibus Ticini Caluinistas reuocarent ad lumen Euangelii, voce semper excitarent non manu, curauit. Hinc Duci summe dilectus, ad Gallos abiit magna quidem nominis existimatione apud Regem, ob memoriam patrui, qui eamdem legationem subierat. Periculoso tamen agitatus turbine ob diffidia Card. patroni cum Gallo, pene naufragus, emersit tandem clementia Regis optime introspicientis non à Nuntio, oriri diffidia. In promotione itaq. diei 27. Maii 1675. Cardinalis P. tit. *S. Chrysogoni* dictus, Regem habuit offensum, quod hæc promotio ei minimè arrideret: propterea Parisiis, quò Papa bir ettum mise-

miserat Cardinalitium, nullo signo permisso lętitię; Romam Fabritius rediit, a Gallo oratore minime agnitus vt Cardinalis. Parisijs discedens cum Breue conatus esset offerre Regi Pontificium, in relationem promotionis prætеritæ, nō auditus quamuis vt Nuntius ordinarius coram Rege stare tentasset. Internuntio propterea Parisiis relicto, Romam rediit, vbi Congregationibus adscriptus Confinium Status Ecclesiastici, Sacræ Consultæ, Fabricæ S. Petri, Immunitatis Ecclesiasticæ, & Controuersiarum Iurisdictionalium, S. Officii, Propagandæ, Signaturæ Gratiæ; Status Regularium, Visrum &c. Comitiis adfuit Innocentii XI. Alex. VIII. Innoc. XII. cui à secretis adstans, arcana dirigit Pōtificatus; vt merito de eo cum Cassiodoro *lib. 1. ep.* 12. Innocentiæ templum, temperantiæ sacrarium, arca iustitiæ. Ab eo abest profanum omne. Summo Sacerdoti verè sub Sacerdotio seruit.

20. *State ergo succincti lumbos uestros in ueritate, & induti loricam iustitię; & calceati pedes in præparatione Euangelij pacis: in omnibus sumentes scutum fidei, quo possitis omnia tela nequissimi ignea restinguere* 6. Ephes. 14.



PHilippus Thomas Houuardus Dux Norfolciæ Anglus Londini natus die 21. Septemb. 1630. familia nascitur Euangelio connata, in qua verę lumē fidei nunquam extinctum, quamuis sub tyrannide hæreticorum, plures dederit Cęlo martyres, ad tutelam veritatis Catholicæ. Nascitur ergo Philippus tertio genitus Milordi *Maltrauers* cui pater fuit Milordus Thomas Huuardus Arundelli & Surreii Comes, primus in Anglia Comes, Regni Marescallus hęreditarius perpetuus, cuius pater cecidit sub manu carnificis, spoliata propterea familia titulis & dignitatibus. Matrem Philippus habuit Elisabetham Stuardam Milordi filiam Edme Stuardi Ducis Richemond, Lenox, domini Aubignii, Achitalassi & Magni Camerarii regni Scotiæ, sobrinus Iacobi VI. Regis Scotiæ. Fratrem Philippus habuit Milordum Thomam, qui ex decreto Parlamenti in suas restitutus dignitates, dictus iterum dux Norfolciæ, Arundelli Comes, qui breui post mentis minime compos Pattauii apud Italos decessit in Palatio Cornelio Piscopiæ, vbi clausus degebat. Fratrem aliuni habet secundo genitum, Milordum Henricum Huuardum Angliæ Marescallum, Legatum ad Turcas, qui Byzantii pompa sane regali, patriæ ostentauit maiestatem.

Domi Thomas enutritus vsq. ad pubertatem, in Gallias missus vt libere studiis incumberet, ibi vt Catholicam Religionem, quam lacte haustam materno puro in pectore sęper seruauit ex Anglia profugus ad Insubres venit dux equitū cum commendatitiis Regis Hispani, vbi nō diu degens, inscio Gubernatore Mediolanensi, Cremonam secessit ad Fratres Dominicanos, vt eis nomen daret; reclamantibus Regiis ministris, opus fuit volūtatem explorare Philippi, interprete Cardinali Litta Archiep. Mediolanensi; & in proposito constans habitum induit, ac Neapolim ascendit studiorum causa, magistro Fr. Ignatio Flumine, quem Cardinalis dictus ad Episcopatum Polignani promouit) præcipuè Theologiæ dogmaticæ; quibus absolutis in Angliam rediit magnus Reginę eleemosinarius Catharinæ Brigantiæ sororis Regis Lusitani, fidem restituendo Catholicam, Martyres coadiuuando, eisq.

A personatus sacramenta administrando coram carnifice, & in patibulis. Confessorum gratia, Bruxellis ascetерium erexit Monialium, aliud aperuit Bornhemii, Patribus Dominicanis, in Comitatu Flandriæ, ad Scaldim fluuium inter Alostum & Antuerpiam, quò se receperunt Catholicorum turmę Anno Salutis 1673. eo procurante, Regium Parlamentum libertatem indulsit, vt per totam Britanniam Catholici celebrarent impauide; licet postea seditiose contradicente Parlamento inferiori, coactus fuerit Philippus Britannia secedere, vt furorem declinaret popularem, Bruxellas se recipiens, vt inde Romam ascenderet Iubilęi causa, Sal. Anno

B 1675. Patre permittente Generali, cuius licentiam dum expetit, & expectat, die 27. Maii 1675. decreto preuentus Clem. X. R. P. ad supremū vocatur Ecclesię Senatum, vt cum Principibus sedeat, & solium gloriæ teneat, Presb. Card. tit. *S. Mariæ super Mineruam* misso biretto Cardinalitio, quod in confinibus Gallorum assumpsit. Huic promotioni Curia peculiariter applausit Romana, lætata palam est ciuitas, gaudio exultauit fidelis natio Anglicana ex qua præ alijs Poeta nobilis laureatus *D. Iacobus Albanus Ghibbesius* metro heroiço gratulando cecinit.

Maius a celsa titulos haud iustius vnquam
C *Maiestate tulit, neq. tanto veris honore*
Se iactauit ouans, regalia germina quam cum
Stirpis Arundeliæ *Romano murice tinxit,*
Atq. sacrum Patribus lectis adscripsit Houardum.
Nempe bono par mensis erat, nec degener Anno,
Saturni regium referens, & Virginis astrum
Sub spetie Alteriæ *Stella. Nam respuit imas*
Pacto alio a superis Astraa reuisere terras,
Clementis *Patris obsequio, & moderamine lata.*
Rem miram vnius monstrant hac tempora secli
Angligenis, laxare parat quo maximus orbis
Arbiter, vtquè idem prases sublimis Olimpi,
Scrinia diuorum, ac calestia munera pandit.
D *Thesauros latè spargens mortalibus agris;*
Te quoque neglectam venisse Britannia, *dudum,*
Currit ab insigni quàm longum tempus Alano,
Pracipuam in partem, rubro dignata galero,
Sperares cùm tale nihil, vel credere posses.
Albion, *ipsa facis polluto nomine mirum,*
Quàm seiuncta loco, Latijs tam dissita sacris.
Attamen vnus homo, praua telluris alumnus,
Propositi ille tenax & spectatissimus aqui,
Heroum soboles, ac longo Sanguine Princeps,

Gran-

Grandior at patrio censu virtutis avita,
Nec fidei desertor iners, nec transfuga campi
Cognitus, excubias ad propugnacula seruans
Maiorum exemplo pro Religione Satelles:
Pro qua mille neces, quęcunque pericula vita,
Omnes fortunæ vultus, vncosque rotasque,
Pauperiem, ut vilem vultum, duroque labores
Constanti nunquàm dubitauit fronte subire:
Hic tibi restituit famam, sanctæque *vocamen*
Insulę Oceano in vasto; veniamque rogauit
Cælicolas rursum vt fieres Dos Virginis *almæ*
Scitur, Arundo quantum miseratus ab alto
Detulerit soli Deus ob pietatis amorem
Totas sæpè Vrbes texit iustissimus vnus
Nec rarò populis renouauit fœderis arcam,
O bene! diuinæ sed quis penetralia mentis
Explicet, æternos aut possit voluere sensus?
O decus arcanæ sortis, memorandaque fastis
Gloria, Virtutem profugi velut vmbra secuta,
Post tergum quæ sedit eques! nouus aduena terram
Dum premit ignotam, non mitis lege Senatus
Pulsus in exilium nuper, Norfolcius *heros,*
(Causa talis; CHRISTVM Romanę *fassus abito,*
Contrà qui steterit capital fecisse putatur)
Ecce Quirinali; uel sic, occaritur ostio
Menapios intra fines ad litora Scaldis,
Ingratę patrię iussus preponere Romam
Principis imperio, frunat qui Tibridis arces
Nostri odio natale solum te quando repellit
Noster eris: fratres inter numerabere nostros,
Te maior primo procerum cum maximus ires.
Exilium felix, Capitolij habuisse triumphum:
Illeas inuidia reparat sic Roma minutos.
Ocyùs hæc eia: Ausoniam & nunc indue coccum.
Scripserat hæc Genitoris tabulas fert nancius albas
Precipiti cursu, Bruxellas *in sede moranti.*
I, fama, *altisona notissima filia Clios,*
Exere pennarum remos librata per auras,
Atque his immensum comple clangoribus orbem
Antè, Suus tantos quam sentiat author honores,
Vltimus esto ipse; ignaro gratentur vt omnes;
Ac plausus pompis veniant Laurentibus apti.
Talibus haud facilem dictis accomodat aurem
Ille quidèm, & fastus odit, quos fugerat olim
Penè puer regum altorum, prognatus ab ipsis:
Pręcunctis opibus, tectisque illustribus optans
Veste sub obscura, contracta in limite cella
Magni Sancta sequi: Calorogę *iura Magistri.*
Sed quid agat? Superùm frustra pugnatur amori
Addictos si laude volunt cumulare clientes.
Mentem aperit culi Interpres: parere necesse est.
Exemplum graue cedendi paulò antè Grauina
Prębuit assultu simili, dùm ferro latebras
Mallet adoratas pariter, Guzmania *pubes:*
Multa diù luctatus, obit præcepta parentis.
Ergo agite, egregij fratres virtute, vel orta;
Nobile stemma Ducum; claris incumbite ceptis,
Atque augete genus præstantis lumine Vitæ,
Oebalio niteant ledæi sidere Dii;
Oebalio nexi cinctu splendete sodales.
Vos ego, cantando si quicquam nostra camęna
Proficiet, veniensue olim demisit in æuum,
Alite Mæonio secli miracula tollam,
Nullaquè post ętas meritos obducet honores.
Pars mihi laudis erit, Claustrum *vertisse* Theatro.

Romam cum venisset ad confratres Dominica-
nos, occurrentem P. Inquisitorem lepide excepit,
*Carceri me dabitis, quod ex regione veniam suspecta, &
heretica. De Heresi* (reposuit P. Inquisitor) *Eminen-
tia V. regreditur triumphator.* Inter fratres itaq.
humilis degens atq. demissus, soli incumbebat
conuersioni hæreticorum, ad quorum instru-
A ctionem, Pontifice permittente, Romę in con-
uentu SS. Io: & Pauli, Missionarios alebat
Dominicanos, quos auro fultos atq. doctrina in An-
gliam submittebat nouus Ioseph, vt contri-
bules redimeret è vinculo iniquitatis atq. perfi-
diæ: propterea charitate feruens, eloquio suauis,
moribus venerabilis, claustralis regulæ rigidus ob-
seruator, licet hospitio donatus in palatio Apo. cum
pensione Annua decem millium Coronatorum Ar-
chip. S. Mariæ Majoris vitam trahebat inter con-
fratres S. Sabinæ, vita delectatus communi, præ-
cipue Britannos, quorum indigentias sedulo rima-
bat, auro corripiebat non tam publice, quam pri-
B uate. Grandi perfusus lætitia, Sal. Anno 1685. In
restitutione Iacobi ad thronum assumpti fraternum
coronationem honorauit canticis & eleemosinis:
summo verò agitatus mærore Sal. An. 1688. in exi-
lio legitimi Regis verè Catholici, & iniusta subro-
gatione Principis Aurantij, ad Deum confugit iu-
ste nobis iratum ob scelera nostra, vt quantum posset
pœnitentia placaret.

Coronationi adfuit Innocentij XI. cuius dum ce-
lebraretur comitia, & in deambulatorio Conclauis,
Cardinalem Bullionæum haberet in occursum,
cumq. ciuiliter salutasset, non resalutatus indoluit
acriter, quòd inciuiliter habitus. Se autem excu-
C sante Bullionæo, a Rege sibi mandatum nec officiose
agere cum Cardinalibus nouissime promotis; pro-
pterea non dedisse responsum, quamuis erga perso-
nam omnem teneret existimationem in corde; non
quieuit Huuardus adijciens; aduersus eum non ex-
tendi mandatum Regium, quòd in suo ex Anglia
regressu, curru donatus Regio, vbiq. & publicè
Rege exceptus mandante; minime modò hæc con-
uenirent cum præsenti inciuilitate. Quæ cum ad
aures lacti peruenissent Collegij; misso illico ad
Regem tabellario, vt ipso mandante Cardinales
colerentur nouissimi; rogauere Patres: quod tamen
minime factum, quàm post nouum electum Ponti-
D ficem. Ibidem itaq. perseuerans, comitijs in-
terfuit Innoc. XI. Alex. VIII. & Innocentij XII.
sub quo Protector Britannię, Congregationi adscri-
ptus Tridentini Concilij; Episcoporum & Regula-
rium; Rituum; Propagandæ, in senectute bona,
Romæ pie obiit die 18. Iunii. 1694. in ecclesia se-
pultus S. Mariæ super Mineruam, cum sequenti
epitaphio.

D. O. M.

D. O. M.

Fr. Philippo Thomæ Houuardo
De Norfolcia & Arundella
S. R. E. Presbytero Cardinali
Tituli S. Mariæ super Mineruam
Ex sacra familia Fratrum Prædicatorum,
S. Mariæ Maioris Archipresbytero
Magnæ Britanniæ Protectori,
Magno Angliæ Eleemosinario,
Patriæ & Pauperum Patri,
Filio Prouinciæ Anglicanæ eiusdem Ordinis,
Parenti, & Restauratori optimo,
Heredes inscripti mærentes posuere,
Annuentibus S. R. E. Cardinalibus Eminentiss.
Palutio de Alteriis
Francisco Nerlio
Galeatio Marescotto,
Fabritio Spada,
Supremi Testamenti exequutoribus
Obiit XIV. Kalendas Iulij Anno Salutis 1694.
Ætatis suæ LXIV.

De eo lege Fontanam *in Monumentis*: Soueges in *Catalogo Cardinal.* Io: Michaelem Canallerium in *Galeria Dominicanorum*: & præcipue epistolam circularem Fr. Antonii Kloche M. Gener.

Vniuerso Prædicatorum Ordini per Orbem diffuso.
Fr. Antonius Cloche.
Sacræ Theologiæ Professor, ac eiusdem Ordinis Magister Generalis, & seruus: Salutem, pias lacrymas, ac iugem mortis recordationem.

QVàm ingentem iacturam Dominicanus Ordo fecerit, quàm amplum nobis ornamentum ereptum sit, quantaq. nobis in communi accesserit mærendi causa, hæc tristis ad vos Epistola deferet, quæ extremum clausisse diem, Eminentissimum Cardinalem Philippum Thomam Hovvart de Nortfolcia vobis denuntiabit. Luget Eminentissimorum Cardinalium Collegium extinctum clarissimum lumen, vitæq. integerrimæ Virum, qui nobilitate Prosapiæ, virtutibus generi paribus nouum Purpuræ splendorem addebat; quiq. moderatione animi, morum æqualitate, sine fuco, sine ambitu, candidoq. pectore, singularem omnium amorem omniumq. existimationem meruerat. Luget Prædicatorum Ordo amissum eximium sui instituti decus, Patronum simul, & alumnum, qui olim præclarissimis titulis, ridenti, & blandienti fortunæ, quæ nascentem exceperat, antepofuerat humilem, pauperum Christi statum, vbi optata, quæsitaq. quiete frueretur, & quę sponte natura offerebat, metuebatq. ipse, blanda quidem, sed dolosa beneficia repellere. Et lugeret etiam Anglia, nisi & ipsa lugenda foret: Quamuis nil dubium, quin melior, nobiliorq. pars acerbo dolore replenda sit, cum ereptum sibi validissimum Eminentiss. Cardinalis patrocinium præsentiet, in quo temperandę salutis, & restaurandæ amissę fidei spem non vltimam reponere potuerat. Sed inter has publici, & communis luctus causas, hoc nobis solatium relictum est, quod egregias Eminentissimi Houardi virtutes nunquam interituras fama ad posteros deferet. Si vero quis vnquam minus sibi & ea suprema dignitate vsurpauit? Et lacrymanti iniecta Purpura fuerat, ac ingemiscentem audiuimus sępius, & aduersum generis nobilitatem, ac splendorem penè indignatum, quòd latebras quærentem, ne lateret, prodidisset, sed ab optata quiete, & amico Claustri
A silentio in aulæ tumultus, quos fugere voluerat, reuocasset. Verum nec totum Houuardum reuocare potuisti inuito collata dignitas: meliori sui porta: meliori sui parte, desideriis, animoque, sui instituti tenuissimus, in Claustro remasit, aut veriùs Palatium in Claustrum commutauit vbi eadem viuẽdi ratio, eadem vestis asperitas, idem tunicæ lanęę vsus, quam ne exposuit vnquam, & in qua diem clausit extremum, vt nec febrium ardor, quibus vrebatur, nec vis dolorum, qui viscera discruciabant, flectere animum potuerint, vt in extremo morbo hoc sibi quamuis leue solatium & lineorum vsu afferret. An non Religiosa ędes Car-
B dinalis Palatium diceret; vbi Cænobitarum more in refectorio communi, dum continua lectio fieret, quam mente intenta lauriebat, tanquam vnus & multis, & veluti ęqualis sortis cum domesticis, vir tantus, & in ea dignitate constitutus mensę assidebat? Sed quis Ecclesiæ amor, & nobile, & Catholicæ Religioni sacrum pectus implebat? Iam dudum epuli, eiectęq. & Anglia fidei, & periclitanti innocentiæ asylum estruserat, erecto a fundamentis in Belgio Monasterio, quo fugerent sacrę Deo Virgines, vbi, & ardore fidei suorum gentilium infidelitatem compensarent, & ad placandam diuinam iram sese viuentes hostias, victimasq. offer-
C rent. Religiosam ędem pro suis Anglis iam Romę obtinuerat, atq. ornauerat, eo animo, eoq. consilio, vt veluti ex munitissima arce indè ad missiones in Anglia peragendas instructi pugiles debellaturi hęresim prodirent, parati mori in deffensionem fidei. Sed demum quis dolor Principis Ecclesiæ pectus fidei zelo accensum inuasit, audita publica calamitate, quę Catholicæ Religioni in Anglia let hale vulnus inflixit? Et venisset quidem erectus, infractusq. animo inter extremas sui generis ruinas Vir Cælo natus, nec earum rerum, quas spontè reliquerat, amissione permotus: Sed vbi prescriptam auitam fidem, e vera iure omnia, nihilq. integram
D in Anglia relictum fuisse, inaudita hactenus calamitate, & quamuis credent posteri, didicit, adeò indoluit, adeò tabescere, & sensim deficere visus est, vt tandem, concepto dolore, acceleratam mortem estimatum fuerit. Felis, quem vnicus Dei honor, vnica causa Fidei, ad omnia mortuum, sensuq. carentem & sensu præditum, & acerbi doloris impatientem inuenit. Hæc vnica nobis solatii causa relicta est, hæc quæ dolorem lenire ratio possit, quoties ereptum nobis Houuardum Eminentissimum tot

tot collata Religioni, Ordiniq. beneficia, & superstites Viri eximię in memoriam reuocabunt: Vni vixit Ecclesiæ, vni Religioni vixit, cui hoc vltimum ad cumulatam fęlicitatem deesse potuit, vt quod optauerat suo simul Catholico, & restituto Regno viuere potuisset. Sed hoc nobis vltimum sui amoris argumentum reliquit, & humilitatis, quam semper animo coluerat perenne monumentum: humili loco, in defossa humo, nullo erecto tumulo, in medio Chori Mineruitani condi voluit, vt quoties inter diuinas laudes in terram demitterentur adstantium oculi, toties Clarissimi, ac pientissimi Houeuardi animum subiret recordatio. Etsi verò inocentissima A vita, totq. præclaræ virtutes nobis satis suadeant in eorum sorte esse, qui vt Chrysologus inquit, *Morte nascuntur, fine inchoant, & in Cœlo lucent, qui in terris extincti creduntur*: Vt tamē hoc vltimo gratitudinem nostram obsequio, officioq. obsignemus, hortamur vos omnes F. F. Dilectissimi, vt præter communia, quæ reddi volumus, Ordinis suffragia, etiam & peculiaria offeratis *Date manibus* (vt cum Ambrosio loquamur) *Sacra Mysteria, pro Requiem ei affectu offeramus. Date Sacramenta Cœlestia, animam piam nostris oblationibus prosequamur, extollite manus in altum, ac eo saltem munere tteem eius meritis rependamus*. Ac interim fratres Dilectissimi viuite leti memores, ne B vos imparatos, sed vigiles mors vnquam inueniat, & reuocate sępius illud sapiētis in animum, hoc vnum nobis, nec declinandum vlla sorte Testamentum huius mundi esse relictum, *morte morienur*. Sitis etiam & nostri, & sociorum, vestris in orationibus memores, ne ea mortis cogitatio nobis vnquam è mente excidat, sed ità viuamus, veluti quotidiè morituri. Valete. Romæ die 19. Iunij 1694.

21. *Memores estis fratres laboris nostri, & fatigationis, nocte ae die operantes, ne quem uestrum grauaremus, prædicauimus in uobis regnum Dei*. 1. Thessalon. 2. n. 9.

GAsparē de Carpineo (de quo supra n. 2.) Romæ genuit Franciscus Maria Carpinei Comes, & Martia Spada matrona lectissima. In lucem surgit die 8. Maii. Sal. Anno 1625. non 1615. vt per errorem obrepsit typographi *supra numero 2. pag. 379*. Mense nascitur, qui teste *Macrobio* Maioribus consecrabatur, quorum consilio Respublica gerebatur,

Hinc sua Maiores tribuere uocabula Maio.

Agnatus Vlderici Cardinalis de Carpineo sub Vrbano VIII. *Iunior* dicitur ętate, consilio *Senior*. Studiis omnibus incubuit liberalibus, quibus clara na- D talia altius euexit, & morum honestate veluti auro colligauit de virtute sollicitus, non de Imaginibus Auorum, quamuis nulli secundus rectum germen liberorum Comitum de Carpineo (ex quibus Comites Montis Feltrii, iure hæreditario ad Vrbini Duces translati) studio, labore, sollicitudine, Religione, Iustitia seipsum genuit. Vastissimum emensus Iurisprudentiæ Oceanum, qua regitur Orbis, in arenam descendit V. S. Referendarius, quo munere iudices extra ordinem fatigans, quæstiones exponendo supra numerum, & altioris indaginis, quarum plures arcana dicta *Iuris Canonici*; magna sui nominis existimatione, gratiā meruit Alex. VII. R. P. à quo Auditor datus Signaturæ Iustitiæ, a secretis assūptus in Congregatione Aquarum, ad Congressum deputatus habitum pro finium discretione cum ministris M. Ducis Hetruriæ. Rotæ postea Auditor Romanę ab eodem electus Alex. VII. licet in Rota, voto numquam aberrauit Iustitiæ, eo litigantium plausu, vt etiam succumbentes ducerent pro solatio, damnari si a Carpineo exiret edictum. Mortuo Alexandro VII. cum merita superuiuerent; a Clemente IX. Consultor dictus Congregationis S. Officii, aulico agitatus Mari vsq. ad Clem. X. munere honestatur grauissimo *Datarii Apostolici* (Thesaurus iste Ecclesiæ Vniuersę, vnde Christi Vicarii onera, labores, studia rependunt militantium in Ecclesia Dei) tandem die 21. Decemb. 1670. Presbytero Cardinalis tit. *S. Mariæ Transtyberim* a secretis assumpto Vicaria potestate Petri nauis regenda committitur, vltra Congregationes Tridentini Concilii, cui sedente Clemente X. prointerim pręfuit; Rerum Consistorialium, Episcoporum & Regularium præfectus, ac Rituum; cæterasq. Congregationes Romanas, quibus omnibus zelantissime adstat, paucis exceptis nempe Fabricæ, & Boni regiminis, ea vigilantia, vt de eo cum Psalmista 18. *Et en im seruus tuus custodit ea; in custodiendis illis retributio multa*. Ea iustitia, vt de eo cum Dauide. Psal. 16. *Ego autem in iustitia apparebo conspectui tuo*, Ea fide, vt de eo, *Testamentum meum fidele ipsi. Psal. 88*. Conuersatus tandem cum Paulo 3. Philip. *semper sine querela*.

ADDITIO

Ad Ioannem Bona Card. tit. S. Bernardi n. 8. in Clemente IX. p. 370.

C Plura scripsit Io: Bona priusquam sacris initiaretur, sed vbi primum sacerdotio initiatus fuit, actus conscientiæ stimulis, S. Patrum, qui de Missa sancte celebranda aliquid ediderunt, scripta percurrens, plura ex ijs documenta excerpsit, quibus opusculum composuit, in quo de Sacrificio, eiusq. valore, & fructibus vniuersim; tum de his, quæ ad recte, pieq. celebrandum iuuant sacerdotem; de modo, quo se comparare debeat ad rem diuinam faciendam; de Sacrificii celebratione; ac postremo de gratiarum actione diligentissimę tractat.

Scripsit etiam *De Diuina Psalmodia*

Via Compendij ad Deum

Manductio ad Cœlum

Rerum Liturgicarum in quo plures licet passus. Antagonistas, quorum vnum gregarium, hoc solummodo Quintiliani perstrinxit effato.

Felices artes, si de ijs soli artifices iudicarent

De Discretione Spirituum

De Principijs Vitæ Christianæ, qui in Gallicam linguam a viris clarissimis translati fuere.

Horologium Aſceticum
Diarium
De Præparatione ad Mortem.

Paupertatem ita coluit quòd à prædiuite donatus Cardinali quatuor millibus nummorum, iterum ac tertio munus recuſauit, vixq. tandem adduci potuit, vt pateretur eam pecuniam ab amico ea lege recipi, vt in pios vſus cederet, vt ceſſit illico Patribus oblata Miſſionis.

Teſtamento condito mandauit; ne ab amicis laudaretur; neue qui libris eius in lucem edendis operam nauarent de auctore quidquam magnifice A præfarentur; Cœnobio S. Bernardi ad Thermas, bibliothecam ſuam, ac quod reliquum habebat tenuis ſuppellectilis legauit. Vaſa argentea quæ a clariſſimo D. I. G. Sluſio; equos & Rhedas quæ a Cardinali Roſpiglioſo dono acceperat, quum purpura auctus, moriens cum gratiarum actione remiſit. Famulitio ſuo ſex menſium ſtipem aſſignauit, conſtituitq. vt domi a ſe conductæ per idem tempus hoſpitarentur, eiuſque ſumptibus alerentur. De affinibus & conſanguineis nec verbum fecit: quin ab amico monitus, vt aſſignata ſibi congiaria (*Penſiones* vocant) in aliquem e cõſanguineis transferret, reſpondit: *Eccleſiæ bona non eſſe ditandis augendiſq. affinibus & conſanguineis, ſed alendis pauperibus deſtinata.*

De eo lege præfationem ad eius opera Antuerpiæ edita Sal. An, 1694. ſumptibus *Henrici & Cornelij Verdaſſen.*

ADDITIO AD CAADINALEM FABRITIVM SPADA n. 19.

EX Gallia Romam reſtitutus Fabritius Spada, comitiis cum adſuiſſet Innoc. XI. ab hoc Pontifice, qui re & nomine innocentiam quæſiuit, Vrbini legatione donatus, ſeptennio præfuit. Iuſtitiæ argumentum, rexiſſe populos more Romano.

Hæ tibi erunt artes, paciſq. imponere morem:
Parcere ſubiectis, & debellare ſuperbos.

Vis & Virtus emblema fuit equiti appoſitum Bellerophonti, Chymeram occidenti. Impos enim ſine virtute robur, & ſine robore virtus. Septennio præfuit, ſine querela: quòd ſi diuinum non vſurpo, nec humanum dicere audeo. A ſecretis aſſumptus ab Innocentio XII. cum ſeculo decennium implet regiminis inculpari, innocens, impollutus.

INNOCENTIVS XI. P. R. CCXLII.

INnocentius XI. electus die 21. Septembris, An. Sal. 1676. Obiit die 12. Auguſti An Sal. 1689. Eius adfuere comitiis.

Epiſcopi Cardinales.

1. Franc. Barberinus Florentinus
2. Vldericus Carpineus Vrbinas
3. Iulius Gabriellus Romanus

B 4. Virginius Vrſinus Romanus
5. Cæſar Fachinettus Bononien.
6. Hieronymus Grimaldus Bononien.

Presb. Cardinales.

7. Carolus Roſſettus Ferrarienſis
8. Nicolaus Ludouiſius Bononienſis
9. Alderanus Cybo de Maſſa Carraria
10. Benedictus Odeſcalcus Comenſis *Papa futurus*
11. Laurentius Raggius Lygur
12. Io: Franc. Paulus Gondius de Retz Gallus
13. Aloyſius Homodeus Mediolanenſis
14. Petrus Ottobonus Venetus
15. Franciſcus Albiccius Ceſenas
16. Carolus Pius Ferrarienſis.
17. Flauius Chiſius Senenſis.
18. Hieronymus Bonuiſius Lucenſis
19. Antonius Bichius Senenſis
20. Iacobus Franzonius Lygur
21. Petrus Vidonus Cremonenſis
22. Gregorius Barbadicus Venetus
23 Paſchalis de Arragonia Hiſpanus
24. Hieronymus Boncompagnus Bononien.
25. Alphonſus Litta Mediolanenſis
26. Nerius Corſinus Florentinus
27. Carolus Bonellus Romanus
28. Cælius Piccolomineus Senenſis
29. Carolus Caraſſa Neapolitanus
30. Palutius Altierius Romanus
31. Io: Nicolaus de Comitibus Romanus
32. Iacobus Niòius Senenſis
33. Iulius Spinula Lygur.
34. Innicus Carraciolus Neapolitanus
35. Io: Delphinus Venetus
36. Iacobus Roſpiglioſus Piſtorienſis
37. Emanuel Theodoſius Bullioneus Gallus

C 38. Ludouicus de Porto Carreto Hiſpanus
39. Carolus Cerrus Romanus
40. Lazarus Pallauicinus Lygur
41. Camillus de Maximis Romanus
42. Caſpar Carpineus Romanus
43. Cæſar Eſtræus Gallus
44. D. Bernardus Guſtauus de Baden. Germanus.
45. Petrus Bonſius Florentinus
46. Io: Euerardus Nidardus Hiſpanus
47. Fr. Vincentius Maria Vrſinus Romanus
48. Federicus Columna Peruſinus.

D 49. Franciſcus Nerlius Florentinus
50. Hieronymus Caſtaldus Lygur
51. Alex. Creſcentius Romanus
52. Galeatius Mareſcottus Romanus
53. Bernardinus Roccius Romanus.
54. Marius Albericius Neapolitanus
55. Fabritius Spada Romanus
56. Fr. Philippus Thomas Houuardus de Norfolcia Anglus.

Dia-


Diaconi Cardinales.

57. Franciſcus Maidalchinus Viterbienſis
58. Federicus de Haſſia Germanus
59. Carolus Barberinus Romanus
60. Decius Azolinus Firmanus
61. Paulus Sabellus Perettus Romanus
62. Sigiſmundus Chiſius Senenſis
63. Nicolaus Acciaiolus Florentinus
64. Bonacurſius Bonacurſius Maceratenſis
65. Felix Roſpiglioſus Piſtorienſis
66. Hieronymus Caſanata Neapolitanus
67. Petrus Baſadona Venetus.

Quorum ſeptem creauit Vrbanus VII. Tredecim Innoc. X. Viginti Alex. VII. Octo Clemens IX. Decem et nouem Clemens X.

NOmina recenſendo Cardinalium aduerte abſq. iniuria hic nominum ordinem ſubuerti: tempus namq. promotionis intus habebis in vita cuiuſq. Cardinalis.

1. *Dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatem: propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ conſortibus tuis.* 44. Pſal. 8. A



IO: Baptiſta Spinula Lygur familia pernobili purpura, & ſago, nepos illius Horatii Cardinalis Spinulæ, cuius in funere Conchilium cenotaphio appēſum inter duos lapides confractum, cruore conſperſum ſub lemmate, *Cōpendia mihi diſpēdia*. Hoc eſt

Nelle perdite miegli acquiſti io trouo:


curam annuens paſtoralem in eius Archiepiſcopatu, in quo ſpiritū emittēs glorioſè, mortē obibat ad metā gloriæ. Romā venit Io: Bap. Orbis theatrū (in quo Platones ipſi de artibus Reipublicæ legem accipiunt) regiminis non ignarus, vnde poſt varios Magiſtratus, Vrbis gubernator coram ProDeo, meruit ab eodem Presbyter Card. dici tit. *S. Agnetis*, die prima Septemb. 1681. Congregationibus adſcribi Sacræ Conſul. Epiſcoporum & Regularium; Status, Viſitationis Apoſtolicæ; Comitiis adfuit Alexandri VIII. Innocentii XII. Bononiæ Legatus præfuit more Veneto domi ſeruata Iuſtitia; & tota in Vrbe procurata *Abundantia*. Hac plebem ſibi deuinxit amoris vinculo; illa Nobiles habuit obſequentes. Terror namq. Iuſtitiæ venerationem ita conciliat, vt Iudicem etiam inermem armatum legibus, vt Deum potius exhibeat, quàm hominem. Legatione abſoluta; torque aureo ſubditorum corda ſubſtrauit, ſparſis miſſilibus quibus irretitus populus lætis acclamationibus abeuntem proſequendo vſque ad limina agri Bononienſis, meſti redierunt ſine parente.

Epigramma.

Spinula ſi Italice à ferro terebrante vocatur,
Siue ab Epiſtomio Promus, vt ipſe refert.
Nomina reſpondent rebus ſunt conſona factis,
Perfidiæ primo nam fodit ipſe caput
Clauis Epiſtomium ſi rectè dicitur omne.
Additur en Clauis, Clauibus iſta Petri.
Clamitet Vrbs ergo, vox ſitque effuſa per Orbem
Clauibus his tribus, trina Corona decet.

Frater Bonauentura de Lama Reformatus S. Franciſci Auplię Salentinorum.

2. *Vide filia & inclina aurem tuam: obliuiſcere populum tuum & Domum patris tui.* 44. Pſal. 11.



ANtonius Pignatellus Neapolitanus Presb. Card. tit. *S. Pancratij electus die 1. Septemb. 1681.* Archiep. Neapol. Papa futurus nomine *Innocentij XII.* Nepotiſmum abhorruit: Prælatos cum haberet virtute conſpicuos, quia conſanguineos promouere non auſit, De quo. B

Poeta incognitus.

LARIVM littus TIBERIM in celedo
Tradidit Ciuem Fidei columnam,
Qui Ratem Petri, impauidus procellæ,
Denique rexit.

Fœdus ſacrum ſtatuit feroſque
Brittones preſſit, licet inde oborto
Turbine Europa, tuba concitarit
Martia turmas. C

Ceſſit Hic Fatis, miſereque cędes
Vndique & ferro viguere, & ipſe,
Nec breuis curſus ualuit ſequeſtris
Arma morari

At Vir electus fuit ex amoena
Vrbe Sirenum, potis, vndequaque,
Palladis ramo uiridi, Cupreſſos
Tollere nigras

Omine hinc fauſto gerit Innocentii.
Nomen VNDENI DVODENVS ipſe,
Cui cor in cunctis merito putatur
Eſſe Prioris.

D *Hic gregis Paſtor bonus, atque Ouilis*
Strenuus cuſtos metus ac Luporum,
Verbo, & exemplo pretioſa præbet
Pabula alumnis.

Auſpice Hoc tanto, temere ingruentes
Cæſaris Miles Scithicas Phalanges
Nuper obtriuit ſociaſque vires
Perdidit omnes.

Huius hortatu fera corda Regum.
Flaminis Sacri pius ardor vret
Quæ diu flammis odiit proteruus
Orcus aduſſit.

Id simul fert, iuga ferre thraces
Nostra cogetur, Solymumque sceptra
Reddere & Petri pedibus superba
Flectere colla.
De Conclaui Anni MDCXCI.
mense adhuc sexto.

---

5. Potens in opere, & sermone.
24. Lucæ 29.




FEdericus Vicecomes Mediolanensis Caroli filius Comitis & Equitis Quæstoris Magistratus ordinarii, atq. Generalis Thesaurarii ex Francisca Peoua die 4. natus Decembris 1617. ac die 24. eiusdem mensis, fonte renatus Baptismatis, adolescentiam muniuit studiis artium liberalium, Philosophus, Theologus, I. Consultus lauream adeptus in Accademia Ticinensi, Primicerius assumitur in Cathedrali Mediolanensi; & tanquam patritius Collegio ibidem adscribitur Iuristarum. Romam inde ascendit Aduocatus Consistorialis, postea Rotæ Auditor Romanæ, successor datur Cardinali Littæ in Archiepiscopatu Mediolanensi; die vero 1. Septemb. 1681. ab Innoc. XI. R. P. Presb. Cardin. assumitur *tit. S. Alexii.* Comitiis adfuit Alex. VIII. sub quo obiit; in Cathedrali sepultus Mediolanensi, lapide inscripto sepulchrali.

Federicus Cardinalis Vicecomes
Archiepiscopus Mediolani
Obijt VII. [illegible]. An: MDC.XCIII.

---

6. Filii Belial dixerunt: Num saluare nos poterit iste? Et despexerunt eum, & non attulerunt ei munera: ille vero dissimulabat se audire.
1. Reg. 10. n. 27.



FR. Raimundus Capisuccus nobilis Romanus, Romæ nascitur mense Nouembri 1615. patre Paulo Capisucco Marchione Pogii Catini, & Monteri ex Hortensia Marescotti matrona conspicua, M. Antonii Comitis Iullianelli & Parani, atq. Octauiæ Vrsinæ Castri S. Angeli filia, & in fonte Baptismali, *Camilli* nomen sortitus, in *Raimundum* commutauit Anno ætatis XIV. Fratribus adscriptus S. Dominici, cuius habitum induit die 8. Iunii 1630. Romæ, in conuentu Mineruæ, sub prioratu Fr. Vincentii Candidi; die vero 8. Iunii 1630. Romano dispensante Pontifice Vrbano VIII. votum suæ professionis emisit solemne. Natura magistra eloquentissimus cum orator declararet supra artem, in solemnitate D. Thomæ Aquinatis, panegyrim recitauit coram purpuratis eo plausu, vt pater diceretur eloquentiæ. In arcanis Philosophicis, atq. Theologicis eò ascendit, quod a Fr. Vincentio Candido Mag. Sacri Palatii in collegam assumptus sua vigilantia, & doctrina Innocentium X. R. P. sibi conciliauit, à quo, Sal. Anno 1650. secretarius datus Congregationi Indicis; Mense vero Decembris 1653. Examinator Episcoporum; & post obitum
A Fr. Candidi, die 13. Nouemb. 1654. Magister assumptus Sacri Palatii conciones habuit frequentes coram Sanctissimo; præconium reddente F. Leone Carmelita, natu Gallo concionatore celeberrimo, *Principem Concionatorum* personare Capisuccum. Verum alternante Fortuna, quæ summis stare diu negat: accusatus apud Alex. VII. R. P. librum incaute adprobasse, cui titulus *Candor Lily*, Magisterio expoliatus Sacri palatii ei subrogato Fr. *Hyacyntho Libello* intimo Alexandri VII. vnde fama streperet depositum Capisuccum non propter *librum*, sed propter *Libellum* ea modestia in cænobium rediit, vt in paradisum regredi videretur voluptatis, non sine
B Principum clamore & querela, præcipue M. Hetruriæ Ducis apud Pontificem, qui de innocentia Capisucci certior factus, ad cathedras inuitauit Episcopales; cum iste iustitia fretus degère præferret in sinu matris, quàm thronū scandere, & aquilonibus se exponere malignantiū; mādauit Alex. VII. Papa, vt titulo decoratus *Reuerendissimi*, sederet primus post Generalem totius Ordinis Dominicani. Defuncto Alexandro VII. Clemens IX. ne Capisuccus sub modio lateret, sed super candelabrum luceret, Ecclesiæ præfecit Nucerinæ, in Vmbria, sed incassum; humiliter se excusante Capisucceo, otii causa literarii, in quo perseuerauit vsq. ad pri-
C mam Februarii, 1673. a Clemente X. restitutus Magisterio Sacri Palatii, ob translationem M. *Libelli* ad Archiep. Aueniononensem die vero 1. Septemb. 1681. ab Innoc. XI. Presb. Card. assumptus tit. *S. Mariæ Angelorum*, quem postea mutauit in tit. *S. Stephani in monte Cælio* in præmium laboris, atq. constantiæ non solum in aduersis, sed in sui Magisterii fideli discrimine. Vixit in purpura Annos decem, Inquisitor Generalis totius Christianæ Reipublicæ, Congregationibus adscriptus Examinis Ep. Indulgentiarum, Reliquiarum; Indicis; Rituum; protector congregationis S. Bernardi, Pontifex acclamatus futurus, nisi morte præuentus tempore
D comitiorum, ob mortem Innocentii XI. locum dedisset Innocentio XII.

Obiit die 22. Aprilis Dominicæ in Albis Hora 24. Anno Sal. 1691. ætatis 76. sacramentis rite procuratus, solemniterq. sepultus in ecclesia S. Mariæ in porticu, in capella S. Pauli, tumulo exceptus gentilitio; quam ipse pretioso instaurauerat marmore, & mausoleis. Exenterati corporis excepit viscera Capella S. Dominici, Romæ in conuentu Mineruæ, eisq. sequens adiecere epigramma.

Raymundus cinctus Capisuceus Murice sacro
Semi sepultus humo, dimidiusq. iacet.
Quandoquidem patriæ corpus tumulatur in vrna:
Cor tamen hic, sanguis, viscera clausa latent.
Corporis, ò socij non inuideatis honori;
Hæc immortalis pignora amoris erunt.

Alia Inscriptio in eodem templo

Raymundus tit. S. Mariæ Angelorum ad Thermas S. R. E. Cardinalis Capisuccus Ordinis Prædicatorum, pio erga suum Ordinem affectu, ex hac vita decedens, in quo cum primo religiosæ vitæ spiritu didicit, nihil habere, cordi potius, quàm pietatem sua voluit tumulari præcordia.

Plura scripsit Capisuccus, præcipue
Selecta Scholastice, Morales, Dogmatice, Scripturales ad mentem D. Thomæ resoluta.
Sermones habiti in sacello Pontificio.
Vita B. Io: Chisij.
Lucubrationes pro tribunali S. S. Inquisitionis
Resolutiones Morales.

De eo lege Fontanã *in Monum.* Vincentiũ Baroniũ *in Apologia to. 2. sect. vlt.* Michaelẽ Cauallieri *in Galeria*. Qualis fuerit? habes ex breui sed neruosa epistola Fr. Antonii Cloche Magistri Generalis totius Ordinis S. Dominici, data die 28. Aprilis 1691. ad Fratres Prædicatores,

Flebile nuntium ad vos hæc Epistola defert, cùm Eminentiss. Cardinalis Capizucchi mortem vobis significat: nihil deerat, quod virum omnibus numeris absolutum efficere posset. Certabant in eo nobilitas, doctrina, Religio, dignitas, vt nulla cæteras superaret, & quælibet emineret. Nec verò ingentibus dotibus à natura comparatis, assiduum studium laborque defuit, ne eum meliorem, aut maiorem natura quam virtus effecisse videretur. Vix in Conuentu Mineruæ professus, audita Philosophiâ, & Theologiâ in quibus mirùm quos profectus fecerit: mox vtramque in Collegio de Vrbe in eodem Conuentu Mineruę per annos plures docuit. Sed erat ad maiora natus quam vt diu in Scholarum vmbris delitesceret; primùm Secretarius Indicis ab Innocentio X. ac simul Episcoporum examinator creatus est anno 1650. deinde Magister Sacri Palatii ab eodem Summo Pontifice anno 1654. institutus. præclarum officium dotibus omnibus, quibus officio ipso maior videbatur decorauit, atque tum inter huius muneris indefessos labores, egregiis operibus Rempublicam litterariam locupletauit: ac ab Innocentio XI. anno 1681. cum ingenti totius Ordinis, Orbisque lætitia inter Romanæ Ecclesiæ purpuratos Patres cooptatus, ac simul vnus ex Generalibus Purpuratis Inquisitoribus in vniuersa Christiana Republica instituitur, aliis etiam Congregationibus adscriptus.

Qua verò in Eminentissima dignitate, fide, integritate, Religione, Maiestate se gessit, quo animo Catholicam fidem in Sacris Congregationibus, consultationibus, consiliis, decisionibus defendit, ac propagauit? Sed nihil magnum diu durare potest, suus est felicitati, quamuis eximiæ terminus præfixus, summa cadunt, eaque lege, quâ orta sunt omnia, tandem occidunt. Ætate igitur grandeuus, scilicet 76. annorum, quos inchoauerat, sed maior meritis, hoc anno 1691. die 22. Aprilis, quæ Dominica in Albis fuit, receptis prius cum magno pietatis sensu Sacramentis longaque peroratione Domesticam familiam ad Dei obsequium, virtutemque hortatus, quâ omnium lacrymas elicuit: tandem omnibus iacturam tanti viri deflentibus, cum occidente Sole præclarissimum Religionis Sidus occubuit.

Fuit vir planè excelso animo, quem nec aduersa frangerent, nec prospera nimium extollerent, omnibus cuiuscumque fortunæ casibus semper
A maior, ac vanitatis rerum, vitæque fragilitatis ita memor, vt etiam in prospera senectute de vicina, ac veluti properante morte præsagus sæpiùs loqueretur.

Indoluit tota Religio nostra Dominicana Romæ agens, quod præclarissima vox illa conticuerit, quod altera Capitis nostri corona ceciderit, & triplex illud vinculum, quo Religio Sanctæ Sedi, ac Romanæ Ecclesiæ singulariter iungebatur rescissum fuerit. Neque minor eandem Religionem toto Orbe propagatam, etiam in dissitis, remotisque longè nationibus dolor afficiet, quam primum ad eam hoc triste nuntium peruenerit, cùm eadem
B omnibus nobis dolendi causa sit. Nos aliquid equidem de concepto dolore remisimus, cùm supremis saltem obsequijs morientem prosequi licuerit, & obscuratam in Feretro Purpuram osculari. Sed hoc etiam à vobis Fratres clarissimi solatium capi volumus, vt nedum communia, & quæ Religio iubet ipsi iusta persoluantur; sed & quisque maiori ardore animi si quid eluendum supersit, Sacrifitijs, aliisque precibus ipsum absoluere conetur. Valete Fratres, & obuersante ante oculos ea fragilitatis humanarũ rerum imagine, discite ac sæpius in mentem reuocate, transire omnia, nosque aliquando transituros. Viuat quisque nostrum vt iam mundo mortuus, qui
C se moriturum non ignorat.

Concordat F. Vincentius Maria Fontana in suis *Monumentis Dominicanis* Sal. An. 1673. *Fr. Raimundus Capisuccus nobilis Romanus; de S. Sede Apo. ac nostro Prædicatorum Ordine optime meritus; vt pote eidem S. Sedi multis Annis per varia & clara officia probatus, primum videlicet Magistro Sacri Palatii Fr. Vincentio Candido suo decessori socius adlectus, exinde Sacræ Indicis Congregationis datus Secretarius, ac simul eodem in munere Episcoporum, coram Summo Pontifice Examinator, demum Candido vita functo Magister Sacri Palatii Apo: per fel. record. Innocentium P. P. X. renuntiatus; quo munere eum per X. fere Annos diligenter, ac fideliter perfunctus fuisset, ad matrem suam Religionem rediit, Epi-*
D *scopalibus, & Archiepiscopalibus infulis, eisq. primarijs, non semel vltro delatis, modeste recusatis, & in conuentum S. Mariæ super Mineruam se recepit, primum vbiq. post Magistrum Generalem nostri Ordinis locum tenere iussus. Ibi Theologicis voluminibus (quæ passim leguntur) edendis intentus in religiosa quiete, aliquot annos non otiosus transegit. Sed hoc Anno 1673. ad pristinum Sacri Palatij Magisterium a Clemente X. euocatur, dato Breui sequenti.*

Dilecto filio Raimundo Capisucco Ordin. Prædic. Professori, Sacri Palatij Apo. Magistro.

Clemens P. P. X.

Dilecte Fili. Sal. & Apo. Bened.

Cum officium Mag. S. Palatij Apo. certo, quem præsentibus haberi volumus pro expresso, modo vacauerit, & vacet ad præsens: Nos te, qui, idem officium alias laudabiliter exercuisti, ac pietate, prudentia, & Sacrarum literarum scientia, alijsq. virtutum ornamentis præstas, & quem propterea iudicio in diuersorum authorum libris, & scripturis censendis plurimum valere non dubitamus, ad officium præfatum, quod te summa fide, & diligentia administraturum confidimus, eligendum duximus. Te igitur eiusdem sacri Palatij Apo. Magistrum, cum auctoritate, facultate, honoribus & oneribus, ac mansionibus in Palatio Nostro Apo. portione, & emolumentis solitis & consuetis, ad Tui vitam, auctoritate Apo. tenore præsentium facimus, constituimus & deputamus; mandantes propterea omnibus & singulis, ad quos spectat, vt te ad prædictum officium recipiant. & admittant, tibiq. faueant & assistant, ac de prouisione, & emolumentis huiusmodi respondeant; In contrarium facientibus, non obstantibus quibuscumq. &c. Dat. Romæ, apud S. Mariam Maiorem, sub Annulo Piscatoris. Die. 1. Feb. 1673. Pontific. nostri Anno Tertio.

Inscriptiones Propatruis positæ à Raymundo Capisucco S. R. E. P. C. tit. S. Stephani in Monte Cœlio.

D. O. M.
Purpura et Infulis
Ex Inclyta familia
Capisucca
Præclaris Viris
Roberto
S. R. E. Tituli S. Clementis
Presbytero Cardinali
Ab Vrbano II. Creato
An. 1097.
Petro
S. R. E. Presbytero Cardinali
& Apostolicæ Sedis in Vmbria legato
sub Callisto II. anno 1122.
Ioanni Roberto
S. R. E. Tit. S. Cæciliæ Presbytero Cardinali
ab Honorio II. Creato anno 1126.
Ioanni Antonio
S. R. E. Tituli S. Pancratij Presbytero Cardinali
à Paulo II. Creato anno 1555.
Episcopo Laudensi Signaturæ Gratiæ Præfecto
Paulo
Sacræ Rotæ Decano Episcopo Neocastrensi
Papæ Vicario
Alijsque nobilibus munerib. cumulata laude perfuncto
Emensa Purpura ab importuna morte prærepto
anno ætatis suæ 59. & Humanæ Salutis 1539.
Raymundus Capisuccus Ordinis Prædicatorum
S. R. E. Tituli S. Stephani in monte Cælio Presbyter Cardinalis

Maioribus suis de Apostolica sede optime meritis
Posuit Anno Domini MDC. LXXXV.

5. *Lingua mea calamus scribæ velociter scribentis.*
44. Psal. 2.



IO: Franciscus Brancati Marcelli filius causidici & Dorotheæ Serubbiæ, Lauriç natus Die X. Aprilis. 1612. (pagus est in
A Prouincia Basilicatæ subditus Episcopo Policastri in Spiritualibus; in ciuilibus Hispaniarum Regi) pauperrimis quidem parentibus, sed honestis, sub quorum educatione pie enutritus Anno octauo ætatis, disciplinæ traditus Aquilantis Vitalis literas imbibit humaniores, atq. Christiana rudimenta, vsq. ad Annum natiuitatis decimum quintum, quum Tonsura initiatus Clericali a Sanctorio Episcopo Policastri, ecclesiæ adscribitur S. Iacobi studiorum auidus, quæ in patria desiderabantur. Submisit Cælum, medio quidem importuno apostematis, quo
B pressus Io: Franciscus & morti proximus Seraphicum inuocauit, voto emisso profitendi eius militiam, si superuiueret. Gratia recepta, inter prete Io: Francisco Serubbio auo materno, minori Conuentuali, Noiam venit vt Monasterio Conuentualium nomen daret; licet ex nouo Sacræ Congregationis decreto prohibitis Regularibus Nouitios admittere, tunicam induit Monasticam ex deuotione, ibidem octo mensium spacio pernoctans in claustro, donec ęgrotante P. Serubbio, & Lauriam secedente aerem captandi salubrem, etiam Io: Franciscus in patriam redijt, vbi tunica assumpta Clericali, non sine graui aui indignatione, suiq. synde-
C resi, quà dietim verberatus, noctes traducebat insomnis, phantasmata patiens iniucunda, Noiam rediit insalutatis parentibus, vbi ab auo prima fronte acerbè obiurgatus, tandem paterne susceptus, die 2. Iulii 1630. tunicam reassumpsit Seraphicam, mutato Baptismatis nomine, quod Io: *Francisci* erat in *Laurentium*. Aletij, Annum expleuit probationis inter Nouitios, ac Iulii 1631. votū emisit solemne, Noiensis cænobij filius in prouincia Barensi, quam nunquam mutare sustinuit, quamuis Romani Fratres in Monasterio S. S. Apostolorum ei filiationem bis, ter exhibuerint. In Colleggio S. Bonauenturæ erecto à Sixto V. lauream accepit & titulum Magi-
D sterij gradus emensus studiorum. Artium delectus Magister, vt Neapoli alios edoceret, resistente Visitatore Prouinciali, Regens abiit Auersam; inde placato Visitatore Neapolim Magister artium, atq. Prosecretarius Larinæ totius Ordinis Generalis Siciliam peragrauit. Florentiam missus per biennium Theologiam docuit; Ferrariæ, triennium non absoluit bello furente inter Venetos & Barberinos, Bononiæ nouissime docuit non tam ex cathedrà, quàm ex suggestu subtilis Theologus, ac verbi interpre-

terpres diuini. In Secretarium generalem assumptus, & Ordinis Assistentem, cum titulo Prouincialis Hiberniæ, remisso studiorum cursu, cui tamen incubuit, Controuersiarum præcipuè, dum Venetias Commissarius descendit, vt seditionem componeret inter Fratres exortā. Absoluto Secretariatus triennio, dum quietem meditabatur, Guardianus designatur Romani Conuentus, vbi cum per Annum præfuisset, præualentibus inuidis, qui virtutem non insequuntur, sed persequuntur, etsi beneficiis ab ipso appetiti, Albanum secessit, vbi mandante *Catalano* totius Ordinis Generali, Commentaria meditatus doctrinæ Scoticæ, auctoritate Sacræ Scripturæ, Sanctorum Patrum, ac Conciliorum, fruge totius Ordinis vberrima, suiq. nominis celebri fama, Romæ absoluit. Tanti laboris encomiastem nactus Fabium Chigium Cardinalem S. R. E. eodem promouente, in Romanæ Sapientiæ Vniuersitate, Theologus assumitur, cuius occasione *Epitomem* edidit *Sacrorum Canonum*, quo facillime Constitutiones assequimur Apostolicas. In Pontificem postea assumptus idem Chigius nomine Alexandri VII. Lauriam à consilijs dedit S. S. Inquisitioni, inde Congregationi S. Rituum, Examinatorem Synodalem, atq. Episcoporum (Munus hoc Fratribus Franciscanis incognitum vsq. in hanc diem) tandem Præfectum Collegii Fidei propagandæ, cum honorario annuo aureorum quinquaginta, quod nemini datum fuerat. Controuersiæ, quæ in hisce Congregationibus componuntur, argumento sunt, quanti ponderis debeant esse viri, qui eis adscribuntur. Consilia & opiniones Lauriæ cum cæteris norma essent iustitiæ in causis grauioribus, à qua resilire non auderent; Pontificem ita conciliarunt; vt in pegarduis eum semper consuleret. Hinc in Theologum Gallicæ legationis delectus Lauria a Flauio Chisio Card. nepote Alexandri VII. assensum negauit Papa cum protestatione, quod in vno Lauria supra omnes confideret. Aulici propterea & Palatini semper inuidi mores rimantes Lauriæ cum mordere haud possent, latrabant, sed more canum aduersus Lunam. Cum enim Ministri Principum dignitates ei, pensiones offerrent & Episcopatus; indignatus Papa respondit; sibi tanquam Ecclesiæ capiti conuenire, Lauriæ prouidere: in quo nec ipso dissonabat. Cum enim Romę, Lusitanus Orator electionē enixe postularet Episcopatuum vacantiū, quę ab Hispanis mordicus oppugnabatur; arcano communicato cum Lauria, ad concordiam res inclinabat; vt promotio à Romano fieret Pontifice, omissa etiam Regia pręsentatione; licet ob incongruam cuiusdam aulici negotiationē cōcordia euanuerit; consilijs tamen Orator Lauriæ contentus, interprete P. Francisco Macedo Minoris Obseruantię, Theologo eximio, pensionem ei obtulit annuam duorum millium Aureorum; quam Lauria modeste reiecit excusatione proposita; quod Ministro Pōtificis, & Hispanorum Vassallo, indignum esset prouisionem accipere, quàm a munificentia Pontificis, & Regis Catholici Domini sui naturalis. Laudauit Lusitanus repulsam non tamen quieuit,

vnde eodem Macedo interprete, obtulit denuo oblatæ pensionis Annatas quinque illico soluendas: quas constantissimè repudiantem, Orator ipse precibus expugnare tentauit, sed incassum. Re vulgatà, Petrus Aragonius Legatus Regis Catholici, regio nomine grates serio soluit, gratitudinis ergo pensiones exhibens vel Episcopatum Regię nominationis. Quibus omnibus prudentissimè abstinens, respondit: satis sibi, si fides sua constaret incorrupta, pręcipuè cum excitatus a Lusitanis calamum stringere contra Regem Hispanum, propugnauerat, propugnaturus semper, quousq. Spiritum
A efflaret Deo pro Rege & Lege. Constantia non dissimili, cum quęstio agitaretur Conceptionis Immaculatæ Virginis Deiparę, pensionem non admisit Regiam & Episcoparum sibi oblatum a Crespio Placentię Episcopo, Oratore Regis Catholici Philippi IV. Cum itaq. indies amor Pontificis augeretur mors rapuit Alexandrum; cuius succesor Iulius Rospigliosus nomine *Clementis IX.* prima vice cum ad pedum oscula Lauriam admisit, ea humanitate suscepit, quòd arcanis communicatis futuri Pontificatus, fidē dederit, vt Papam sibi promitteret amicum. Congregationi adscriptus Indulgentiarum, & S. Reliquiarū ab eodē Clemente IX. tanquàm fidus cordis
B interpres toto regiminis tempore, quo breui Sāctissimus Pontifex iustitia, clementia, sibi ac familiæ totum Orbem conciliauit, absque liuore & inuidia Cardinal. creditur designatus: sed infausto nūcio expugnatę Cretæ a Turcis oppressus Pontifex habenas posuit & vitam; successorem habens Æmilium Alterium nomine Clementis X. domesticum, & intimum Lauriæ cum quo Cardinalis & secretarius Congregationis Episcoporum & Regularium non tam arcana miscebat Congregationis, quàm proprias ærumnas, & malignantium querelas. Pontifex dictus eius arguebat timorem, quòd infrequēs & trepidus ad solium accederet: mandans ei virtu-
C te S. obedientię, vt secum ageret quasi cum Cardinali Altierio, non cum Pontifice. Vaticanę custos bibliothecę, Congregationi aggregatus Visitationis, Status Regularium, atq. Consistorii, in quā nullus antea Regularis admissus fuerat. Eodem intercedente Lauria; omissa semel Generalis Ordinis S. Francisci suffragatione, Pontifex ipse selegit, vt sublatis diffidijs, fraternè conuiuerent Fratres. In domo Sapientię cum ex decreto Clem. IX. conuenirent Parochi ad moralem disputationem; Lauria pręfuit mandante Clemente X. Tantis implicatus pręcipue aduersùs hæreses, quę quotidie mœnia pulsant Ecclesię, examine nouatorum, qui in
D vestimentis ouium irrumpunt, cum intrinsecus sint lupi rapaces; exercitia claustralia nunquàm deseruit, in choro assiduus diu, noctuq; vsu retento etiam Cardinalis electus per trimestre, quo hybernauit in conuentu SS. Apostolorum, vsq. dum habitatio pararetur condigna Cardinali. Pecuniam non exiguā congessisse ex prouentibus munerum suorum ac librorum lucro, quos in lucem edidit, argumento sunt Restauratio a fundamentis Basilicæ SS. Apo. in qua supra viginti millia nummorum insumpsit,

Monaſteriiq. cũ Bibliotheca, quã poſtea exornauit, adiecta propria bibliotheca quã teſtamẽto reliquit: vt ex inſcriptione & ſtatua ei poſita in ſecundo clauſtro a Fratribus, gratitudinis monumento: propterea eum purpuram accepit, ducentis nummis minor fuiſse dicitur, quos ſibi reſeruauerat in ſui & pauperum alimoniam. Ampliauit etiam Albanum Conuentum, quò Verre ridente ſe recipiebat. Inter ęmulos, quibus abundat Clauſtrum) vixit felix & intrepidus, amicos diligens & inimicos, cum quibus certauit beneficiis, a natura poſitos dicens in experimentum virtutis.

Conuixit Monacus vſq. ad Annum ętatis ſeptua- A
geſimum ea animi fortitudine, vt pietatem, laborem, virtutem ſocios ſemper habuerit. Anno Sal. 1681. die 1. Septemb. Presb. creatur Cardinalis tit. *S. Auguſtini* ab Innocentio XI. qui eum per Annos quinque a die aſſumptionis ſuæ, viros quæreret, qui Eccleſiam fulcirent non familiam, Lauriam ſelegit ab eo cognitum ſolius fama virtutis. Nuncio recepto exaltationis ſuæ, conuerſus ad Dominum, *Domine* (inquit) *non ſit mihi in confuſionem*. Indutus purpura, laborem non exuit. S. Sedis Bibliothecarius, decem adſcriptus Congregationibus, in quibus fuit ſemper cæteris cynoſura iuſtitiæ, Orationes minime laxauit, quas frequentabat in clauſtro; B
imò meditationẽ geminauit hora quotidie adiectã vltra ſolitum, die Lunæ deſignato ad venerationem Scalæ Sanctæ, lacrymis gradus abſtergendo, quos ſanguine abluerãt Redemptor noſter Chriſtus. Recitatione abſoluta diurna Breuiarii Romani, laudes adyciebat V. Deiparæ, Pſalmos, Graduales, Pęnitentiales cum aliis orationibus in laudem SS. Trinitatis, Chriſti, Deiparę, Angelorum, Sanctorumq. omnium, myſteria meditando noſtræ ſalutis, in libro, in quo ipſe concordiam ſcripſerat Euangeliorum. Celebrationem Miſsę SS. cum nunquàm omiſerit, præterquam in vltimo decubitu, litaſſe Deo hoſtiam incruentam ſupputatur 20720.

Tantæ dignitatis faſtus non in ambitu, ſed Zelo charitatis, ſacris vſus picturis pro ornamento parietum, menſa frugali abſq. abacco argenteo, patiens aures præbens venientibus & auxilium, eleemoſinas diſtribuens pauperibus, qui ad fores palatij turmatim excubabant. Inclinante die cum extra portam Piam deambularet ad auram, iacentem offendit pauperem ſeminudum, fame laborantem, qui interroganti Cardinali, nutu reſpondens ſtipem petijt. Miſericordia motus Lauria, curru ſuo iacentem ſuſcepit, in hoſpitium deduxit, triduo refocillauit, veſtibus cooperuit menſtruoq. iuuit ſtipendio; vt ei mos erat cum Viduis, Virginibus, D
& Clauſtralibus, qui panem quærunt oſtiatim. Filius Franciſcanæ familię, pater Religioſorum omnium, honorabat, conſilio dirigebat, ore protegebat, auro iuuabat.

Opuſcula Cardinalis edidit *de operationibus Dei in Prædeſtinatione, Reprobatione, & Gratia actuali*. Item ſuper libros octo *de Oratione Chriſtiana*, qua obicem poſuit aduersùs impios, qui ſpetie *Quietis* Oratione abutebantur, vt errores excitarent antiquos *Illuminatorum & Beguinarum* in ipſa Romana Vrbe, quæ Regia Fidei Catholicæ.

Literatorum Mecænas, laudauit, promouit, argento fouit. Familiarum pater, exemplo inſtruxit, ſermone docuit, benificio notauit, amicos vocans, nullo eorum ex familia remiſſo, ſed vſq. ad vitæ exitum paterne ſeruatis, quorum in vlnis expirauit.

Tres Menſes ſupra Annos duodecim in purpura abſoluit, bis Conclaue ingreſſus Pontificium, creationi adfuit Alexandri VIII. & Innocentii XII. In hoc conclaui, morbo tentatus domum redijt, poſtquam cõualuit adorare voluit nouum Pontificem, imo adeſse voluit Congregationi Epiſcoporum & Regularium; hinc recrudeſcente morbo, die ſequenti, nempe 20. Nouembris decubuit graui Purpuratorum mærore. Adfuere Theologi grauiores, vt in cathedra mortis docentem audirent. Vni namq. eorum ad conſtantiam excitanti, quòd *vitæ curſu in honorem Dei, & ſalutem proximi exacto, præmium expectandum eſſet laboris, & meriti*, repoſuit protinus: *Pater Generalis, nõ merita ſed dona gratis data*. Interroganti Malpyghio Summi Pontificis medico *Quomodo ſe haberet?* reſpondit: *in ſtatu expectantis beatam ſpem, & aduentum magni Dei, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti*. Inde rite procuratus SS. Sacramentis, quæ deuotiſſime poſtulauit, voce amiſſa articulandi, Pſalmos non intermiſit vſq. ad vltimum vitæ ſpiritum, quam clauſit die vltima Nouembris, 1693. hora quarta noctis, ſomno potius Angelico, quàm morientis agone. Sepulturam vitæ congruam eum deſignaſſet, modeſtam, omnia iam parauerat neceſſaria; Teſtamento condito, in quo hęredem ſcripſit Conuentum Apoſtolorum, diſtributis legatis erga familiares, à quibus veniam rogabat, quòd argumenta grauiora gratitudinis non dediſſet.

Vexatus ab inuidis Confratribus noluit vim in-
C ferri conuentui, quem propterea ex aſſe heredem inſtituit, demptis amicorum legatis, atq. mobilium reſtitutione, quę in die promotionis ſuæ contulere benefactores ad ornatum habitationis, & decorem dignitatis. Humari voluit in Baſilica Apoſtolorum, ſaxo (quod ante decennium ſculpi curauerat) breui inſcriptione impoſita, *Oſſa Fr. Laurentij Brancati de Lauria*. cui poſtea adiecti ſunt tituli dignitatis, atq. Baſilicę.

His paucis ingreſſum, progreſſum, egreſſum habes vitæ Cardinalis Lauriæ. qui vt Deo vixit, cum Deo obijt: deſiderio toti Orbi relicto vt ſolet erga eos, in quibus ſalus fulget Reipublicæ.

Eius vitam Italico ſermone conſcripſit Gabriel Baba, typiſq. dedit Romæ, Sal. Anno 1699. apud Bernabò.

In qualibet ciuitate Orbis Catholici, Conuentus omnes eius Ordinis iuſta ſoluerunt, ac funebri oratione laude; perſoluerunt.

6. Et nullus ei ſimilis in legiſlatoribus.
36. Iob. 22.



IO: Baptiſta de Luca Venuſinus honeſto genere ortus patriam ſortitus cum Lyrico Poeta communem, Legalis Theoriæ ſpatia emenſus, & Iuriſcõſulti titulo donatus, florente iuuenta ſe ad Vrbẽ cõtulit, ibique in Fori luce, & vſu verſatus eſt, cõſilio ne, an caſu? incertum, ſed quoquomodo, bono vtique fato; Illud certū eſt, quòd grauibus ſenſim negotiis adhibitus, eximium virtutis, & doctrinæ ſpecimen dedit. Mira in eo erat in cauſis cognoſcendis, earumque ponderibus examinandis accuratio; Et quia præſtabat ingenii acumine, quà iuris ſenſum aperiens, quà controuerſiarum laqueos enodans, æquitati vt plurimum ſtudens, gladio diſtinctionis diſſidentium ſententiarum quaſi Gordianum nodum dirimebat; Hinc contigit, vt breui illuſtre inter Aduocatos nomen ſit adeptus, ſemperque retinuerit. Cæterùm labentis ſuę familię ſuperſtes, ætateque iam fatiſcente, ſpei ſuę nauim mutata velificatione aliò dirigere ſtatuit. B Sacris igitur initiari, & Sacerdos fieri voluit, non ſine ſenſu etiam à negotiis ſe impoſterum abſtinendi, & Deo ſibique viuendi. Sed ne tantus Vir Curiæ Romanæ deeſſet, laudatiſſimæ memoriæ Innocentius XI. obſtitit, qui ſtatim ac ad Summi Pontificatus apicem fuit euectus, ad ſe accerſitum, Auditoris ſui primùm, mox ſupplicum etiam Libellorum Secretarij titulo, & honore decorauit; Quibus in muneribus vniuerſæ Curię expectationi peregregiè reſpondit, eaque ita adminiſtrauit, vt Innocentiæ, æquitatis, & Iuſtitiæ, nulla cupiditatis, auaritiæque ſuſpicione, præclarum ſe cunctis lumen, & exemplar exhibuerit: vnde prælibatus Pontifex eius virtutibus permotus, Virum benemerentem, quocum grauiora negotia communicabat, quemque ad interiora de Republica Conſilia admittebat, in ampliſſimum Purpuratorum Patrum Senatum adlegit, Die 1. Septembris. 1681. pluribuſq. Sacris Congregationibus adſcripſit. Nomina cum ſcriberet promouẽdorum inter Cardinales dictante Pontifice, atq. iubente *Scribite Voi* nec mentem aſſequeretur Pontificis ex illo verbo *Scribite Voi*; opus fuit, vt tertio replicaret Papa *Scribite Voi, Voi*. At meritis ſuis parta dignitate non diu frui licuit, nondum enim elapſo biennio (vt eſt rerum humanarum inconſtantia) non tam ętate, quàm laboribus, curiſq. confectus, Vir longe clariſſimus extinguitur Sal. Anno 1683. Romæ ſepultus. Triduano rapitur morbo, męſtitia concepta quum redargutus ab Innocentio XI. ſe inſcio, propriam opinionem quaſi legem expoſuiſse Pontificis, inſalutatum remiſit.

Vir longè clariſſimus extinguitur, ſed illius memoria,

Clareſcet ſeclis innumerabilibus.

Statura fuit procera, facie decora, inceſſu, & geſtu grauis, viuida in dicendo energia, illuſtri facundia viſu demum, & auditu iuxta venerabilis. Accedebant corporis dotibus inſignia animi ornamenta, abſtinentia, pudicitia, Iuſtitiæ amor, iuncta æquitati & prudentia, qua ratione eius domus, dum Aduocati munus exercuit, vt de Scæuolæ Iuriſconſulti veſtibulo narratur, magnorum hominum frequentia, & ſplendore coruſcabat. Reliquit viuens Iuriſprudentum Reipublicæ *Iuſtitiæ, & Veritatis Theatrum*, in quo quas præclari Iuriſconſulti partes egerit, cùm Liber ſit animi ſpeculum, A eius Reſponſa ſapientiæ, & prudentiæ plena oſtendunt: Stylus prætereà eſt facilis, non caligine obſitus, ac mentis aciem effugiens, ſed more Romano planus, perſpicuus, atque omnium intelligentiæ vltrò ſe offerens. Nec tamen defuere qui in ipſum, vt potè in Doctoribus allegandis nimis parcum inueherent; Sed homo ſapiens, qui nouerat à forenſibus Rabulis, & Leguleiis has vt plurimum allegationes ad pompam, non ex neceſſitate expiſcari, & congeri, vt doctiores apud non doctos appareant, earum inutilem, & ſuperfluam farraginem neglexit, ſed in aſserenda propoſitionum veritate ex penetralibus Iuriſprudentiæ ipſarum depromptа ratione, legaliter philoſophando, æquiuoca detegendo, & fallacias repellendo totus fuit; Satius ducens ex ſucci pleno diſcurſu ratione animato, Pauli, Labieni, & aliorum veterum Iuriſprudentum veſtigiis inſiſtere, quàm ariditate Iudicii languentibus argumentis, & ſine ratione fermè enectis ſubſidium à vana, & pompoſa Doctorum allegatione ſumere: Punctuales tamen, & ad rem facientes doctrinas non contempſit, ſed veneratus eſt, & allegare non omiſit, vt eius volumina euoluenti patebit.

Iniuſte notatus a malignantibus obtrectatoribus fuit Orbe plaudente defenſus ob morum innocen-C tiam, & lumen doctrinę.

Ioanni Baptiſtæ de Luca.
Sic poſt mortem inuehit infamia.
IOANNES SINE GRATIA: BAPTISTA SINE BAPTISMO.
LVCAS SINE EVANGELIO.

Sic reſpondit Apologia.
Sine gratia?
Inuide, cur Nomen tollis, ſi gratia Ioannes?
Qui Vrbe, & in orbe micant, Nomen, & omen habet.
Sine Baptiſmo.
D *Forſan tu: is nunquam, qui alter Baptiſta perennes*
Ore hic legis aquas ſparſit, vt ille manu.
Sine euangelio
Mentiris: Nomen Lucas iam Conuenit: Audi
Scripſit, & ille ſatis: ſcripſit, & iſte nimis.

7. In

9. *In omnibus ipſum præbe exemplum bonorum operum, in doctrina, in integritate, in grauitate, verbum ſanum irreprehenſibile; vt is, qui ex aduerſo eſt, vereatur, nihil habens malum dicere de nobis.* 2. ad Titum 7.



STephanus de Auguſtinis patritius Foroliuienſis die natus 8. Februarij. 1614. ex patre Bonamente de Auguſtinis, & Lucretia Paulutia ſorore carnali A Cardinalis Paulutij, ſurgente Aurora (futuræ præſagium dignitatis) in vrbe Forolouienſi, vbi familia hæc fulget titulo exornata Marchionatus perpetui pro hæredibus maſculis a Sereniſs. Duce Neoburgenſi poſt obitum Stephani Cardinalis, dilectionis teſtimonium tanti Principis, erga familiam de Auguſtinis. Bononiæ adoleuit inter artium ſtudia, adeptuſq. lauream Iuris vtriuſq. in patriam rediit Canonicus dictus illius Cathedralis, cum Annum ageret ætatis XVII, Romam poſtea accerſitus ab auunculo ſuo Cardinali Paulucio, Bononiam de- B ſcendit Auditor Generalis, quam gerebat Petrus Aloyſius Caraffa, qui Stephano inconſulto nil arduum decernebat. Romam reuerſus ſedente Alex. VII. Iudex dicitur Appellationum, Cubicularius, Eleemoſinarius Pontificis, Canonicus S. Petri, Congregationibus adſcriptus Apoſtolicæ Viſitationis, ac Fabricæ S. Petri. Sub Clemente IX. Archiepiſcopus Heracleæ, Prælatus domeſticus, Eleemoſinarius, a ſecretis Memorialium ſecretorum, Congregationibus adſcriptus Indulgentiarum, Grauaminum, Conſultor Congregationis S. Officii, Congregationi adiectus pro coniugio celebrando inter Alphonſum Regem Portugalliæ, C atq. Reginam, arcanum abſoluit grauiſſimum, penſione donatus mille Coronatorum, A Clemente X. munerum dictorum confirmatione præmiſſa, Capitulo præfectus Dominicanorum ita exigente Antonio Card. Barberino Ordinis protectore. Sedem poſtea Petri, ineunte Innocentio XI. Datarius, atq. a ſecretis eleemoſinarum aſſumptus, tandem in prima Cardinalium promotione ab eodem Innoc. XI. facta die 1. Septemb. 1681. Presb. Card. tit. *S. Io: ante Portam Latinam* (quem titulum obtinuerat C. Paulutius) bienniſi fere in purpura abſoluit, in Congregationibus Epiſcoporum, Regularium, Concilii ſemper ſollicitus, integer vitæ, D ſceleriſq. purus deceſſit die 21. Martii 1683. die Dominico, hora prima, ætatis Anno LXXI. cum inter Purpuratos ſediſſet Menſibus XIIX. diebus XXI. tanti viri mortem deflente Roma, quem iure ſperabat habere Vicarium Dei, vt ipſi teſtabantur Cardinales Chiſius, Albanus, Mellinus ob grauem & laudabilem exiſtimationem, quam ſibi parauerat in munere Datariæ; Quatuor namq. cum ei eſſent nepotes, & duo fratres, nullum eorum promouit, licet excitantibus Alex. VII. Clem. IX. & X. Innoc. XI. vt eos honeſte promoueret, abſtinuit. Vni eorum Inſignia offerente S. S. Mauritij & Lazari, Duce Sabaudo, modeſte recuſauit. Humilis, modeſtus, ſtudio ſemper intentus, cum in Congregationibus ſententiam diceret, profundo excipiebatur ſilentio, & plauſu. Odio namq. & iracundia alienus, magnificentia excelluit & beneficentia præcipue erga æmulos & inimicos.

Purpurati in eccleſia noua Vallicellana celebrauere exequias, humoq dedere iuxta ſepulchrum Card. Pauluccij, cum ſequenti epitaphio.

D. O. M.

Stephano de Auguſtinis Patritio Foroliuienſi tit. S. Io: ante portam Latinam S.R.E. Presb. Card. qui a Franciſco Card. Paulutio auunculo Romam accerſitus, integritatis doctrinæ, prudentiæ, & moderationis magnam breui famam adeptus, ab Alex. VII. primum, mox ab vtroq. Clemente IX. & X. intimis aulæ miniſtris annumeratus, in præcipuis Vrbis Congregationis, & arduis quibuſq. negotijs adhibitus, demum Innocentij XI. munificentia Datarius, ab eodem Purpuram, & vigilanter adminiſtrati muneris præmium tulit.

Obiit 21. Martii 1683. ætatis ſuę LXIX. Cardinalatus II. Abbas Bonamentes de Auguſtinis ex fratre nepos, SS. Baſilicæ Vaticanæ Canonicus ſingularis in ſe amoris, beneficentiæ memor poſuit.

Patria mœrens ob mortem purpurati conciuis, ad eius memoriam, nouam portam aperuit erga viam Romanam, quæ Flaminia dicitur cum gemina inſcriptione, & Statuis Pontificis Innocentii XI. atq. Cardinalis de Auguſtinis.

Inſcriptio in dextera.

Innocentio XI. Pont. Op. Max.
Quòd inter Purpuratos Patres à ſe Primum Renunciatum
Stephanum de Auguſtinis
Prænobilem huius Vrbis Patritium Adſcripſerit
Plurimaq. alia Beneficia Toti Vrbi contulerit
S.P.Q. Foroliuienſis
Vt Optimo Principi, quantum ſuorum Ciuium corda
Parent oſtenderet,
Portam hanc Aperuit
Anno CIↃ IↃC LXXXVII.

INSCRIPTIO IN SINISTRA.

Stephano de Auguſtinis
Summis Pont. Alex. VII. Clementi IX. & X.
Ob egregiã Prudentiã, Integritatẽ, ac animi Fortitudinem
Acceptiſſimo
In vno Elemoſinarij Secreti munere
Omnibus ferè Pontificatus negotiis adhibito
A. S.S. Innocentio IX: ſtatim in Datarium adſcito,
Mox inter Purpuratos Patres Adſcripto
Vt tanti Ciuis
Quam in animis geſtant prę oculis effigiem ſemper habeãt
Mar-

Marmoreum hoc signum
S. P. Q. For oliuiensis Posuerunt.
Anno CIↃ IↃC LXXXVII.

Capitulum Cathedrale ad memoriam sui Concanonici, erecta Statua super portam principem ecclesiæ, sequentia inscripsit.

Stephano de Augustinis S. R. E. Card. Presbytero
Patritio Foroliuiensi
In Adolescentiæ primordijs hac in Cathedrali Canonico
Qui
Ab Eminentissimo Auunculo Francisco Paulutio
Accersitus in Vrbem
Virtutibus Vniuersis vsq. adeò excelluit
Vt Alex VII, Clemens IX, & X
A secretis Eleemosinarij Officio fungenti
Ingrauioribus Christianæ Reipublicæ pertractandis
Eius Opera, & Consilio
Non tam faciliter, quam feliciter adhererent
Nunc demum Innocentio XI præ cęteris charus
Statim Dattariæ muneri datus
Purpuram vt propriam redimiuit.
Capitulum, & Canonici sic Vnanimiter
Confratri Gloriosissimo
Hic Vota
Posuere.
XXIII. *Idus Septembris* A. D. *MDCLXVI.*


Quicumq. non receperit vos, neq. audierit sermones vestros: exeuntes foras de domo, vel ciuitate, excutite puluerem de pedibus vestris. X. *Matthæi.* 14.



IAcobus de Angelis Bargenatus in territorio Garfagnanæ sub M. Duce Hetruriæ, die 16. Iunij 1611. *Pisanus* dictus natura vrgente ad altaria vocatus, cępit a puero diuina frequentare mysteria, quibus absolutis cantiunculas memoriæ datas gratiose ex publico recitabat suggestu. Pisas propterea missus a genitoribus, regnante M. Duce Ferdinando, sub disciplina virorum illustrium studijs incubuit Philosophicis, inde Romam sub tutela D. Stuphæ cognati sui, Iurisprudentiam quæsiuit, & post adeptam lauream, prędiuitem nactus hæreditatem ob mortem dicti prælati, a quo ex asse hæres dictus, sedente Innocentio X. V. S. Referendarius, regimini vrbium præpositus, vt calumnias declinaret malignantium, abiurato regimine, ad infulas respexit. Sedente itaq. Alex. VII. Vrbinas creatus Episcopus, in Cleri reformatione, & ouibus educandis totus incubuit, diebus festis ad populum concionando, & verbum Dei seminando in aquosa tamen pręcipue cum ad Clerum se conuerteret, a quo iniuste impetitus frænum mordente; & virgam abhorrente salutarem; præcepto impleto Euangelico, *Quicumque non receperit vos, neq. audierit sermones vestros: exeuntes foras de domo, vel ciuitate, excutite puluerem de pedibus vestris:* mitra deposita, absq. vlla pensionis reseruatione, Vrbinatibus Vale dixit, Romæ restitutus, vbi a Curialibus frequentissime conuentus, & in iudicem expetitus ob iustitiam incorruptam, & vberem Iurisprudentiæ cognitionem gratiam inuenit coram Clemente IX. R. P. a quo Vices gerens assumptus, licet de rigore accusatus, & Zelo indiscreto, cum ex testimonio virorum Ecclesiasticorum, disciplinam insequeretur Ecclesiasticam verbo & exemplo. Hinc a Clemente X. a secretis datus Congregationi Episcoporum & Regularium, nouum lapidem subiit offensionis, & petram scandali; Cum enim Palutius Altierius Cardinalis rerum modera-
A tor & arbiter Cardinalis munus illud alteri designasset, prohibitus Iacobus in eo se immiscere; ea animi constantia discrimen pertulit, vt apud Purpuratos præcipue Benedictum Odescalcum vir ille diceretur Apostolicus, de quo Paulus ad Ephes. 6. *Induite vos armaturam Dei, vt possitis stare aduersus insidias Diaboli: quoniam non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem: sed aduersus Principes & Potestates aduersus Mundi rectores &c.* Propterea ab eodem Odescalco in Pontificem assumpto in prima Cardinalium promotione assumptus fuisset, ni obicem habuisset Cardinalem de Luca, Auditorem noui Pontificis. Congregationi tamen præpositus
B Apostolicę Visitationis, Monasteriorum Monialium & piorum locorum in vrbe, eo ardore, incubuit vt quamuis S. Officij Congregationibus occupatus, rem difficilem plene absoluerit ea apud Pontificem existimatione eoq. merito, vt die 2. Septemb. 1681. Cardinalium promotione secunda, Cardinalis dictus titulo *S. Mariæ in Ara Cæli*; & caput 28. Cardinalium, quos in ea creatione Innocentius XI. promouit, encomio addito ad Suecorum Reginam, assumpsisse *Hominem rectum, & timentem Deum.* Eodem tempore, pro resarcienda Ecclesiastica disciplina iam deformata in Abbatia Nonantulana, Abbatem instituit Commendatarium,
C onere imposito lustrandi prouinciam personaliter, quòd ab obitu S. Caroli Borromæi, diæcesis illa absq. visitatore iaceret. Centuriatis propterea Religiosis doctrina atq. pietate praeclaris, Visitationem incæpit & absoluit collecta Synodo diæcesana, pluribus vulgatis decretis, quæ nemine refragante executioni data, lustratis Ecclesijs subiectis in agro Mantuano, Cremonensi, Mutinensi, Vicario interprete viro verè Ecclesiastico; omnia ære suo, absq. vllo diæcesanorum dispendio, & contributione, quod adhuc magno plausu resonat apud omnes Visitauit inde domum Lauretanam, Archiepiscopalem Vrbini iam sponsam suam, S. Peregrini in
D iugo Apennino, vbiq. ad sacrum cultum relictis muneribus, & Christianæ pietatis insignibus. Tantis laboribus vita consumpta, oculis pene orbatus Pisas secessit ad otium, & meditationem vitæ futuræ, vbi Reipublicæ literariæ grates rependere cogitans, erectione domus Sacerdotibus Missionarijs Romam iterum euocatus ad creationem noui Pontificis, creatoq. Alexandro VIII. Pisas restitutus, vt operi manus daret iam designato, denuo ad noua comitia citatus, in quibus post longum quinque men-

Missionarijs: erectionem Collegij ex testamento ordinatam à ... ciue Fanensi pro studio Legum & Medicinæ, & ab hæredibus impeditam absoluit, aperuit, contradictione remota. Patribus Soc. Iesu, qui Collegium erexerant sed absq. Ecclesia, solum donauit pro erectione templi magnifici, more Romano, Episcopium vetustate consumptum diruit, nouum excitans à fundamentis; domos Carceratorum seggregando, in loco tutiori & decentiori. Prędia omnia mensę instaurauit Episcopalis, agros steriles & inaratos ad culturam reduxit cumq. Ecclesiam Cathedralem structuræ obscuræ atq. demissæ meditaretur in ampliorem formam A erigere, ad Ludouicum XIII. Gallorum Regem Legatus cum fascijs pro Duce Burgundiæ, ea vigilantia cautus incessit & sagax, vt quamuis Pontifex & Rex minimè amicè coirent, Pontifici tamen gratus, Regi non suspectus Legationis arcana compleuerit. Hinc Cardinalium promotione facta ab Innoc. XI. Die 2. Septembris. 1686. Presbyter dictus Card. .... birettum transmissum a Pontifice Parisijs recepit, Rege ipso imponente, vnà cum Archiepiscopatu Bononiensi. Legatione functus Fanum redijt, vbi morbo tentatus diem clausit, dum vasa colligeret pro futuro Conclaui, per obitum Innocentij XI. Nona Febris decessit, 27. Se- B ptemb. 1689. lacrymante Diæcesi, quę pastorem suum vnicè diligebat. In Cathedrali Fanensi sepultus iacet Ætatis suæ An. 63. Mens. 4. Die 8. Anno secundo Cardinalatus cuius pileum & titulum non adhuc fuerat consequutus. Biduo ante mortem, testamentum condidit pluribus designatis legatis in gratiam affinium, amicorum, & pauperum. Compago corporis fortis, statura breuis, frons ampla & aperta, nasus Aquilinus, labia ridentia, velocitas mentis & corporis, prudentia admirabilis; cibi viniq. parcitas; sermonis affabilitas, secreti custodia, eam Ranucio conciliauerant maiestatem, vt Ieremiæ impleto vaticinio salutaretur à subdi- C tis, *Dominus custos noster*.

11. *Retribuet mihi Dominus secundum iustitiam meam: & secundum puritatem manuum mearum retribuet mihi*. 17. Psal. 21.



MArcellus Duratius natu Lygur, Cæsaris filius Ducis Lyguris Anno 1665. Petri nepos Ducis Ianuensium Anno 1619. Iacobi pronepos Ducis pariter Ianuensis Anno 1685. Matrem habuit Ioannam D Iacobi Mariæ Cerueti filiam, die nascitur Sabathi, decima Septemb. 1633. hora decima, & apud Pennates disciplinis instructus Perusium venit Anno 1652. vbi laurea redimitus Iurisprudentiæ, Anno 1655. sedente Alex. VII. R. P. Apostolicus Protonotarius ex numero Participantium, pluribus præfuit ciuitatibus Phano & Arimino, Bononiæ Prolegatus Anconæ, Viterbij, Campaniæ maritimæ, Perusij, inde Visitator Domus Lauretanæ, Anno 1672. Aueniouensis Prolegatus regnante Clemente X. Archiep. Chalcedonen. ad Lusitanos Legatus per Annos duodecim pacificè arcana tractauit Ecclesię. Anno 1685. ab Innocentio XI. ad Hispanos legatus, dum apud Regem causam Christianæ Reipublicæ promouet aduersus Turcas, die 2. Septemb. 1686. Presb. Card. dictus tit. *S. Priscæ* Romam venit, vt creationi adesset noui Pontificis, quem inuenit electum nomine Alexandri VIII. Ab Innocentio vero XII. Bononiæ legatione donatus, ob famam rigoris haud gratus accessit; cum re vera ciuium pater, indulgentia sua populum semper habuerit in partibus & obsequentem. Ab Anno 1693. vsq. ad 1697. duos nepotes secum duxit, quorum alter vitio adolescentiæ, genio indulgens in patruum cum Nobiles concitasset, in patriam remissus; vrbs quieuit obsequio prompta, obseruantia fidelis. Romam reuersus, Reipublicæ intentus, in Congregationibus Episcoporum & Regularium; Eccles. Immunitatis; & Controuersiarum Iurisdictionalium; Rituum; Iustitiam colit, Religionem Pietatem procurat.

Comitijs adfuit Innocentij XII.

12. *Pro legibus & patria mori parati*. 2. Machab. 8. n. 21.



MArcus Antonius Franciscus Barbadicus, patritius Venetus Augustini filius ex Clara Barbadica matrona pia, natus die 6. Martij 1640. Venetijs in vico S. Raphaelis Archangeli, vir pius, simplex altaribus a puero deuotus, Canonicus dictus Patauinus à Cardin. Gregorio Barbadico Ep. Patauino eius agnato, postea Ep. Corcyręsis, orto dissidio inter eum & Maris præfectum occasione Cæremonialis, Venetias vocatus mandante Senatu, obsequens venit, & aduentu suo seruatam credens obedientiam debitam Principi, licet repentino recessu Romam se recipiens ad Innocentium XI. R. P. qui vel ad remouenda dissidia, vel in præmium constantiæ Barbadicum Presb. Card. creauit tit. *S. Susannæ*, die 2. Septemb. 1686. Congregationi adscripsit Episcoporum & Regularium; Immunitatis Eccles. Controuer. Fidei Propagandæ, ad Episcopatum etiam transtulit montis Falisci, Veneta Republica minime adprobante talem promotionem, donec Anno Sal. 1698. officiosissima epistola ad Venetum missa Senatum, gratiam redemit, fidei & obsequij filialis erga patriam sępius facto ex perimento, Anno præcipue 1700. Mense Iulij, quum in Cardinalium promotione ad Regum intercessionem, tria solumodo vacarent subsellia, dilata non omissa creatione Veneti Cardinalis vsq. ad primum obitum alicuius Cardinalis; forti animo, sermone libero accessit ad Papam cum protestatione publica, & præseruatione iuris Venetæ Reipu-

b licæ, paratus post Fidei testimonium Catholicæ, a d tutelam patriæ, sanguinem fundere.

Comitijs cum adfuisset Alex. VIII. & Innoc. XII. gregem suum vigilantissimus pastor motum Innocentia instruit, edocet, & ædificat.

13. *Benefaciens de Cælo.*
14. Act. 16.



CArolus Stephanus Anastasius Ciceius origine Comensis, Mediolani nascitur Die 26. Decembris. Sal. Anno 1616. A Vicentij filius ex Lucia *Triti* Comensi, claro sanguine, virtute nobilior, a teneris vnguiculis pietatem respexit, religionē quæsiuit. Mediolani literas edoctus humaniores, post physicas lucubrationes, Iurisprudentię incubuit, & Ticini laurea ornatus iuris vtriusq: Romam venit Sacræ Consultationis cōgregationi adscriptus, fama cognitus benignitatis in pauperes, vitæ castimoniæ, & ecclesiasticæ obseruantiæ. Hinc ab Innocentio XI. R. P. contribule suo Episcopus creatus Alexandrinus apud Lombardos, Anno vero 1680. ad Episcopatum translatus B Nouocomensem, tandem Sal. An. 1686. die 2. Septemb. Cardinalis S. R. E.

Comitiis adfuit Alexand. VIII. quibus absolutis, ecclesiæ restitutus Nouocomensi, dum in ea Zelantissimus super gregem verbo vigilat & exemplo, morbo oppressus mortales deseruit, non tamen pauperes, & Ecclesiam, quibus etiam piè moriendo consuluit; vt ex epitaphio apposito in Cathedrali Nouocomensi.

D. O M.

Carolo Cicero S. R. E. Cardinali
Alexandrię primum
Nunc Nouocomi Episcopo
Ab Innoc. XI. Pontif. Max.
Ad purpuram assumpto
Liberalitate in pauperes
Zelo & suauitate regiminis
Spectatissimo
Comes Vincentius Cicerus Fratris filius
P.
Obijt XXIV. Iunij
MDC.XCIV.
Ætatis suæ LXXVI.

De eo lege Iulianum Portam *in Heroibus Alexandrinis p. 260.*

14. *Quod si de pecoribus oblatio est, de ouibus, siue de capris holocaustum masculum absque macula.*
1. Leuit.



MIchael Stephanus Radzieiovvski, Polonus Comes in Radzieiouuice, Krilou, Archiep. Gnesnensis, Legatus natus Rgni Poloniæ, & magni ducatus Lithuanię Primas, primusq. Princeps. Canonicorum Sepulchri Christi Præpositus Generalis Miechouiensis, An. Sal. natus 1645. in campestribus liberi regni, diuino consilio in hanc liberrimam prçordinatam Rempublicam, vt libertatis Polonę & tueretur, & firmaret amplius iura. Nactus pro Stemmate, seu armis familiæ Arietem (*Iunosium* dicunt) candore & nitore Poloniæ notum splendoreq: suo Vniuerso Orbi Christiano relucentem. Aureus plane Aries, qui, ne ferreum subiret Polonia iugum, Aurea Patrię libertati tegumenta præbuit. Aureum Arietis Velus quo Polona inuoluta libertas ne lęderetur; aduersa omnia forti excepit animo, vt sola salua subsisteret.

Genus ab antiquissimo Principum & Procerum Regni traxit sanguine Michael quōdam Dux Korijbutt Inuictissimus ac bellicosissimus; Ioannes Tertius Auunculus Germanus Serenissimi Poloniæ Reges arctissimo sanguinis fœdere copulati. Illustrissimi Filij Illustrissimus Genitor Hieronymus Comes in Radicieovvice Capitaneus Dozensis primo, post à Procancellarius. Regni qui plurimis in Republica functus honorum officiis, Videlicet Mareschalis Comitiorū Generalium, Mare-C schalis Tribunalis Regni &c. Fato ne an iniuria? Magnis nominibus insidiari assueta. Regno exulare iussus demum honorifice restitutus. Huius tanti Viri dignitatem & ingenii ad quæuis ardua peragendā perspicacitatem, Senatus Populusq. Polonus probatam admiratus, Orbis suspexit, ipsasq. Porta Othomanica totusq. Oriens Magni Legati Regis a c Reipublicæ Polonæ titulo insignitus honorificentissime excepit, & coluit. Sed quod dolendum! finem legationis suæ, vitæ fine coronauit Adrianopoli octaua Augusti, Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Septimo.

D Habuit iste thori sociam Heroinam magnificam Efrosinam Eulaliam Comitissā in Tarnovv Ioannis Gratus Comitissa Tarnovv Castellani Zarnouiensis Filiam, primo voto Ducis Constantini Corybut Vuisniovvieki, Palatini Belzensis coniugem cum qua Michaelem nostrum vltimum quidem nominis surculum, at rebus præclare gestis, gloriosissimisq. facinoribus firmam stabilemq. Reipublicæ Polonæ columnam produxit in lucem. Ab his parentibus optimis optima relicta hereditas, at opibus fortunaq. præstantior Virtus, Vir-

Virtutisq. gloria preclara indoles, animiq. magnitudo, maximis quibusq. viris non impar rerumq. gestarum peritia instructissimus Orbem Polonum illustrauit. Non enim imbellem generant Aquilæ Columbam. Fortes generantur fortibus.

Auum Sortitus non minorem parente Stanislaum Comitem in Radzeieiovvice, primo Rauensem, dein Lanicienfem Palatinum (*Veridicam dixerunt illa tempora*) Eximiæ namq. virtutis integritatisq. Vir hoc sibi summa meruit equitate nomen. Catharina vero Sobieska Sobieski Palatini Lublinensis Filia Jacobi Sobieski Castellani Cracouiensis germana soror, Auia Purpurati Principis Nostri. Hic est Iacobus ille, qui Magni illius Regis Poloniarum Ioannis Tertii Magnus Parens, cuius fortitudinem, & animi constantiam Oriens ad Chocinum expertus. Nam aliis Sarmatę gentis Ducibus, Principibusq. iunctus hoste ab immanissimo Turcarum Osmano insignem illam Cęlo probatam, Ecclesiæ Vniuersæ secundam, Regno gloriosam, totiusq. Europæ celeberrimam extorsit Victoriam, coegitq. Anno 1621. pacem petere, qui bellum intulerant. Fortissimi Parentis heroica pede fausto premens vestigia, Ioannes Tertius Eminentissimi Principis nostri Auunculus, eodem sub Chocino Anno 1674. Exercituum Polonorum ductor, in castra Turcarum intrepidus irruit, expulit eiecitq. omne Orientis robur, & plurimis Turcarum millibus interemptis, castris potitus, spoliis prædaq. diues Chocinum cœpit. Hac Victoria gloriosus cum triumpho varsauię receptus (Interregnum erat post pientissimi Michaelis Primi Regis Polonarum) fata, omniū Liberę Gentis vota facile in suam inclinauit personam, breuiq. post Rex salutatus est: Tacco aliam Serenissimi Iohannis Tertij Victoriam, quæ Vniuerso Christiano Orbi summam attulit lætitiam, quando sub Vienna Austriæ totius exercitus Christianitatis Dux Generalissimus, immanes Tartarorum Turcarumq. copias è Christi Vinea profligauit, Viennam ab obsidione liberauit restituit Augustissimo Leopoldo Primo Romanorum Imperatori liberam, cum Vienna Austriam, strauitq. viam subsecuturis in Vngaria victorijs, quas Historicis enarrandas relinquo.

Ab Auuoculo Serenissimo ad Nepotem redeo: possem equidem longam Celsissimorum ac Illustrissimorum antecessorum texere familiæ lineam, at quia in immensum excresceret opus, ad Poloniæ Annales remitto: satis ipsa ab ineunte ętate, inoata Eminentissimi nostri animi magnitudo. Sit aliis problema, an magni natales ad magnam, viam sternant, virtutem. Nobis indubium Celsissimum Principem nostrum suorum Maiorum heroica sequutum vestigia, eò peruenisse, quo vix altius virtus ductari queat. Virtutis viam a teneris ingressus, preuntes Maiores, si non præiuit, certè assecutus. Virtutis ianuam felici audacia peruiam, sibi ad fastigium vsq. summum referauit. In hoc sublimi culmine moderatissimus nemini molestus, aut rigidus, & generis sui gloria, & virtutis stimulo, Gentilitio Agno decorus, mansuetum cunctis se se exhibuit pastorem. Bonus profectò Pastor: Nam simul & Victima, quando se ipsum immolando, & hostia, & Mista factus Agnum Gentilitium, Agno in Ara Crucis immolato dedicauit, consecrauitq. iuuentutem non in oleo, aut blandis illis, quibus primęua illa ętas sæpius plus a quo allicitur illecebris exegit, sed vt veram adipisceretur sapientiam, doctarum consortio musarum vnicè gaudens, ita mentem illam omnis scientię capacem imbuit, vt Minerual soli Mineruæ soluisse videretur. Atq. vt omnis generis studio absoluto, in theatrum Patriæ prosiliret, angustus (& si alias amplissimus) visus est Poloniarum Campus. Fęcundam illam illustrissimorum ingeniorum Lutetiam Parisiorum adiit. Tandem celebre illud quondam vrbis & Orbis, nunc verò à vaticana illa D. Petri Basilica celebrius Capitoliū Romam inquam ad lauream progressus, verius dixero: ad amplissima honorum dignitatumq. culmina. Patriæ redditus, in amplissimo Polonarū Regno longè lateq. suam mentis celsitudinem cunctis visendam, veneranbundamq. exhibuit. Ad negotia quæquè Regni dignitatis gradus non modo idoneum, sed veluti natum suspexere vniuersi. Cuius variarum linguarum peritia decorum, sapientiæq. thesauro diuitem, & omnigenis Musarum liberalium studiis, celsissimisq. scientiis imbutum orbis Polonus est admiratus. Tanta facundiæ suauitate, dictionisgi auitate excelluit, vt facile etiam obstinatos quo vellet, inflecteret animos. Maiestate rerum grandior, ęloquentiæ fonte vberior, omnibus iucundior apparuit. Hinc Serenissimus Rex Michael hos fulgidi splendoris radios, lucidamq. facem sub tegumento delitescere impatiens, capacem ad summa & ardua mentem in publico Orbis Poloni Theatro spectandam proposuit. Non aliquo sanguinis agnati intuitu, sed virtutis spectatę, pro teso in Arce Cracouiensi Basilicę preesse voluit, vt sui munitus agnominis præsidio, grandiora aggrederetur. Hoc igitur Tutelaris sui vmbone securus legatus ab eodē Serenissimo ad Duces exercituum designatur. Erāt tunc non leuia inter vtrumq. Ducem dissidia, quæ componere non obuię dexteritatis industrięq. fuit. Attamen auspice Numine, rerum agendarum peritia, facundia, & rationum pondere instructissimus facile euicit, vt hostiles deponerent animos. Non pacis duntaxat inter eosdem egit fecialem, sed & facem pronubam prætulit, in vincula colligationis coniecit quos ingens animorum dissidium in perniciem Republicę exasperauerat odia. Conciliauit Illustrissimi Demetrij Korybutt Ducis Vvisniovviecki Campi Ducis cum Theophila Ducissa in Ostroę, & Falarr sacrum matrimonii quo nouo Colligationis fœdus vinculo cum ... Sobiescii supremi pro tunc exercituum Ducis, Cardinalis Nostri Auunculi dissidia coaluere, odiaq. extincta sunt. Cæterum Ioannes Tertius post calcatam asperę virtutis viam post

stra-

stratos Turcarum Tartarorum cadaueribus campos, postingentem nominis sui gloriam, post erectum de nominis Christiani Hoste, ad Chocinum tropheum, in Regali solio gloriosus Principem nostrum, primo Varmiensis & Sambiensis Episcopatus Mitrę Pedoq. admouit. Quo Gentilitius Agno Varmiensi coniunctior, fructus ferret vberiores ab eadem Serenissimo, totaq. Republica dispensata incompatibilitatis lege Sigillo Regni minori decoratus, ita vtroq. eximiæ dignitatis munere perfunctus est, vt neminem adunatæ incompatibilitatis peniteret. Sed altius eluctata virtus ad Vrbis vsq. Septicollis męnia diffusa amplissimorum in Ecclesiam meritorum fama ipsum vsq. ad Innocentij vndecimi Summi Pontificis Conclaue penetrauit. Innocenter Innocentius Ecclesię tunc gubernacula moderabatur, Sedem Petri Illustrissimis virtutum radiis illustrabat; innocentia morum; Religionis maiestate, dignitatis celsitudine, etiam aduersariis venerandus. Qui Principis nostri virtutum, nominisq. fama permotus motu proprio Collegio purpuratorum Patrum adscripsit. Hac Cardinalitiæ purpuræ dignitate insignitus quo altius ascenderet, vix reperit. Vt tamen virtuti locus nullibi deesset, non parca meritorum virtutumq. ęstimatrix Polonia inuenit, quo sublimius intra Patriæ limites promoueret benemeritorum gloria insignem. A Varmiensi Sede ad primatialem Archiepiscopatus Gnesnensis dignitatem à Serenissimo Iohanne Tertio eius Auunculo vocatus, Cardinalitiæ, Primatialis dignitatis iunxit insignia Aquilæ Poloniæ nidus vigilanti Pastori commissus nequà Deo rugiens irrueret prædabundus. Archiepiscopale Palium Eminentissimus Opicius Cardinalis Pallauicinus, Nuncius pro tunc Apostolicus, Varsauiæ imposuit: Cardinalitium verò Galerum Romæ præsenti Alexander VIII. dedit. Solemni ritu ab vrbe redux Viennam diuertit, Cumq. Augustissimo Imperatore Leopoldo Primo egit, Vt Moldauia Reipublicę Polonę seruiens absq. controuersia Polonico Iuri cederet. Quem Tractatum feliciter conclusum Patriæ monumentis intulit. Tandem à ciuilibus Patriæ negotijs, gratijs quoq. omnium honorum, dignitatum bonorumq. Datori Numini submisse impensis, ad Ecclesiasticum decorem splendoremq. se, suasq. curas omnes conuertit. Nihil magis Pastorali officio dignum existimans, quam Summo entium enti Deo, Ter Optimo Maximo publicè, priuatimq. debitum exhibere honorem. Quare Ecclesiasticis dignitatibus illos in sua Metropoli pręesse voluit, qui & virtute, & exemplo pręlucerent cunctis. Ineptus illi visus qui Nobilitati Familiæ virtutem non maritasset. Qua in re summopere Ecclesiasticam auxit dignitatem, dum Munia Reipublicæ dignioribus cederent. Dum Parlamento Tribunaliq. Regni non nisi idoneus pręsideret. Nidus hic Seminariū Ecclesiasticarum, Senatoriarum dignitatum est. Ad Thiaras & Mytras disponuntur, qui Primatiali huic Cathedræ operam nauant. Nimis longum foret attexere seriem eorum, qui Gnesnensi Prælatorum de Collegio Pastoralis Poloniæ decorarunt Cathedras. Vnus sufficiat, quem digito demonstrare licet, nempe Illustrissimus Fulinski qui grauitate morum, virtutum splendore, sapientia, religione in Deum, iustitia, ęquitate cultuq. diuino insignis, diu Primatiali splenduit Cathedrę Canonicus Gnesnensis primo, dein Suffraganeus, tandem Serenissimo Rege annuente ad Archiepiscopalem Russiæ destinatus Infulam, mira luce splendescit.

Sed auocor ad alia Principis nostri liberalitatis, & cultus in Deum specimina. Ampla sunt Eminentissimi in Religiosis domiciliis extruendis Beneficia, cetera sileant, loquitur Missionum Domus, Louicii e fundamentis magnificè erecta: & annuo censu, & stabilibus bonis munificè dotata. Clerus hic excolitur, instruiturq. non Philosophicis & Theologicis solùm disciplinis, sed etiam, quod ad Dei cultum religiosius exhibendum spectat, eruditur. Eiusdem Eminentissimi munificentiam experta Carmelitarum Discalceatorum Varsauiæ Familia; quæ diu delitescēs humilibus sub tectis, munificentia planè regiâ Eminentissimi Principis surrexit in altum. Monasterium inter pauca erexit magnificum, quo ęternam sibi nominis gloriam in terris, & felicitatis perennis mansionem in Cælis ędificasse censendus est. Opus verè munificentissimę celsitudinis obærratum tenet Carmelitarum Discalceatorum Ordinem, vt ad Aras pronissimus diu terris Patrięq. superstitem pijs votis impetret: tandem serò sedibusq. supernis deuotis inferat suspirijs. Et Sancta Crux congregatio Missionariorum sub Vrbis Cracouiensis Varsauiæ largitatem Eminentissimi prędicat. Is porro animi illi est in diuina tecta, vt nihil humile moliri valeat. Quidquid Principis munificentià erigitur, magnificum sit, oportet. Ingentia & superba Missionariorum Carmelitarumq. ędificia testantur Regium magnificumq. Principis genium, non nisi Regalibus, magnificisq. delectari structuris.

His ita studiis erga Diuina Cultumq. Numinis deditus Princeps liberalissimus ac pientissimus, subitò ad publica Reipublicæ euocatur negocia. Vehementem sinistra Regno Poloniæ inflixit ictum Fortuna, dum vita & sceptro spoliaret Regem Ioannem Tertium. Senatum populumq. Polonum, Quirites, nobiles & ignobiles, nigra illa Dea pullâ induit veste, quando victoriosissimū immortali vitâ dignum, Patriæ eripuit Principem. O inuida fata! ita ne abire cogitis, quem tot trophæa de hoste reportata circumstant, domi forisq. Triumphatorem abripitis? Vienna Austriæ suum prædicat Saluatorem, Strigonium Hungariæ diu Turcico pressum & oppressum iugo, libertati redditum, suum agnoscit liberatorem! Surdis fabula narratur. Optimum inexorabilis Libitina abripuit Patriæ Patrem. Luctuosum post deploratissimam Principis mortem succedit Interregnum.

Tota Reipublicæ moles, immensæ curę in humeros

ros deuoluuntur Primatiales. Agnus ille Gentilitius candore suo nitidus candidè Patriæ commodis prospicit, stat peruigil in sua statione, diùq; noctuq; arcet pericula, non prouocat aut lacessit. Recti iudicii & sensus in liberę gentis libertate conseruanda. Hinc assidua cum Principibus optimeq. de Republica sentientibus viris colloquia, arcanaq. consilia; hinc non asperimos labores, non immensos sumptus, non pericula ęstimans, totus in commodum Reipublicæ effusus & ad omnia præsens animus per ardua & excelsa ductatur: Non fractæ vires, non liuor & obtrectatio. (bonorum operum impedimentum & venenum) a laudabili euocarunt studio. Amor salutis publicæ vicit quęuis obstacula. Continui sisum non fregerunt labores: nullum omittebat tempus, quo sese totum Patriæ impenderet.

Itaq; vigil excubans, pro suo Primatialis dignitatis munere tristem lugubremq; regno vniuerso denuntiat Regis mortem. Publico edicto vniuersos Regni ordines Varsauiam inuitat. Ciuilis Confederationis Commitia ad incolumitatem Patriæ conseruandam tuendamq; indicta. Frequens quidem numerosusq. Senatus cum equestri ordine confluxerat; at studiis in diuersa raptatis, iactari subitò cæpit magna illa Reipublicæ Nauis, fluctuare, decumanisq. agitari procellis. Quid censeas? Nisi inuerti, sed non sine sonitu Polonum orbem: tantę namq; tempestatis exortæ tot dumesticis dissidiis quassata rates, tot ventorum turbinibus lacerata integritatis vela, vt de salute Reipublicæ iam tum conclamatum videretur: vbiq. tumultus & dissidium pacis vnionisq; nomen procul in exilium missum; Scissionem animorum pręsagiebat maiorem. Dissoluta proh dolor! Commitia, rationibus, quas furore, non amor patriæ dictitabat. cæterum amans Patriæ Cardinalis in tam turbido rerum statu de bono publico nullum intermittebat momentum, quo saluti publicæ non prospiceret. Restituere securitatem scissa Reipublicæ capita membraq. ad vnionem atq; concordiam reducere, vnicum in votis erat. At qui pectus purum & firmum gestaret rarus repertus; Varij inter ordines, sensus imo verius dixerim dissensus. De Reipublicæ integritate minor cura, de suis Candidatis omne consilium. Aspera inter eos multa, rigida, præter morem, præterq. leges factitata: Acuere vibrareq; gladios, ruere in arma, sanguinem vitamq. pro suis Candidatis nondum agnitis fundere promptissimi. Ducat exclamare

Quo quo Poloni ruitis, aut cur dexteris
Aptantur enses conditi?

Quis furor in aciem rapit ense fraterna rimari viscera. Procul, procul iam Polone candor, iam procul fida pectora: Frater fratri diffidit.

Composita dicta pectore euolnunt suo
Quæ cum compositis dicta factis discrepant.

Aderat dies 16. Maii 1697. Electioni noui Regis decreta; aderatq; Respublica ad aliquot Centena millia armatorum ciuium. Plurimi Palatinatus finibus Patriæ tuendis intenti nuncios submiserant; Lithuaniæ maior pars, Prussia & Samogria legatos duntaxat expedierat. Aderant ciues in armis, non classico sonante exciti, sed fęderati militis furoribus obuii. Ille contumaci scelere, obsequium Ducibus, & Reipublicæ detrectabat Viscera Matris patriæ inquam, in omnem licentiam effrenis, viperina proles rodebat; libertati periculum creare, non vano metu timebatur. A Hinc ipso in Electionis exordio de auctore & fautore tā fædi sceleris actum est. At elusa hæc quęstio. Similibus elusionibus, tempus exorbitantijs diiudicandis legibusq. restaurandis destinatum irreparabili damno transijt. Non legationes Principum exterorum, non Candidatorum auditæ. Hanc solum meruit Summus Pontifex, & Augustissimus Imperator apud Gentem Catholicam venerationem, vt eorum legati in Electorali Campo perorarent. Interim dies diem trudit; noua sed mirabili methodo commitiorum Marescha1cus per pluralitatem eligitur. Tempus ad nouum regnantem eligendum vltroneis territur remoris quibus technis Libertati B struebantur insidiæ. Dies nominationi noui regnantis iam imminebat; at turbę magis magisq. ingrauescebant, abiecta omni spe vnionis fraternę. Dies inde vacuus abiit: Nunc volunt, hunc nolunt, hæc hodie appetunt consilia, cras spernunt: In hanc illamq. partem impinguntur, iactanturq; diuersis at non sanis consiliis. illi ad aurum aspirant, & capiunt; hi meliori fratrisq. sensu bonum Patriæ fidemq; præferunt. illi fero feruntur impetu, hi seriò matureq. de suo deliberant Candidato. Ad extremum eo deuentum vt promptiores ad arma, & gladios, quàm ad concordiam. & vnionem animorum inclinarent. At C Principi Eminentissimo, quem ratio, sapientia, fides, bonumq. patrię firmauit non circumacto vulgarium iudiciorum omni vento, hoc ex animo visum optimum, virtute constantiaq. præcincto, illum nominare Regem, quem fides pietásque anita commendarent. Ne campus Electoralis fraterno manaret sanguine, ne cogoaras acies collisas effusi cruoris sero pæniteret, ad dimicandum propensas, hoc prudenti auertit consilio. Dumq. iam, iam signa in pugnam explicata, præstolarentur classicum, Rex indubiè orthodoxus nominatus est. Nec mora, suū etiā pars aduersa Serenissimū proclamauit Cādidatum. Inde dissidium ingēs, ingens inter proceres D Regni Quiritesq. scissio. Pars altera huic, altera fauet illi. Nonnulli ad hæc attonitі, legum patriarum conuulsionem obstupefacti mirabantur. Tristra ista dissidia, quàm longè lateq. sese diffuderint, quantoq. Reipublicæ damno, clarum est. Tantum abest, vt aliquid tutum securumq. inter hos animorum fluctus. Equidem optimates quidam partium optimatum neutri fautes parti, maxime nocinum inter Reipublicæ ciues, scisma abolere contendebant: magna regni nomina, magno studio fanita-

trem habuit *Io: Baptistam*, Matrem *Aureliam Stellam*, a quibus cōpetenti patrimonio ditatus, ita Catholice educatus, vt genitore orbatus, exēplo suo, loco curatoris, reliquis fuerit adolescentulis, exercitia promouendo virtutum, quibus clara solent exornari natalia.

Natura duce, vocatus ad studia, lauro exornatus in Maceratensi Accademia, ex cathedra docuit, & iuuenis senes habuit Auditores. Magistrū in Theologicis asciuit Angelicū doctorem, cuius Summam ter, quater totā lustrauit. Feracissimum ingenium cū agnouisset Cardinalis Cybo Æsiensis Episcopus, bibliothecam suam communem ei fecit, dum historiam percurreret Conciliarem. Deo tandem euocante, die 2. Februarij 1661. A dum alii bacchanalia quærerent; dato nomine Congregationi S. Philippi Nerij, sacrarum incubuit eruditioni literarum, in quibus mire profecit pręcipue ad populum concionando. Sacerdos initiatus die 15. Martij, 1661. primum obtulit sacrificium Deo, in ęde Lauretana, quo nunquā abstinuit nisi infirmitate præpeditus, eo deuotionis ardore, vt adstantes in venerationē excitaret. De Animarum salute sollicitus, in audiendis pœnitentium confessionibus totus intentus laudabili animarum fructu, vota conciliauit totius Congregationis, vt die 8. Aprilis 1679. in Præpositum eligeretur inuitus, sub cuius regimine numerus fratrum cū quatuor essent, ad tredecim excreuit, 30. fere Anno- B rum spatio Euangelium prędicauit, non solum in Oratorio, sed in Cathedrali suggestu, diebus Dominicis, ea populi frequentia quasi nouum hominem semper audirent. Quinquies in die quandoq. concione ad populum habita, nō in persuasibilibus humanę sapientiæ verbis, thema semper subijt diuersum, floribus aspersum figurarum, S. Patrum fulcitum testimoniis, audiēte, & plaudēte Emeramo Cybo illius ciuitatis Episcopo, *Si meum esset, Episcopatum transferrem; vni tantùm conferrem P. Petruccio.* Defuncta matre, pauperibus patrimoniū erogauit, ea sola porcione reseruata cuius titulo Sacerdos fuerat initiatus; quam postea in Episcopū assumptus, eisdem pauperibus vel in Ecclesiarum re- C parationem distribuit; vt ei quamuis vltimo gētis suæ nec gleba superfuerit. Fama tanti viri Romam perlata ab Innocent. o XI. patriæ suę Episcopatum subire coactus, Apostolicæ prędicationis munus non omisit, sed feruētior insurgēs corruptos ciuitatis mores reformauit Ecclesiarum cultu, charitate in proximos, vsu Sacramentorum, modestia fœminarū ac regulari Monialiū obseruantia. Lege literas Congregationi suę datas.

Dulcissimi Patres, & Fratres in Christo Iesu Vestra Congregationis Presbyterū me amplius non habebitis. Hoc significo tumentibus & lacrymantibus oculis. O quàm mihi iucundius, vobis perpetuo inseruire, quàm in Clero dominari! At quia Domino placuit, ita factum est. Omnem moui lapidem D *vt ad vos redire, mihi daretur. In valle Iosaphat mei patebunt gemitus atq. suspiria corā Deo, & patri nostro D. Philippo, malens abiectus degere in Domo Philippi, quàm in palatijs Pontificijs principari. In vacuum rogaui, & inauditus taceo ex mea superbia &c. 24. Maij. 1681.*

Consonat ad eosdem Cardinalis Cybo. *Adm. Rev. Patres; Post varios sed irritos conatus, vt in sua vocatione permitteretur P. Petruccius huius Congregationis Superior, coactus est tandem obsequium præstare iubenti atq. dispensanti Pontifici, vt aduersus leges Cōgregationis suæ, Episcopus Æsio præesset. Certiores vos facio, in testimonium tātæ virtutis eiusq. conspicuæ humilitatis; & vt vobis congaudeam, ex Oratorio S. Philippi virum prodijsse, qui ob eximias virtutes, patriæ preesse promeruerit. Valete. Romæ. 22. Card. Cybo.*

Dignitatis augmento, minime flexus stetit constans in humilitate concionando, Confessiones audiendo, ac vt facilius enataret, reliquo in pauperes erogato patrimonio maluit inter egenos mendicare, quàm diuitias congregare cognatis, eo Romanæ Vrbis plausu, vt die 2. Septemb. 1686. Presb. assumeretur Cardinalis gestiente populo Æsiano: vt ex inscriptione marmori incisa literis aureis, in arcu portę Prioralis.

Petro Matthæo Petruccio Card. Amplis. patri tio meritis. Patri optimo, in æterni monumentum obsequij, Regia ciuitas Æsium posuit. An. MDCLXXXIX.

Erga Congregationem S. Philipi, paterno amore succęnsus, residuum eidem donauit sui patrimonij cum sacris Reliquiis, pretiosa suppellectili: vt ex inscriptione ad parietem interiorem portæ maioris.

Templum hoc consacrauit Em. D. Card. Petruccius Ep. Æsinus An. Dom. MDC. LXXXXIIII. festumq. celebrari decreuit die 30. Augusti. In sacrario verò.

Em. S. R. E. Cardinali.

Petro Matthæo Petruccio patriccio Æsino, huius Congregationis Oratorij filio & Præposito, qui viginti Annis in eadem commoratus, totus in dirigendis ad perfectionem animabus, à Sum. Pontif. Innocentio XI. morum sanctimonia, diuinis literis, virtute probe in ipsa compertis, Episcopus Æsinus eligitur & Pontificia iussionis vi cogente fertur ad infulas. Anno V. exinde currenti ab eodem Pontif. sacra donatur purpura. Patres Congregationis in amoris argumētum P.

Plura scripsit pro animarum salute, precipuè pro absoluenda mistica oratione, Sermone patrio

Epistole *La Vergine Assunta* *La Contemplazione Mistica.* *Il tutto, Il Niente.* *Poesie Sacre.*


Quorum omnium, *Poesis sola* censuram effugit. Contigit nāq. Petruciū suos edidisse libros, quum impuri Molinos fraude detecta sacrilega atq. inhonesta; libri mistici fere omnes suspecti iacerēt & supra reliquos libri Petrucij. Quanta humilitate, ac corde sincero censurā subierit? ex hoc habeas. Vni ex heretice prauitatis obijcienti, *quod eius libris cum plures abuterentur; essent oppido remouendi* S. humilitatis exemplo respondit Petrucius *Medium ordinari ad finem, nec vltra desiderandum. Optabile non esse nisi quantum perducat ad finem amabilem, & optabilem. Si voto frustretur: cessat medium nō amplius amabile, neq. optabile. Elucubrationū mearum finis cum fuerit gloria Dei, & salus animarum, quæ teste S. S. Inquisitionis tribunali, non amplius consequitur; eradantur de terra viuentium.* Facultas hinc data Petrucio, libere regrediēdi ad suum Episcopatum Esiensē 27. Augusti. 1692. licet Romæ quieuerit vsq. ad Aprilem 1694. inde in sedem restitutus Episcopalem, cum ibi ob fluctus preteritos popul suspectus, in petrosam spargeret verbum Domini, morbo etiam grauatus Cæliaco, ob aeris intemperiem sibi infestam, Romam rediit, dieq. 20. Ianuarij 1696. Episcopatum in manu Pontificis liberè resignauit; Is resignatione recepta, pensionem duorum millium Coronatorum, motu proprio, Cardinali reseruauit. Ter postea ab Innocentio XI. semel Alexandro VIII. Innocentio XII. missionem a Senatu Purpuratorum rogauit, vt in Congregationem rediret S. Philippi, nec impetrauit. Post decennem nauigationem inter Romanos fluctus ab æmulis excitatos visibili-

bus

bus, quieuit, portum annhelans vitę cęleſtis, Viſitationibus occupatus Apoſtolicis, Conſecrationibus Epiſcoporum, vltra ſeptem Congregationes, quibus adſcriptus verbo, & opere fidem propugnauit Catholicam. Comitijs adfuit Alex. VIII. & Innoc. XII. à quo die 6. Septemb. 1694 miſſus Viſitator Apoſtolicus in prouinciam S. Seuerini, coacto Clero onus ea vigilantia ſubiit, atq. cura paſtorali, quòd pondere preſſus decubuit. Die 21. Martij 1695. Synodum celebrauit ſecundam: Regulares viſitauit, apud quos plurea habuit conciones. Inde Romam rediens Congregationibus adauctus S. Concilij; Epiſ. Reg. De Propaganda; Indicis: Rituũ; Viſit. Ap. Status Regul. Viſitauit iubẽte Innoc. XII. Confraternitates, Xenodochia, præcipue S. Spiritus, cuius redditibus prępoſitus, atq. Confraternitati SS. Annunciationis infatigabilis perſeuerat, vitam quærens ſolitariam & quaſi Eremiticam.

Hæc de Cardinali Petruccio in laudem potius vitæ quàm in eius doctrinæ tutelam. Arcana enim tribunalis SS. Inquiſitionis nec aſſequi audeo, nec rimari prætendo. Decreta veneror voto mihi incognita etiam emiſsa: & libros abhorreo, quos Veritas damnauit Romana. Eadem tamen permitente, imo iubente, in purpura colo Cardinalem docilem, humilem, obſequentẽ. Auguſtinum recolo primum Eccleſiæ doctorẽ in Retractationibus ſuis, ex quibus habeo, quòd *Omnis homo mendax*. In ſuperiori narratione & in omnibus libris meis ſi quid erroneum, & obſcurum vel dubium occurrerit, & tribunali S.S. forer odioſum, reuoco, corrigo, caſtigo. Hoc vnum nãq. a ſuperna expoſco clementia; quod in gremio renatus S.R.E. mori etiam valeam, Petrũ Apoſtolorũ principẽ inuocãdo, *Tu es Petrus & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam. Obijt* 11. *Iuly*: 1701.

26. Noli timere, deſcende in Ægyptum, quia in gentem magnam faciam te ibi. 46. Geneſ. 3.



FRrancifcus Bonuiſius Lucenſis die naſcitur 17. Maii. 1629. nepos Hieronymi Bonuiſii Card. Hiſtoricæ, Politices apprimè gnarus varia cum tenuiſſet Romæ ſubſellia, cubicularius Alex. VII. Canon. Later. Coloniam Aggripinam, inde ad Sarmatas Legatus Apoſtolicus vaticinium impleuit, quod ei aprauerat..... Pater Oratorii S. Philipi Nerii, Religionẽ promouẽdo Catholicam magno plauſu illius bellicoſiſſimę gentis. Inde ad Cęſarẽ Legatus placidis moribus, quaſi popularis, omnibus omnia factus, arcana ſuæ legationis abſoluit ſine querela. Principum namq. ac Regum omnium cum ſecretũ plene teneret, in regenda Republica nemini ſecundus cũ ægre ferret Cardinaliũ promotionem ab Innoc. XI. prorogari, tantę diliuationis impatiens miſſionem rogauit datis literis ad Cardinalem Chiſium, qui ſupplicatione melius perpenſa, cum reſpondiſſet grauiter, impatientia intempeſtiua non eſſe irritandum Pontificem, acquieuit Bonuiſius, donec die. 1. Septemb. 1681. Cardinalia aſſumptus tit. *S. Stephani in Monte Cœlio: Epiſcop. Lucenſis* Congregationi adſcribitur Trid. Concil. Comitiis adfuit Alex. VIII. Innoc. XII. quo ęgrotante, Sal. Anno 1700. dum populorum plauſu ad Triregnum expoſceretur, morte pręuentus, regnũ coactus meditari cęleſte, in ſua Cathedrali quieuit iter ingratos Canonicos, qui de eius epitaphio ſæpe requiſiti notitiã ſubmittere, vel reſponſum ſunt dedignati.

27. Tu ſcis, quod nec aſellum cuiuſquam acceperim; nec afflixerim quemquam eorum. 16. Numer.



SAuus Mellinus Romanus, cuius in ſcutaria coronide Elementum XII.

M

Item cyanea, cum ſubiecto ei coccineo tigillo (teſte Petra Sãcta in *Teſſeris Gẽtilitys*) & Ima ſcuti regione, ſexies in modũ balthei, parti cyano, & parti auro lemniſcata Romę naſcitur 4. Iulij (dictitalij) die 8. A.S. 1644. ex Mario Millino, & Gineu-

A ra Capponi patritia Florentina vbi Muſas cũ coluiſſet, virtutũ gradibus ad aram peruenit honoris, Archiep. dictus Alexandriæ, inde ad Carolum Hiſpaniarum Regẽ Legatus Apo. quum laſciuiẽte Gallorum fortuna, & totum per orbem præualens Rex Ludouicus XIV. Caſale a Duce recepiſſet Mantuano; Argentoratum partim minis, partim armis occupaſſet, Rheni & Eridani gemina potitus arce, Germaniæ & Italię noua poteſtate auctus timendum omnibus cum ſe vna die oſtentaſſet; inſtituto in vrbe Cortracenſi congreſſu, vt nouę inibi ſuæ prætenſiones elucidarentur: pro parte Regis Catholici abecedario exhibito ſexcẽtarũ & ãplius vrbium, & oppidorum, quas ab vltima pace ſãcita, occu-

B pari vi & armis iuſſiſſet Gallus velut eorum, quæ ipſa Neomagenſi conuentione relaxata fuerãt, appendices. Paulo ante, 8. ſcilicet Kal. Iunij 1681. eiuſdẽ Regis Ludouici nomine citatus Carolus Rex Hiſpan. quatenus Chinienſis Comes vt eidẽ Ludouico intra 40. dies homagiũ profiteretur: ſi ſecus, Comitatu priuãdus à CameraMetenſi, quę ditionẽ vt Barrenſis Ducatus feudũ Regi Ludouico attribuerat. Cum autem citationẽ neglexiſſet Hiſpanus; immiſſo Gallus milite, occupata vrbe cum caſtris oppidiſq: feudi dixit appendicem; aduerſus tandem Romanam Curiam cępit iura veſtigare *Regalia* coactis Cleri Gallicani comitijs, qui Regis arbitrio non ſolum prætenſum Regi *Regalia* ius in

C omnes Regni ſui Eccleſias, ſuis ſuffragijs (teſte *Brietio*, S. An. 1681.) ad ampliſſimũ arbitrium permiſerũt: ſed multa ſuis Gentilibus propinarũt velut de fide dogmata circa Pontificis auctoritatẽ, ob quę Innocẽtius apud Hiſpanũ ac reliquos Principes Chriſtianos cum ſummè indoleret; operoſa Millino legatio, plena periculis non frigide, aut languide exercenda, vigore animi, conſilio in periculis declinandis, in agendis præſtantia, fidem, ſinceritate, loquendi libertate minime profanato Regis obſequio, maieſtate ſeruata Apoſtolica, Pontificem propugnauit, Regem nõ offendit; pręcipue Kal. Feb. 1684. cum Carolo Hiſpano Regi inducias cum Gallo ſanciendas propoſuit Pontificis nomi-

D ne; quatenus bello ſolutus auxilia Cæſari militanti in Vngariam ſubmittere poſſet: licet cauſante Hiſpano, ſe à Gallo armis petitum, a iuſta defenſione abſtinere non poſſe, incœptę in Belgio offenſiones adhuc per aliquot menſes perdurauerint.

Tantam virtutem SS. Pontifex purpura rependere duxit, Presb. Card. creãdo tit. *S. Petri ad Vincula*, 1. Sep. 1681. Ex Hiſpania redeuntem Congregationi adſcripſit ſacræ Conſultæ; Epiſcop. & Regularium; Immun. Eccleſ. Controuerſ. Iuriſdiction. Epiſcopum aſſumpſit Vrbeuetanum; vbi populorum ædificatione, Eccleſiæ ſuæ ornamento, gregis aſſidua educatione paſtor inuigilans, Comitijs adſuit Alexandri VIII. quò diſpensãte

vale-

valetudinis causa ad Nepesinam & Sutrinam translatus, vigilantia non minori gregem custodiens sibi commissum, comitiis iterum adfuit Innocentij XII. quo regnante, ipse mortis meditatione vitam annhelans æternam, sarcophagum sibi posuit in quo legitur.


D. O. M.

Sauus S.R.E. Presbyter Cardinalis Millinus quē Alexāder VII. Clemens IX. & X. Romana in Aula claris Muneribus decorarant. Post obitam decennio Pontificiam in Hispania legationem sacra Purpura, & Ecclesia Vrbenet. ab Innocentio XI. donatus, quam ab Alex. VIII. demittendi facultate obtēta ad Sutr. & Nepes exinde valetudinis ergo translatus ab Innocentio XII. tandem e vera mortis Philosophia edoctus inanem Mundi gloriam, vaporis instar transire, aternam vnice permanere, huiusq. amore illectus.

Dum mortem quę ad conceptam felicitatem aditum referat, præstolatur, sepulchralem hunc lapidem erexit in titulum sua agnitionis, & spei. Anno Domini MDC.LXXXXIX.

Obijt Anno Salutis NDCCI. Die Iouis X. Februarij.

28. *Cuius ventilabrum in manu sua, ipse permundabit aream, & separabit paleas a tritico.* 3. Matth. 12.



MAximilianus Gandolphus Comes de Kijenburg, Grecij ea natus familia

In quam magno studio sua munera quisque
Contulit, & pleno transfusa est copia cornu.

Gloria porro omittitur stemmatis, quod teste Tragico in *Hercule Fur.*

Aliena Laudet
Qui genus iactat suum.

Orbatus in pueritia genitoribus suis, Romā missus a tutoribus vt in Collegio Germanico sapientiam quæreret, post liberales artes, Theologiam adamnauit. Ætate maior aris deditus inter Canonicos assumptus Salisburgenses, Episcopus Vallis Lauantinę in Carinthia, postea Seccouiensis in Styria, Religionem coluit, nec vnquam deseruit, licet ictibus quandoque fortunę impetitus aduersæ, non semel vinci, quàm vincere præstantius duceret dissimulando; irridere solitus cum Seneca *lib. de Prudentia. Patimur, non est sanitas, certamen est. Quò sæpius adieramus, fortiores erimus,* Archiepiscopus tandem postulatus & Princeps sue gentis III. Salisburgensis a communi Canonicorum consensu, duos ipse elegit Antagonistas Turcas, & Hereticos. In eos duce Leopoldo inuictissimo Imperatore, sub-

misso milite, profuso auro, altioribus si non præiuit, equauit. De eo vere cum Seneca ep. 39. *Habet hoc in se generosus animus, quòd concitatur ad honesta. Neminem excelsi ingenij virum humilia delectant & sordida. Magnarum rerum species ad se vocat, & extollit.* In Heresim verò, quæ ad instar cochlearum, quacumq. repunt, in vestigium sui, tenacem relinquunt & glutinosum humorem; vigilātissimus pastor non tam personas, quàm libros insequutus, quòd & mortui scriptis suis veneno conspersis viuos enecēt hæretici, impressoribus cēsura imminens rigida, ne ad aures gregis Apes accederent, quæ ver-
A *bis manifeste blandimenta prætendunt & post se, erroris aculeos contegunt. Primo distillant ore dulcedinem: sed postmodum spargūt aculeata falsitatis errorem, teste* Petro Damiani *Opusculo* 32. c. 8. vigilās atq. solicitus in dissitis atq. montanis locis longo iam tēpore clā pullulantem Lutheranismū, quo infectę in vna sola paronnonningentæ personę sunt deprehensę, extinxit penitùs, & ad ibidem restituendam fidem Catholicam, nouos erexit Vicariatus, quibus vbiq. suos proprios pastores præfecit, introduxitq. vt ad instruendam iuuentutem, singulis Dominicis, diebusq. festis christiana euulgaretur doctrina, Religioni totus intentus Religiosis Augustinianis quatuor erexit
B Monasteria prope Salisburgum: Loco miraculosæ ac famosissimo *Maria Blain* dicto sumptuosissimum fundauit cęnobium, quo Regularibus euocatis Benedictinis pro quotidiano B. M. Virginis cultu, prouentus assignauit in eorum alimoniam. Plures alias de nouo erexit Ecclesias, veteres ornauit, collapsas restituit, redditibusq. prouidit. Virtutis fama excitus Pontifex M. Innocentius XI. proponēte Leopoldo Augusto, purpuram ornare credidit, si Maximilianum inter Cardinales assumeret, & quidem optime die 2. Septembris. *1686.* licet non longe superuixerit curis potius, quàm Annorum oppressus pondere, de ecclesia meritus Catholica, cuius
C in gremio anima in eum eflaret, grates Deo reddidit moriendo, quod Catholicus natus Catholicè moreretur.

Eius pijssima gesta apud Augustinianos inquire Patres, ad quorum commodum, & Dei gloriam, Monasterium a fundamentis erexit.

29. *Timor Domini sanctus, permanens in seculum sæculi: iudicia Domini vera, iustificata in semetipsa. Desiderabilia super aurum & lapidem pretiosum multum: & dulciora super mel, & fauum.* 18. Psal. 11.

D 

LEopoldus Kollonitz Germanus natus die 24. Octobris Sal. Anno 1631. Episcopus, Colocensis, & Bacchiensis Archiepiscopus Strigoniensis magni animi vir, vere Ecclesiasticus, ac Fidei propugnator Catholicæ aduersus Lutheranos, in bello Turcico pugnauit strenue pro Rege & Lege, Cæsari Leopoldo Austriaco consilio

adstans & auro, palmites victoriarum non semel retulit à Christianissimo Imperatore: quo rogante, die 2. Septembris *1686.* a Zelantissimo Ecclesiæ pastore, Innocentio XI. Presbyter Cardinalis assumitur tit. S. *Hieronymi Illyricorum*: Congregationi adscriptus Rituum; Fidei Propagandæ, ter adsuit comitiis creandi noui Pontificis Alex. VIII. Innocentij XII. & Clem. XI.

30. *Exultate filij Sion, & lætamini in Domino Deo vestro: quia dedit vobis doctorem iustitiæ.*
2. Ioel. 23.



STephanus Le Camus vel *Chamnus* filius D. de *Chamnus* natus die 24. Septemb. *1632.* Gallus; Rege proponente Ludouico XIV. Presbyter Cardinalis assumitur tit. *S. Mariæ Angelorum* die 2. Septembris *1686.* ab Innocentio XI. Congregationibusq. adscribitur Tridentini Concilij; Episcoporum & Regularium; Propagandæ. Comitijs creandi noui Pontificis ter adsuit Alex. VIII. Innoc. XII. & Clem. XI. De eo Brietius in Annalibus. Die expugnatæ Budæ, Innoc. XI. quasi diuina inspiratione tantam victoriam edoctus, Christiani Orbis lætitiam, 27. Purpuratorum creatione cumulauit; *inter quos vario meritorum genere insignis pietatis æque ac doctrinæ fama commendauit Stephanum Camusium Gratianopolitanum Episcopum &c. & Iosephum Aguirre &c.* B

31 *Factus est Dominus refugium pauperum.*
9. Psal. 10.



IOannes Goessen natu Flander Episcopus Gurgensis, arcanis tractandis Reipublicæ apprime natus pietatem adiecit & Religionem non fucatam, pro qua in aula Cæsaris aduersus Protestantes vigilantissimus excubauit. Presbyter dictus Cardinalis tit. *S. Petri in monte Aureo*, ab Innocentio XI. die 2. Septemb. 1686. munus etiam Oratoris impleuit Cæsarei; propterea post eius obitum, Orator Cæsareus scripturas omnes occupauit, ne Maiestatis aperirentur arcana. Romæ obiit, & iusta suscepit die 22. Octobris *1698.* in Ecclesia Capucinorum, interueniu S.R.E. Cardinalium, & Nationalium. Plura ad pias causas testamento iam condito in Episcopatu Burgensis, præcipue Ducatos aureos viginti quinque mille pro erectione hospitalis in Pannonia, ad recreandos milites in bello saucios, qui incurati iacebant, peribant in agris, prouide legauit. C D

32. *Qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus*
1. ad Timo. 2. n. *6.*



FR. Petrus de Salazar, natu Hispanus in lucem exiit die *29.* Aprilis Sal. Anno *1630.* nomen cum dedisset Congregationi B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum, facto charitatis tirocinio, in quo pro captiuorum Christianorum libertate, Fratres ipsi vincula subeunt; A dictus Episcopus Cordubensis postea Salmaticensis tandem instante Rege Hispano, die 2. Septembris *1686.* Presb. Cardinalis assumptus tit. *S. Crucis in Hierusalem*, ab Innocentio XI. Romæ vigilans in vinea Domini, Congregationibus adscriptus Tridentini Concilij; Episcoporum & Regularium; Examinis Episcoporum, dierum plenus & charitatis in Deum & homines, comitijs cum adsuisset Alex. VIII. Innoc. XII. superuiuit, sed creationi Clem. XI. non adsuit ob longam terrarum distantiam, Ecclesiæ suæ totus intentus.

33. *Mihi alienigenæ amici facti sunt.*
107. Psal. 10.



GVillelmus vel Vuillelmus de Fustemberg Gallo Germanus, natus die 4. Decembris. *1629.* ingenio acer, consilio velox, manu promptus, & quod rarum in Germano Principe, publica fide Gallis deuotus, eorum tutela plures cum assequutus esset dignitates, amicitiam, & necessitudinem aucupatus Electoris Coloniensis, Electoratus successionem etiam nactus esset, si Elector ad arma intempestiue non prouocasset. *Orta enim* (ait Brietius Sal. Anno *1671.*) *inter Electorem, & Coloniensem ciuitatem dissidia, grande prope bellum in Germania suscitarunt: Electore, Regis Ludouici arma & patrocinium; Ciuitate, iuris & libertatum suarum vindicem, Cæsaris & Imperij Ordines deposcente. Rumorum Auctor Vuillelmus Furstembergius, qui sibi inter has turbationes, Electoratus successionem aucupabatur, inclinante præsertim Electore ad voluntatem, eum sibi successorem deligendi. At vtrumq. Cæsaris opera interceptum est: immissis enim copijs sub Marchione Granensi, vetitus tunc est Elector Ciuitatis libertate abuti; indeq. prohibitus ipse Furstembergius a consequenda dignitate, quamuis & Electoris expresso consensu, & acrioribus molitionibus res quasi iam acta esset.* Certatum vndiq. donec viribus mutuo debilitatis, de pace actum, cuius spes euanuit raptu Guillelmi Principis Furstembergij. *In Ludouico Gallorum Regi* [scribit Brietius An. *1673.*] *plus æquo deuotus, qui contribulibus Germanis fauere debuerat, eos à Cæsare auertere satagebat. Coloniensi Episcopo (cuius rerum erat administer) pridem Auctor vt ditionis suæ*

oppida

oppida Regi-Ludouico parandis in Batauos munitionibus concederet, tunc Coloniæ Principum ministris, qui ad pacem conciliandam conuenerant, suasor, ne bello aduersus Gallos cœpto fauerent: vnde eum, & ingens pecuniæ pondus, quam postea vt suam Rex repetijt, efferri per armatos milites Cæsar imperauit. De Fustembergij captiuitate certatum calamo & capulo: cessit tandem clementia Cæsaris, in libertatem restituto Fustembergio, qui Argentoratensis electus Episcopus, eodemq. postulante Rege Ludouico, die expugnatæ per Christianos Budæ [quasi diuina inspiratione tantam victoriam edoctus Innocentius XI. R. P. Christiani Orbis lætitiam, viginti septem Purpura- A
torum creatione cumulauit] Cardinalis dictus *tit. S. Onuphrij* die 2. Septemb. *1686.* animo tamen semper intento, vt successionem collimaret Coloniensis Electoratus. Contigit porrò tertio Non. Iunii *1688.* mors Maximiliani Henrici Electoris, & Archiep. Coloniensis, suoq. obitu grandi dissidio materiam subministrauit. *Iampridem fouere, rerumq. suarum primarium administrum* (sequitur Bretius) *habere cœperat Vuillelmum Principem Fustembergium Episcopum Argentoratensem, qui etiam instante Rege Galliæ Ludouico Cardinalis factus, nuper annuente, & promouente eodem Electore Episcopatui Coloniensi successor designatus fuerat. Quòd tamen sic Gallis addictus,* B
parum Cæsari probaretur, vt tantam dignitatem occuparet, neglecta designatione, cum ad noua suffragia, tertio Idus sequentis Iulij deuentum esset, iterum votis tredecim postulatus est: sed nouem alijs electus est in Episcopum Iosephus Clemens Maximiliani Electoris Bauari frater. Quare ad Pontificem delata is Iosepho Episcopatum attribuit; quòd Cardinalem secundum Ecclesiæ Canones absq. dispensatione Pontificia ad alium Episcopatum postulari nequiuisse assereret Papa; quam dispensationem vt dissidiorum causam futuram Pontifex Cardinali recusauerat. Grauis inde Ludouico Regi ira concepta est; annitente præsertim Cæsare minis & edictis, vt reiecto Cardinali Ioseph admitteretur. C


Comitiis Fustembergius adfuit Alex. VIII. Innocentij XII. non verò creationi Clementis XI. licet superuiueret, ætate præpeditus, & longa terrarum distantia.

34. *Viscera sanctorum requieuerunt per te frater.* ep. Pauli ad Philemonem. 8.



IO: Casimirus Comes Denhoff, Polonus Anno natus Salutis 1640. die 6. Iunii Romam cum venisset probitatis merito, ac scientiarum pretio, Prior dicitur D
Archihospitalis S. Spiritus, inde Episcopus Cæsenatensis, & die 2. Septemb. 1686. Presbyter Cardinalis *S. Io: ante portam latinam.* Congregationibus adscriptus Trid. Concilij: Episcoporum & Regularium: Examinis Episcoporum: Rituum: Propagandæ. Operibus Charitatis totus intentus, requiem dedisse dicitur Visceribus Sanctorum; quæ enim Sanctorum viscera? nisi pauperes, & egeni. Comitiis cum adfuisset Alex. VIII. Innoc. XII. obiit die XX. Iunii *1697.*

35. *Doctrina sua noscetur vir: qui autem vanus & excors est, patebit contemptui.* 12. Prouer. 8.



D. Ioseph Saenz de Aguirre Hispanus, natus Salutis, Anno 1630. die 24. Martii honestè educatus, nomen dedit Monacis S. Benedicti, inter quos gradu virtutis, munera attigit, quæ præmium esse solent Religionis, Obseruantiæ, Modestię & Scientię non inflatę. Abbas assumptus S. Vincentij, in ciuitate Salamancæ, bis præfuit ea lege; vt imperium exordiretur primo contra seipsum. Annos quindecim, Studiorum Præfectus in Collegio dicti Monasterii, in literarum fruge iuuentutem ita habuit obsequentem, atq. plaudentem, vt inde ad Salmaticensem cathedram euocatus, Theologiam primo, Sacram postea scripturam, magna explanaret auditorum frequentia. Præsidens etiam Generalis Hispanæ Congregationis S. Benedicti, nil omisit, quo vitam promoueret Monasticam, priuilegia manuteneret, latifundia redimeret. Tantis implicitus, calamum non abiecit, imò perpoliuit exaratis voluminibus quinque *De Concilijs Hispaniarum, & Noui Orbis.*

De Philosophia Scholastica To. 3.
De Philosophia Morali. To. 2.
De Theologia Scholastica iuxta mentem S. Anselmi. To: 3.
De Theologia Florulenta To. 2.
De Orationibus, Meditationib: S. Anselmi To. 2.
Defensorium Gersonis
De Viatore Christiano in patriam pergente
Opera alia
De Cathedra S. Petri, quo opere Innocentium XI. sibi conciliauit R.P. à quo, die 2. Septemb. 1686. Presb. Card. dictus tit. *S. Marię super Mineruam*, Congregationibus adscriptus Tridentini Conciiij, Indicis Librorum Prohibitorum; S. Officii; doctrina, ac dicendi libertate refulsit. Cum enim ab Alex. VIII. proposita esset in Consistorio promotio Tussani Fourbin, eaq. oppugnaretur a Cardinali Leandro Colloredo, solus de Aguirre Coloredum fulciuit obiicientem. Romæ obiit Appoplexia obrutus die *19.* Augusti *1699.* ibidem sepultus in Ecclesia S. Iacobi, Nationis Hispanæ. Qualis fuerit? ab eius habes epitaphio, quod sibi viuens pręscripserat.

Ioseph Saenz de Aguirre natione Hispanus
Patria Lucronensis, vita Peccator
Appellatione Monachus S. Benedicti
Studio Theologus;
Miseratione diuina
S.R.E. Card. Tit. S. Mariæ super Mineruam

Protector regni Siciliæ,
Orate Deum pro eo.
Obijt die XIX. Augusti. An. Dom. MDC.XCIX.
Miserere mei domine, quia peccaui.
Super numerum arenę Maris.
Mirare qui legis eruditissimi viri pietatem
Et virtutem, disceq. de te humiliter sentire
Transcribendus Cælo inscribi terram sic viuens
expressit, & tumulari voluit.
Immitare modestiam, sequere vitam.

De eo Brietius in Annalibus breui sed neruoso elogio. Tantã victoriam expugnatæ Budæ, Innocentius XI. quasi diuina inspiratione edoctus, Christiani Orbis lætitiam 27. Purpuratorum creatione cumulauit, inter quos vario meritorum genere insignes pietatis æque ac doctrinæ fama commendauit Stephanum Camusium Gratianopolitanum Episcopum; & *Iosephum de Agairre in Salmanticensi Collegio iam ab Annis amplius viginti Sacrã Theologiæ Lectorem, & variorum sacra eruditione refertorum librorum editorem.* Romæ sepultus iacet in Ecclesia S. Iacobi Hispanorum.

36, *Plantati in Domo domini, in atrijs Domus Dei nostri florebunt.* 91. Psal. 14.



LEander Coloredus in castro Coloredi natus, ditionis Fori Iulii, die 25. Aprilis Sal. An. 1639. vnda lustratus baptismali in Ecclesia matrice S. Andreæ; dum Marchio Coloredus eius genitor vexilla dirigeret M. Ducis Hetruriæ. Tertiogenitus cura enutritus genitricis suæ Pisaurum venit studiorum gratia, inde Romam, vbi ad declinandas non hominum, sed vitiorum insidias, in Ecclesiam secessit inscio & inuito patre. Præceptorem sortitus nouissimum Cleri Sæcularis Apostolum, Philippum Nerium, sub eius disciplina edoctus Humilitatem cæterarum virturum solidum esse fundamentum, per eam, veritatem tenuit doctrinæ, & morum puritatem, quæ Sanctioribus semper fuere ornamenta Sacerdotii. Ætatis Annorum vndeuiginti in sodalitium admissus S. Philippi, Theologiæ incubuit, inde sacris initiatus, sacrista dictus, Confessor, Minister, vnus ex quatuor vigilantissimus instituti custos, domi esset vel foris, in votis habuit, haud sibi, sed vni placere Deo. Martyrum dietim cum in Catacumbas descenderet, ex illo sacro cinere, ardorem accendit transfretandi, vt inter Barbaros palmas quæreret, Christi nominis confessione. Amor Dei, contemptus sui, charitas proximi, colores erant, quibus Eliseum rediuiuum diceres, quòd in eo spiritus moueretur Philippi. In Pœnitentiario, in Lectionibus, quas ex suggestu, ad Christianorum eruditionem, auctor instituit Oratorii, vitam percurrens habuit semper in ore gladium, quia stellæ in manu. Annos supra 30. cũ munus subiisset Apostoli in expositione Euangelii; fabulas nunquam miscuit. Christum prædicauit Crucifixum ea eloquentia, qua Populus Gentes expugnauit, ad Christum conuertit. Gaudebant Purpurati in ostro pallescere: pallor ruborem excitabat, rubor purpuram augebat. Verecundia erat, non parere, tædere, & mestus esse; cum ipse *in aura tenui* [In hac enim, non in sibilo, non in fulgure, non in tonitru descendit Spiritus Sanctus] penetrabat corda, pungebat crimina, & contra peccata concitabat peccatorem. Episcoporum Examinator assumptus; atq. Consultor in
A Congregatione Indicis librorum Prohibitorum, si primus loquebatur, cæterorum vota rapiebat, axiomata proferens, à quibus cæteri dissentire non possent sine rubore. Si postremus ea attentione audiebatur, vt in eum reliqui conticescerent, & Censorem non effugerent, quòd gloriam Dei insequeretur, non fastum humanum. Hinc acclamante Roma in Cardinalem assumptus Presb. *tit. SS. Nerei & Achilles*, die 2. Septembris. *1686.* ab Innocentio XI. inuitus frontem prius rubricauit, quàm humeros: vt ex sequentibus missis ad Cardinalem Cibo, primum aulæ ministrum, vt se excusaret.

B *Eminentiss. Reuerendiss. Dom. Patrone Collendiss.*

Personat vndique summa benignitas D. N. R. P. erga personam meam in omnibus ineptissimam, præcipue in gradu tam excelso, cuius incapax fui a natiuitate. Loqui mihi non datur, vbi Christi Vicarius manum imposuit: veruntamen E. V. omittere non debeo vt mei, ac totius Congregationis benignissimo protectori, votum fuisse sancti mei magistri, ac patris obsequentissimi licet erga Sedẽ Apo: in hoc tamen dignitatum articulo, *constantissime eas recusare*, mihiq. ex regula imposuisse, eis abstinendi quousque libertatis perfruar priuilegio. Rogo itaq. E. V. apud SS. in-
C tercedere, vt tanto onere abstinere valeam mihi grauissimo & Purpuratorum Collegio indecoro, si inter ipsos sederem. Flexis genibus preces renouo, vt mihi libertate restituta, animam subtraham iugo, quod cunctis præualet & preponderat: Quòd si fiat, gratia erit singularis, & Purpurà maior. Obsequens propterea & humilis post osculum purpuræ, sum, ero *E. V.*

Seruus Humill. Deuotiss: Obligatiss.
Leander Coloredus.

Transmisso epistolio, vita non recessit communi,
D adstans choro, raro humilitatis exemplo atq. modestiæ inter inferiora subsellia chori, donec die tertio vocatus, Quirinale ascendit, vbi post oscula pedum Pontificem ita fantem sustinuit: *Cardinalem te creauimus inuisum & inauditum, nõ ex vinculo sanguinis, vel amicitia, sed ob bonum Ecclesiæ. Te ergo credere oportet, Diuinum fuisse decretum: Abi.* Reponenti vero Coloredo; *vocem sibi deesse, vt grates ageret condignas Pontificię munificenię, cuius se indignum agnoscebat; veruntamen rubore suffusum teneri, regulam abijcere S. Petri*

Patris Phillippi, cuius vigore libertatem reposcebat, vt in sua vocatione persisteret; respondit Papa, *Ex ipsa promotione ad Cardinalatum, à Regula dispensari, quòd in Breui clausula inseratur omne remouens impedimentum*. Replicanti Coloredo *minime acquiescere, & ad cellam rediturum quietis causa*, adiecit Papa. *Causam Dei quieti præuallere priuatæ*. Cum item replicare vellet Coloredus; absoluit Papa, *Mandamus vobis &c.* quo audito, inclinato capite, obmutuit: osculatisq; pedibus Pontificis exiit in procœtonem, vbi habitu indutus Cardinalitio dixit: Hodie me exuunt *tunica letitiæ*. Inde reuersus ad Pontificem, birettum accepit. Sic faciunt homines, qui vento non inflantur. Vera fælicitas Cardinem declarari Ecclesiæ ab eo, qui Innocentiam nomine defert, & moribus seruat. Electio iucunda, in qua Electori obedientia, & Electo violentia fuit pretium iustitiæ, non ambitionis, sine quo nec Pontifex assumpsisset, nec Cardinalis consensisset. Merito annuit præmium, Gratiæ obsequium, ea plaudente & grates agente Republica, quæ simul ad libertatem nata, & ad Ecclesiæ tutelam, gaudet exaltari filios suos pretio pietatis, ac mercede Religionis. Nunc verò vt numeros impleat Apostolatus, ad exaltationem S. R.E.& populorum salutem, de suo primæuo viuendi instituto nihil remittens, in concionibus efficax, in audiendis pænitentium confessionibus assiduus, Basilicas dietim frequentat Romanas, & vbi Venerabile Sacramentum exponitur, deuotè conueniens, a Visitatione Septem Ecclesiarum, quam Sacerdos obibat priuatus, non deficit, Congregationis suæ Oratorij commensalis, Mensæ inseruiendo communi per turnum, veste indutus ad vsum instituti, solo birettho retento Cardinalitio, cum fratribus conuersando horis pomeridianis Cellulis contentus[in quibus cubat]antiquis, palatium conscendens solumodo vt venientibus audiẽtiam præbeat, habitu tunc indutus Cardinalitio, ministrantibus cubiculariis, quorum nullus absque toga talari, modesti omnes non comati, ijsq; publice semel in mense celebrans panem distribuit Eucharisticum in Ecclesia Noua, reliquis diebus incruentum Missæ Sacrificium nunquam omittit in eodem altari, in quo sacra peragebat S. Philippus Nerius. Maiori Pænitentiariæ Præpositus ab eodem Innocentio XI. bis in mense vnà cum Prælatis pœnitentes audit, Apostatas redeuntes suscipit, instruit, auro iuuat, & neminem perire permittit. Morientes Cardinales etiam non vocatus adit, ad pie moriendum ea charitate excitat, vt Innocentius XI. R. P. in suo obitu vnicum admiserit consolatorem Card. Coloredum. Procœtone nunquam clauso, audientia semper permissa, domi sistit, nisi pro Indulgentiarum thesauro in Basilicas ascendat, vel ad audiendum verbum Sanctissimi, aut a Congregationibus euocatus Episcoporum & Regularium; Apostolicæ Visitationis; Tridentini Concilii; Rituum; Propagandæ; Reformationis; Episcoporum Examinis; Indicis librorum prohibitorum; Signaturæ Gratiæ; Status Regularium; vltra protectionem piorum locorum, & Regularium Conuentualium; Eremitarum B. V. in porta Angelica; S.S. Annunciatæ; pro dotibus Virginum elocandarum; Trinitatis Peregrinorum; Monialium S. Cæciliæ; Confraternitatis puerorum artis sutoriæ, in Ecclesia S. Amiani. Eleemosinarius nunquam domo egreditur pauperibus præteritis, qui currum circumstant; Sero domum regrediens, cum eis in aulam conscendit ad recitandas Litanias B.V. Lauretanæ. Inopes ad votum Castitatis annhelantes, promouet, vestiaria soluit, peregrinantibus viaticum subministrat, Sacerdotibus extraneis vestimenta exhi-
A bet, & semper eius in labore requies deargentatæ columbæ pennis superuolans pennas ventorum vbiq; affulgens literatorum Mecænas, omnibus, qui in stadio currunt ad metam salutis æternæ. Super omnia etiam memorabilis, & posteris in exemplum transcribendus amor, veneratio, fides erga Principem suum naturalem, Rempublicam Venetam præcipue in arcanis regiminis; cum enim regno hec adiaceat Pontificio, communia subditorum iurgia aquarum, agrorum occasione, quæ continua, vel contigua & communia vel Spiritualis iurisdictionis, Principem hinc inde excitant ad vigilantiam. Mense Iulio 1700.
B cum ad Regum instantiam Innocentius XII. R. P. Episcopum Passauiensem Cardinalem dixisset instante Cæsare; Borgiam Canonicum Toletanum instante Rege Catholico; & Archiep. Parisiensem, instãte Gallorũ Rege eodem tẽpore promouisset; & in hac promotione, nullus alius vacaret locus Cardinalitius, quia ante eam Papa duos sibi in pectore reseruasset; & Veneta Respublica ex antiquo iure Cæsari, ac Regibus Hispaniarum & Galliarum æquiparata in Cardinalium promotione pari iure gauderet, modo non ex voluntate Pontificia, sed ex deficientia vacantis dignitatis, fraudata videretur; Cardinales Veneti
C Barbadicus, Coloredus, Ottobonus, Delphinus clara voce, & singilatim *de iniuria exposcentes illata Reipublicæ, cuius sangine rubricati Pontifices super aspidem ambulauerant & basiliscum, Leonem conculcantes atq. Draconem. Rogare propterea, ne iure fraudata iaceret, quod sibi in tutela dignitatis Pontificiæ aduersus scismaticos, atque totius Orbis Christiani libertate propugnanda contra Barbaros, per inconcussa sæcula, glorioso discrimine sibi parauerat*. Reponenti vero Pontifici, *non in Papam, sed in Cardinales, qui vitam protrahẽtes locum negabant, vt Reipublicæ benemerita iura daret, instruendam esse querelam*; Coloredus adiecit intrepide: *Sancti-*
D *tas V. Reipublicæ satisfacere valet, vnum assumendo Cardinalem loco eorum, quos sibi in pectore reseruauit; Si hoc neget, pileum ego deponam Cardinalitium, vt remoto lapide offensionis, & petra scandali, locum impleat in gratiam illius Reipublicæ, quæ clypeus est fidei, & religionis exemplar*. Negauit tamen Papa Coloredi abdicationem admittere reponens; *Nos ipsi in gratiam Reipublicæ vndique de Ecclesia meritæ, Pontificatum Tibi renuntiaremus, si possibile esset, quem nobis digniorem cognoscimus*: decreto propterea adiecto, simili pro-

promotione nullum illatum dici Reipublicæ præiudicium.

Comitiis Coloredus adfuit Alex. VIII. Innoc. XII. Clementis XI. in quibus nouissimis Canditatus & ipse non longè aberrauit a Throno Pontificio.

Tesseram Gentiliriam ne prætereas, in qua diuisa area linea argentea, imagines Romæ impresse minime concordes areã exhibent nigram, aliæ rubeam.

37. *Vidit Iacob scalam stantem super terram, & cacumen illius tangens Cælum: Angelos quoque Dei ascendentes, & descendentes* 28. Genes. 12.



FOrtunatus Caraffa Neapolitanus Hieronymi Principis Caraffæ filius ex Diana Victori nepte Pauli V. R. P. Neapoli nascitur die 16. Feb. Sal. An. 1631. & *Fortunati* nomẽ subiit, ita annuente *P. Francisco Olympo* Clerico Regulari, sanctitatis fama clarissimo, a quo nomen futuri partus exposcere assueuerant matronæ Neapolitanæ; cui si oomeo annuebat masculinum, mascula erat proles futura: fœminina, si nomen imponebat fœmineum. Ita contigit cum à Diana doloribus agitata partus futuri vocatus P. Olympius respondit, præmaturè vocari, quòd dolores euanescerent, nec frustra. Vocatus postea mense sequenti, cum mater vere esset in puerperio, *Fortunati* nomen imposuit, quòd *Deo adiuuante, sorte gauisurus esset propitia*. Nec vacuum fuit vaticinium, ex familia namque bello & pace clara, ad vitam transiens Ecclesiasticam, sub cura adoleuit Simonis Caraffæ patrui sui Archiepiscopi Messanensis, apud Siculos, vbi studio, prudentia, morum affabilitate cum sibi gentem illam conciliasset, meruit à patruo ProRegens & Administrator illius Archiepiscopatus assumi, plaudentibus Regiis ministris, ob fidem sinceram, vitæ etiam probatam discrimine erga Regem Iberum, præcipue Sal. Anno 1674. in seditione Messanensi, quum Vicariatu spoliatus quia sub vmbra Ecclesiasticæ immunitatis altercãtem ciuem aduersus Regios ministros non protexisset (teste *Io: Bap. Romano Columna, to. 1. sua historia Messan.*) secessit apud Ferrandinæ Ducem ProRegem Siciliæ, ibidem Vicariatum inculpate exercendo vsq. in Annum Salutis 1676, quo tempore, mortuo Simone Caraffa Archiepiscopo eius patruo, Neapolim redit pietati intentus ac Religioni, Regi gratus, quo intercedente, die 2. Septembris 1686. ab Innocentio XI. Presb. Card. assumitur birretum deferente purpureum Octauio Belmontio Commendatore Melitensi, Neapoli vrbe gestiente prælætitia, ipsoq. Ionocentio R. P. vt in responso ad Principem Roccellæ ac Boteræ Cardinalis nepotem: *Cæterum Cardinalis ipsius virtutes tam multa, ac tam præclara sunt, vt in dies magis gaudeamus, in excelsu eas ad aliorum imitationem constituisse*. Sic in alia epistola ad Magnum Magistrum Ordinis Melitensis, eiusdem Cardinalis fratrem: qui cum accepisset Fortunatum fratrem in Cardinalem assumptũ verba protulit Principis prudentissimi: *Apicem fortunæ nunc tenet familia nostra: opus est, vt modo descendat*. Scala Iacob est vita hominis: in ea cum ascenderint homines, debent postea descendere. Anno sequente, qui fuit Salutis 1687. Mense Iulii, Episcopus creatus est Auersanus in regno Neapolitano, vbi decore seruato Ecclesiastico, Zelo, humanitate in pauperes, redditus distrubendo iuxta Ecclesiasticas sanctiones obiit morte repentina, sacramentis tamen non imparatus, quibus frequentissime animam expiabat.

A 38. *Quæ mihi fuerunt lucra, hæc arbitratus sum propter Christum detrimenta.*
3. ad Philippenses. 7.



FLaminius de Taia Italus Senensis, natus An. Sal. 1600. studijs incubuit Iurisprudentiæ inde Romam venit ætate maturus cuius gradibus Aduocatus factus Consistorialis, inde ab Alex. VII. Rotæ Auditor Romanæ, & Rector Pænitentiariæ, quibus præpeditus quotidie inter clamores litigantium, & supplicum pænitentium preces vitæ innocentia, fama virtutis, gratiam inuenit in oculis Pontificis sancti, Innocentij XI. à quo, Salutis Anno 1681. ex decanatu Rotæ Romanæ in Cardinalem assumptus, patriam habuit conciliatricem & gratiarum interpretem datis literis ad Romanum Pontificem, pro gratiarum actione, quibus Innocentius respondit. *dilectis Filijs Gubernatoribus ciuitatis Senensis Salutem & Apo. bened. dilecti Filij: Cardinalium promotione decreta, inter primos menti nostra occurse Flaminius de Taia dilectus filius noster, quem ob morum honestatem, ac singularem doctrinam omnes exposcunt dignitates pro communi Ecclesia beneficio: propterea eum cum alijs viris grauissimis in Cardinalem assumpsimus S. R. E. Ipse verò Christiana humilitate, eaq. animi constantia honorem respuit oblatum, vt neq. suorum lacrymis, non amicorum consilijs, non admonitionibus nostris flecti potuerit. Ne autem Christiana Respublica tanti viri fraudaretur auxilio, sanctorum Patrum inhærendo vestigijs, nostrorumq. Prædecessorum æmulantes exempla, æquum duximus eum constringere, honori acquiescere, quẽ nostra interpretatione dominus conferebat; ipse verò magis merebatur recusando. Hæc omnia cum acciderint, totius Curiæ Romanæ plausu, vestram credimus exuberasse lætitiam: eius namq. dignitatis incremento, decor etiam communis patria magis refulget. Vobis itaque congaudemus de ciue illustri & rerum experientia tam claro: precamurq. a Domino ciues ei non dissimiles, quibus toto corde Apostolicam impertimur benedictionem 18. Octobris. 1681. Romæ.*

Quanta porro sinceritate oblatam remittere dignitatem conatus fuerit; ex literis habes sequentibus, quibus suam excusabat inestiam, & inhabilitatem.

Bea-

Beatissime Pater

Clementia S.V. quæ semper pronis oculis meam respexit humilitatem, experimento maiori animum benefaciendi exhibere haud poterat, quàm purpuræ promotione. Magni animi vestri in eo celsitudo exuberat; quod hominem omnino immeritum exaltare dignemini. Centum oppidò linguæ mihi essent pernecessariæ, vt gratiarum immensitatem agnoscerem, testatumq. facerem: verum cum vnam habeam, & quidem inofficiosam; modestiam eligo, quæ silentio declinet errores, qui contingere valent. Senilis ætas, quæ iam vno supra octoginta Annorum pondere premitur, cum ad reddendam rationē villicationis meæ, ad supernum euocet tribunal, a curis reuocat humanis: propterea humilis exposco, si cum humillima gratiarum actione, adiuro vos pro salute animæ meæ, ne irascatur S.V. si a vestro prudentissimo aberrando decreto, purpura abstineam. Infelicissimum namq. ego me existimabo, si voluntati meæ vis inferatur. Exclamabo quotidie cum Propheta: Funes ceciderunt mihi in præclaris. Psal. 15.

Humili sorte contentus, cur specie honoris in laqueum incidam sollicitudinis? Audias Beatissime Pater senem decrepitum, verba repetentem D. Gregorij Nazianzeni, in Concilio Constantipolitano. I. & exaudiat: *Non in eũ virtutis gradũ perueni, vt virtutem absque mercede colam. Laborum præmium mihi date, non quòd aliqui possint suspicari, sed quod mihi tuto postulare licet, diuturnis laboribus nos leuate, ac recreate. Moueat vos hæc canities; alium subrogate, qui pro vobis vexetur: vobis, timido, ignaro, in dies moriente non opus est sene, lassus sum &c.*

Placet S.V. mercedem aliquam labori rependere, onus oneri non imponat: in hoc residuo dierum meorum permittat, vt sarcinas colligam pro transitu ad vitam æternam. Non turbetur cor vestrum: neq. irrideant me homines docti, indoctiq. Si enim Thelogi propositum meum damnauerint, auctoritate D. Thomę 2.2.q.23. dicentis; *Moyses & Hieremias considerantes insufficientiam propriam, non recusabant pertinaciter officium, quo digni erant ex gratia Dei* item D. Augustini epi. 81. qua Monacis suadet: *Ne Ecclesiasticæ dignitates aut eleuatione auida suscipiantur, nec blandiente desidia respuantur: Sic inter ignem & aquam medij incedant non declinantes ad dexteram, neq. ad sinistram.* Redarguam eos eiusdem D. Thomæ, aliorumq. Sanctorum, ac D. Scripturæ auctoritate. Teste namq. eodem Angelico, 2.2.q.185. ar. 1. & 2. *Triplici impedimento potest recusari officium prælationis, scilicet propter impedimentum deuotæ contemplationis, dulcis affectus, & spiritus exultationis.* En ergo multiplex exceptio regulæ, quamuis mihi non congrua. Concordat Petrus Damiani *opusc.* 21. Monacum laudans, qui Abbatiam respuerat; ipseq. Nicolaum II. rogauit, vt Episcopatu secedere permitteretur; petitionem suam pluribus comprobans exemplis, & argumentis. Diuinum tandem proferamus eloquium. *Cauete à curis huius sæculi. Matth. 6. Christus fugit in montem, cum Iudæi vellent Regem eum constituere. Io. 6.* Hieronymus verò defectum annuens incapacitatis meæ, ita pungit & vrget eũ qui cognita inhabilitate sua non se abdicat. Lucæ 9. *Serue nequam, quare non dedisti pecuniam meam ad mensam; & illam cum vsuris exegissem?* Pro deliberatione mea Origenes tandem consurgat homil. 21. *dignitatem repudians, suæ saluti consulit; nam Num. 21. Peccauit populus; & Dominus iubet Principes populi stare contra solem, velus pro populo rationem reddituri. Sufficit mihi, pro meis argui delictis, quid mihi necesse est, pro alienis sistere coram sole; ante quem nihil potest abscondi.*

His satisfactum puto Theologis, quibus super omnes deferendum: Canonistis modo satisfaciam allegantibus c. in Scripturis 8. quæst. 1. *Locus regiminis sicut desiderantibus est denegandus: ita fugientibus est offerendus:* obyciendo Concilium Aurelianum 5. can. 11. *Nullus inuitus ordinetur Episcopus.* Legistis, qui argumento electionis factæ a S. V. me non immeritum arguunt, legem adducentibus 3. §. Pręses ff. de Muneribus & honoribus, in qua dicitur: *Potest quis inuitus ad dignitates & honores eligi; quia Reipublicæ interest benemeritis honores & præmia conferri* L. penul. ff. de Offic. Prætoris. *Interest enim Reipublicę probatos viros non cedere honori.* eosdem ad suas distinctiones non solum remittam; sed tit. 36. Codicis redarguam. *Ne quis liber, inuitus actũ am recipere, gerere cogatur.*

Politicis & Historicis 2. Pol. 7. Aristotelis dicentis, *Etiam nolentes ad Magistratus gerendos adigi debere; nam si boni sint, officio suo rite fungentur:* & Bondini 4. de Repub. c. 1. exemplo Gordiani, & Claudii, aliorumq. qui coacti clauum subiere regiminis cum Platone lib. 1. de Republica occurrã; *Si Virorum bonorum extaret ciuitas, in ea laudabiliter non imperandi gratia pugnaretur, vt nunc certatur regnandi cupiditate, ibiq. pateret re vera legitimum Principem non sui ipsius, sed eius, qui sub ipso est, commoditatem respicere.* Concordat Dion lib. 36. *Potest ab idoneo recusari Magistratus; si sint idonei ad regimen.* Inter prophanos plura habes exempla eorum, qui dignitatibus abstinuerunt, ad quas fuerant vocati; apud Cassanæum *Catalogo Gloriæ Mundi par. 1. Consi. 90.* Inter sacros Arnulphus occurrunt Archiep. Metensis, Formulphus Cisterciensis, Aidulphus Treuirensis Diodatus Ancor Vriuensis Goudobertus Tesonensis, Lambertus Florentinus, Nonus Antiochenus, Ammonius Abbas, Gregorius Nazianzenus, aliiq. qui dignitatibus abstinuerunt; alii, qui sibi membra mutilauerunt, vt illis impares apparerent. *Marcum Euãgelistam Dei electũ post fidem susceptã (Hieronymus scribit) pollicẽ sibi amputasse, vt sacerdotio reprobus efficeretur; sed & Antonium Anacoretam, ne fieret Episcopus leuam sibi auriculam ferro præcidisse. Rhodigin lib.* 6. c. 4.

Sapientibus vsq. modo cum satisfecerim B. Pater, vulgũ modo pacare superest mussitantẽ, à quo accusor; quòd vitam duxerim semper in rota; modò rotã ipse agar volubili, onus recusandi? respondeo vota mea fuisse semper ad quietem, longe ab aulę strepitu secedendi, populo ipsi non incognita: occasio sola expectabatur, quæ venit; & quia in purpura tanto grauior & venerabilior. *Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos?* 5. *Cantic.* 3. Inclina

B. Pater aures tuas ad preces meas; lacrymas suscipe hominis morientis: Romæ namq. & reliquo in Orbe viri haud desunt timorati, pleni virtute, qui me fortiores, sapientiores gradum teneant Apostolicum. Quæso ne me prouoces, turbes; *Honores namque* (ait Euseb. Nerimbergh lib. a. c. 81. de arte voluntatis) *pessimi sunt morum arbitri, merito diffamantur, quod mutant mores: qui innarsabilis sui, virtutisq. sequester velit esse, oderit ambitiosa, suam amet mediocritatem: altissima rerum omnium virtus odit alta, amat modum, qui omnia moderatur.* Mea sorte contentus, ascensum non desidero: quæcumq. mutatio mortem accelerat. Capite iam ingressus se- A
pulchrum, si vrnam pede pulso, regrediar quomodo, vt nouam personam induam in Orbis theatro? Exaudi Domine, exaudi preces clamantis, gratias suscipe, quas mihi erga te præparauit Sinesius ep. 105 *Gratiam habeo Solumensibus, quòd tantorum me dignètur, quantorum ipseme incapacem cognosco. Caterum non hoc loco considerãdũ est, an illi magna largiantur; verum etiam an a me suscipi possint. Meipsum autem explorans inuenio non congruere Sacerdotij dignitati. Metuo, ne factus arrogans, admittensq. honorem ab vtroq. aberrem; à Philosophia quidem deficiens, à sacerdotiu autem, dignitati eius non satisfaciens.* Humillimas soluo grates S. V. ob honorem mihi collatum; veruntamen tanto oneri me imparem agnoscens, abstineo, ne motum iacturam faciam, quietis, animæq. saluris. De clementia securus quiesco: promittente S. Efrem, exhortat. ad Fratres. *Transiuimus per ignem & aquam, & induxit nos in refrigerium. Prouerb. 65. acerbitatem laboris, dulcedo quietis recepit, & asperitatem vitæ gaudium post certamen corona &c.* pedes osculor Sanctissimos B. V.

Seruus Humilis: Filius obediens
Flaminius de Taia.

His tamen non obstantibus, constrictus virtute obedientiæ, caput flectere. Presb. dictus est Cardinalis. Sacerdos vere aureus, & illo calice purior absq. vlla scoria, quem auri solidi donauit B. V. Prouenzanæ, cuius in Ecclesia quotidie sex celebrant Canonici.

Romæ decessit die 5. Octob. 1682.
sedente eodem Innoc. XI.
in Ecclesia sepultus
S. Mariæ de Pace,
in qua celebrant
Canonici Lateranenses
absq. vllo epitaphio,
quod ipse interdixit.

39. *Paruus est sermo meus: & mundus sum in conspectu tuo.* 11. Iob. 3.



MIchael Angelus Riccius Romanus Pontifici Innocentio XI. à sigillo cum esset pœnitentiario, ob vitæ integritatem Diaconus Card. assumitur die 1. Septemb. 1681. sed & iste Flaminio Taia, humilitate non inferior, sequentibus ad Pontificem datis se excusauit.

BEATISSIME PATER.

M. Alexandri axioma cum esset: Considerandum, non quid & quantum donatori, sed donantis maiestati elargiri conueniat; regio animo equidem S. V. me in Cardinalem creando, consuluit ita summo rubore meam ego inhabilitatem recogitans, ea confusione obruor; vt certent adhuc pari Marte, admiratio magnitudinis tuæ, ac dolor infirmitatis meæ. Hinc post humilem gratiarum actionem [SS. Pater] pro honore mihi collato ob-
B sequens exposco, vt inclines aurem tuam mihi, verba facturo ad salutem animæ meæ, iustitiæ synderesi, & ne cum S. Gregorio Nazianzeno redarguar orat a. de Theolog.. *Terreni sunt, rebusq. terrenis implicati, ipsam quoque ignorantiam suam ignorantes.* Quis enim 2. Reg. 7. *Quis ego sum Domine Deus; & quæ domus mea, qui adduxisti me huc usque.*

Votum sane S. V. in promotione mea cum inquiro: geminum arguo: Bonum publicum: & premium reddere labori meo qualicumq. Quoad primum, a recto caderem, ni vobis imperfectiones meas aperirem, quæ finem impediunt a S. V. præfixum. Teste namq. D. Thoma 1. q. 79. ar. 3. *Conscientia dici-*
C *tur accusare vel excusare, testificari, instigare, ligare, in quantum iudicamus, cognoscimus aliquod benè, vel male fecisse, & agendum vel non agendum.*

Animum ego vel corpus perquiram, semper inutilis apparebo. Animus namq. Cardinalis qui membrum dicitur corporis Pontificij, eiusque coadiutor, a quo Vniuersus regitur Orbis, virtutibus debet præfulgere moralibus, & intellectualibus in gradu eminenti; puta Scientia & Sapientia non tam pro consilio, quàm pro iudicio controuersiarum, quæ dietim consurgunt. *Dabo vobis pastores secundum cor meum, vt possint vos scientia & doctrina &c.* propterea concludit S. Thomas. 1. 2. q. 76. ar. 2.
D *Quilibet tenetur scire ea, quæ ad eius statum pertinent.* Sunt istæ virtutes adeo Rectori necessariæ; vt ad regimen non assumeretur Dauid, priusquam illuminante Spiritu Sancto, scientię dono illustraretur Ita Salomon in exordio regni sui, cæteris posthabitis, Sapientiam quæsiuit. *Prius Dominus posuit verba in ore Prophetæ, quam constitueris eum super Reges & regna. Hierem. 1.*

Quoad Moralia, *Qui non est propheta* (teste D. Thoma 3. p. q. 4. 41. ar. 3.) *in virtutibus moralibus, indi-*

indignè sumit officium Prælationis. Fortitudo in eo requiritur; ne in arduis timore concutiatur. *Deus & Moyses dicunt Iosue, qui debebat regere populum: confortare, & esto vir robustus*. Succedit Temperantia, qua cupidinem moderetur: *Diuitiæ huius sæculi præcipuæ non sublime sapere, neq. sperare in incerto diuitiarum* 1. *Timo*. 6. *n*. 17. Iustitiam amare debet, vt ad recta semper declinet. *Deus iustitiam tuam Regi da, & iustitiam tuam filio Regis: ecce in iustitiam regnabit Rex, & Principes in iustitiam praerunt. Isai*. 32. Prudentia non sit destitutus propter agibilia: *Non vocabitur vltra is, qui insipiens est Princeps*. Conuenientibus tandem in eo cæteris virtutibus, quas recenset Apostolus. *Oportet Episcopum irreprehensibilem esse, prudentem, ornatum, pudicum, hospitalem, doctorem, non violentum, non percussorem, sed modestum, non litigiosum &c*. Esto itaq. Beatissime Pater, quòd ex diuina largitate virtutes assequutus essem intellectuales speculatiuas: Deficientibus Moralibus, quæ nobiliores: cum illæ gradum teneant solum quia in Intellectu resideant, nobis venerabiles gratia finis, ex quo bonum opus. Morales verò bonum faciunt operantem. Indulgeat S. V. si electioni factæ cum S. Ephrem *lib. de Doctrina varia* respondeam: *Prælatus consideret singulorum subditorum mensuras memor illius* (*Matth*. 13.) *alios dare fructum centesimum, alios sexagesimum, vt vnusquisq. in suo ordine placeat Deo*.

Agrum inspiciat S. V. infructiferum, ex quo nunquam fructum habebis centesimum. Non ergo in altissimis me colloces. Satis namq. vsque modo fuit mihi fructus trigesimus, ob quem Deo non odiosus. At in purpura Sexagesimus ipse a culpa & odio non eximit. Hoc fundamento cum S. Christo: Episcopatum renuisset accipere, *lib*. 3. *De Sacerdotio* sequentibus se excusat. *Quis artem, quam nescit, vt medicinam alijs etiam rogantibus aggrediatur tractare, ostendere nimiam de se conceptam esse opinionem. Dominus iubet, vt qui turrim est ædificaturus, prius uires suas expendat: quis ignarus militiæ patietur se magni exercitus Ducem generalem constitui? &c*. Quomodo ergo gradum conscendam, in quo doctrina eminens exigitur, prudentia similis, virtus exemplaris; dum doctrina pauper, prudentia exiguus, omni virtute alienus?

Vires corporis ea caducitate laborant, quod non nisi per Abecedarium recenseri valeant infirmitates. *Magni honores magnis oneribus alligantur*: vnde Hieronymus & Io: Chry. hom. 29. ad Romanos: verba illa *Obedite Præpositis uestris*, explicantes: *Nam & ipsi uigilant pro actionibus uestris, tanquàm rationem daturi: innumeros labores, curas & pericula complectitur*. Quæ vere Cardinali adaptantur S. R. E. cuius est Congregationibus adesse, Cappellis, Consistoriis, alijsq. annualibus solemnitatibus: dietim audire Curiales: Principes visitare, visitari; quæ cum personaliter & graui cæremoniarum obseruantia peragi debeant, ab ægro corpore non præstantur; quod cum Psalmista. 21. *Sicut aqua effusus sum, & dispersa sunt omnia ossa mea: aruit tanquàm testa uirtus mea &c*. Verberante ergo conscientia, ab ea dignitate secedam, quæ onus habet importabile. *Debet unusquisque intelligere infirmitatem suam L*. 8 *ff. ad L. Aquiliam*.

Quod si honorem considerem vt præmium laboris cum bonum respiciat priuatum, a meo pendebit arbitrio, quod longo iam tempore ad requiem properans, dignitates abhorret. *Hæc requies mea in sæculum sæculi, hic habitabo, quoniam elegi eam. Psal*. 131. Munera cum iam plura subierim ex vestra clementia, atq. Prædecessorum vestrorum, labori meo satisfaciunt abunde. *Sapiunt* (teste Ænea Siluio Com. 1. c. 4. *qui accepto aliquo beneficio, uel medio-*
A *cri cura uale dicunt: ostendunt enim desiderium suum expletum esse*. Purpura eam mihi mutationem imponit, quam nunquàm ambiui: teste namq. Apostolo 1. Cor. 7. *Vnusquisq. proprium donum habet ex Deo: alius quidem sic: alius uero sic Ephes*. 4. *Et ipse posuit quosdam Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios uero Euangelistas, alios autem doctores & Pastores ad consummationem Sanctorum, in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi*. Initiatus quidem Clericatu ad sæculum tamen redire non prohibeor. Conclusio sit; semper me abhorruisse Sacerdotio ligari, ac votis, quæ in eo gradu Clerici profitentur.

Gemina ergo remora nauim sistit obedientiæ
B meæ; inhabilitatis altera, altera repugnantiæ, ad eum statum transeundi, qui perfectionem exigit quam non habeo.

Legitimæ vero sint excusationis causæ; pro inhabilitate Doctor soluat Angelicus, quo teste, Impedimenta omnia amouere debet Electus, si in eius sit potestate & tunc obedire tenetur. At infirmitatem corporis mei non ego, nec S. V. amouere potest; Legitima ergo excusatio.

Quoad repugnantiam transeundi ab vno ad alium statum, cum a Libero pendeat arbitrio, Deus ipse vim haud facit. *Voluntas etiam à Deo cogi non potest, & si possit ab illo de necessitate mutari operando in illa sicut*
C *in natura; teste Angelico l*. 2. *qu*. 6. *ad* 1. *Electiones enim humanæ subsunt diuinę Prouidentię tanquam causæ particulares* 1. *q*. 22. *ar*. 2. *ad* 4.

Hisce concessis omnia remouentur, quæ ab exemplo Sanctorum, imo & Magnatum sæcularium adducuntur, qui dignitates subire fulmine excommunicationis fuere compulsi. Supposita namq. reclamantium habilitate, iuste compelluntur Ecclesiastici, saluo semper libero Arbitrio. Sæculares & ipsi quandoq. compelluntur, vt de Fedroto Cęsaris subdito (refert Surius) cũ vrget necessitas; & paruuli petunt panem, nec sit qui valeat frangere eis. *Vigente necessitate, Dauid manducat panes propo-*
D *sitionis, quos licebat solis sacerdotibus edere* 1. *Reg*. 21. *Pugnant Macchabæi in Sabbatho* 1. *Macc. Vellunt Apostoli spicas; Matth*. 12. Lege cedente necessitati tam sacris Canonibus *c. nulli* 5. *d*. 19. quàm legibus prophanis; quoties penuria sit eorum, qui *Magistratum suscipiant: immunitas infringitur l*. 11. §. 2. *ff. De Muner. & Honor*.

Hæc V.S. significare duxi, vt veniam assequar, dũ gratiæ singulari mihi collatæ purpuræ non acquiesco. Zelo namque ducor, vt vota sanctissima ple-

ne impleatur S. V. cuius pedes beatissimos osculor.

S. V.

Humil. atq. Deuotiss. Seruus & Filius
Michael Angelus Riccius.

Taię porrò, ac Ricij abdicationes quali opinione acceptæ fuerit in Orbis theatro? lege epistolam sequentem *Iuliani Blamansaddi*, Neapoli typis datam super reiectionem Cardinalatus factam per D. D. Taiam, & Riccium.

VT tuæ voluntati ita iubēti obsequar, quibus adducti motiuis D.D. Cardinales Taia, & Riccius Cardinalitiæ dignitati se abdicent, totis viribus disquirere curaui, & quidquid ex scripturis, quæ eorum nomine circumferuntur; alijsque amicorum relationibus eruere potui, totum inuenio trium tantum distinctorum capitum sistere fundamento.

Primum humilitatem respicit: secundum propriæ salutis metum; tertium insufficientiam; in vno quidem aduersæ valetudinis causa; in altero verò & incommoda senectutis. Iubes insuper, me tibi exponere, an causæ adductæ valeant prò legitimis & sufficientibus haberi? Iudicium hoc vere mea purgatiorem multò cognitionem exposceret, at, cum iam parendi debito me subtrahere nequeam, quid de hoc pro mea tenui cognitione sentiam, liberè effabor.

A primo Capite exordium summendo, nempe humilitatis, quis inficiari poterit eam esse Christianarum virtutum basim, & fundamentum *iuxta dictum D. Hieronymi Epist. ad Calat. lib. de triumpho* & D. Laurentij Iustiniani: *Christiani Agone cap. 2.* nam prout ait primus; *nihil hum litate pegstantius, nihil laudabilius, hæc est enim præcipua conseruatrix, & quasi custos quidam uirtutum omnium*; & secundus; *solidum uirtutis, & spiritualis ædificij fundamentum est humilitas. Sunt mundus, tenet Adrianus, humilitas semper secura est.*

Qui igitur hac virtute insignitur, meritò cęteras quoq. perfectè possidere glorietur, & multum sciat in consilijs sibi à Christo Domino relictis profecisse. Addignoscendum verò, an hæc virtus in præsenti casu exerceatur, non pigeat ipsiusmet gradus funditus perscrutari. S. Bernardus *in sent. de vet. humilit.* viam nobis aperiendo septem assignat, ijsq. ennumeratis pro septimo constituit. *Proprium abhorrere consilium, & propriæ voluntatis affectum*; Isti Domini igitur, mihi à recta humilitatis via longè aberrare videntur, quam vis enim hucusq. religiosè reliquos huius tantæ virtutis gradus seruauerint, attamen adeo pertinaciter dignitatem acceptare renuentes, vni ex ipsis precipuo aduersantur, propriam opinionem, consiliumq. vnicè admittendo contra S.S. & Sacri Collegij iudicium, eoq. magis, quod Summus Pontifex eos motu proprio ad talem dignitatem vocat; Quarè cum nostra perfectio consistat in propriæ voluntatis Dei beneplacito humili conformatione, certum est neminem melius illud nobis patefacere posse, quàm qui eius leges tenet in terris, & nunc maximè, cum omnibus apertè constat, quot ad hoc vniuersalis Ecclesiæ orationibus adiutus Spiritus Sancti auxilium inuocauerit. Cum igitur inflexibiles in propria obstinatione permaneant; humilitatis adhuc pallio induta incedet tanta pertinacia, immò potiùs imposterum contumacis resistentiæ nomen merebitur, vt sensit D. Hierunym. *lib. 6. epist. 4.* qui responsionum repugnantiam per Hyeremiam, & alios Prophetas Deo factarum perpendens; primi reiectionem extollit, quæ ad maiorem eiusdem Dei cultum in vita actiua tendebat, subdidit tamen *Et is qui recusat, planè non resistit, & is, qui mitti volait ante se per Altaris Calculum purgatum uidit; & ne aut purgatus adire quispiam audeat & quem superna gratia eligit, sub humilitatis specie superbè non contradicat.* Nos igitur docet Sanctus aliquantulum resistere, dum Ecclesiasticis munijs vocamur, vt ita aptiores purgatioresq. tanto muneri fiamus, non tamen in recusandu sixam voluntatem tenere, ne ita insolentis contradictionis nota signemur. Huic doctrinæ etiam accedit D. Thomas *in quolib. 5. art. 22.* promouens illàm quæstionem, laude dignius sit electioni canonicè de se factæ assentiri, an illi se abdicare? quam vnà cum S. Gregorio soluit. *Quia valde difficile est, purgatum se quemlibet posse agnoscere. prælationis Officium tutius declinatur non tamen pertinociter, cum ad suscipiendum hoc superna voluntas agnoscitur*; hucq. etiam comprubatur exemplo sanctissimæ M. D. quæ Angelo Gabrieli annuncianti ita humiliter se excusans respondit. *Quomodo fiet istud, quoniam virum non agnosco?* at postea ab ipso roborata, suam Diuinæ subijciendo volontati, prompte, parateq. subdidit? *Ecce Ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum.* ex hisce euidens est, in quo vnice consistat vera humilitas, omniaque extrema semper es. se vitiosa.

Timor propriæ salutis, quem pro secundo capite posui multo minus ad eorum propulsionem legitimandam sufficere videtur: nam sub hoc pallio sępè sępius personale commodum, & amor proprius cooperiuntur, vnde D. Clemens Papa *in epist. ad Iacob.* ait: effugere Ecclesiasticas dignitates timore peccandi, maius illo peccatum esse. *Quia si periculum peccati timens renuis Ecclesia gubernacula, certus esto, quia amplius peccas, quàm si populum Dei velut in fluctibus positum, & periclitantem iuuare possis, subterfugis, tui tantummodo habens considerationem, & non quid in commune in omnibus expedit, prouidens.* Certum bonū metu incerti mali damnationis nostræ prætereundum non est, quinimo spetare debemus; Deum, quos vocat ad pondera, viribus etiam munire talibus, quibus illa valeant portare. Deus artifex est industrius, qui scit vnum quemq. in suo exercitio dirigere ad salutem. Dauidem Citharæ dum tangit, & facit Psaltem; Piscatores vocat, & in Apostolos animas Deo prædantes conuertit. Ariolos obserua & Stella ducit Magos ad Iesum. Quisquis Cęlum mercari potest, & potest quilibet esse Sanctus. Huius veritatis testes sint tot Pontifices Maximi, Imperatores, Reges, S.R.E. Cardinales Episcopi totq. alii, qui non obstante dignitatum eminentia, in quibus positi erant, illis potius

tan-

tanquàm gradibus ad viam Cœli scandendam vsi sunt. Nequit igitur hæc causa admitti, imo, vt supradictum est, periculum graue inducit in peccata labendi, probabilemq. timorem incutit, ne Deus iusta ira percitus dicat, vt refert Thomas 22. q. 188. art. 2. *Quemadmodum repulisti me, ne Populi mei Duces, Principes essetis, ita & ego repellam vos, ne sin vobis, in Regem; ac rursus quemadmodum non audistis vocem meam sed inobedientes fuistis, sic erit, cum inuocaueritis me, ego autem non respiciam ad orationem vestram, nec exaudiam* D. Ignatius Loiola huius veritatis soliditatem intelligens, non raro dicere solebat, scriptumq. reliquit, se quamuis salutis suæ dubio incertus inhæsisset, nunquam ideo ad proximi auxilium proficua opera relicturum.

A

Senectutis verò, atq. infirmitatum impedimentum à nobis pro tertio, & postremo capite ennumeratum, quam vis prima facię magnam vim habere videatur, attamen, si necessarijs distinctionibus tritè discutitur nil roboris, & momenti esse apparebit. Negari nemo potest, hoc ab Innoc. III. Pontifice Maximo *cap. nisi cum pridem De renunciat.* pro rationabili causa haberi ad inculpabiliter renunriandum Episcopatui; at mentem suam idem Pontifex valdè strictè exprimit, vt ex ipsius verbis apparet, dum dicit. *Alia verò causa est debilitas corporis, quæ vel ex infirmitate, vel ex senectute procedit, nec tamen omnis, sed illa solumodo, per quam impotens redditur ad exequendum Officium Pastorale.* Vndè clare dignoscitur, ab illo admitti hoc impedimentum, si tamen incurabili morbo, decrepitæue Senectæ associetur, quibus insufficiens, omnino quis reddatur ad curæ munera peragenda. Aduersa valetudine aliquandò laborat corpus quæ mentem non opprimit vt lances, quarum vna dum pondere deijcitur, erigitur statim altera: sic quò magis corpus aliquà infirmitate pręmitur, eo hilarior spiritus vigescit, animiq. virtutes hoc pacto augentur, & perficiuntur iuxtà dictum Apostoli 2. Corinth. 12. *Virtus in infirmitate perficitur. Libenter ego gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Christi.* Si quis igitur ex istis infirmus est, non debet hac de re excusari non acceptando dignitatem, quinimmo maiori alacritate eam accepare tenetur; secum reuoluens se tali pacto assiduam propriæ fragilitatis memoriam præ occulis habiturum, magnumq. ad benè agendum excitamentum; tantoq. magis augetur motiui nullitas, quòS. R. E. Cardinalis non corporales vires experiri debeat, at Summo Pontifici assistere prudentum, piorumq. consiliorum adminiculo, quæ ad Dei gloriam, Ecclesiæ, & subditorum communem vtilitatem referantur.

B

C

D

Quod autem spectat ad senectutem, euidens est, istos duos D. D. sub distinctione ab Innocentio facta non comprehendi; alter enim quamuis sexagenarius sit, alter octuagesimum annum pertingat, attamen cum summa laude in munijs per ipsum peractis hucusque se gesserit, non debet dotes, quas illi Dominus in tali ætate concedit aspernere, gratia abuti graui peccati scrupulo, si laborare in via Domini, recusaret. Prudentiam, sapientiā & in agibilibus dexteritatē in quo melius inuenies quàm in sene, qui tāto tēporis spatio Ecclesiastica negotia tractauit? Quò maior in ætate prouectis canities apparet, eo maior in ipsis consideratur rerum, agendarum experientia, teste Clemente Alexandrino 3. *Pedag. Canities est multa experientia, & in consilijs futuræ prudentia flos.* Christus Dominus, quanto præeligendi sint senes in dignitatibus distribuendis apertissimè ostendit, nosq. docuit, cum Ecclesiæ nascentis Regimen, non dilecto Ioanni sed cano Petro reliquit. In Historijs quoq. prophanis compertum, & aliquando senes, quamuis cadentes, vi compulsos fuisse ad gubernia recipienda, vt euenisse Vambæ tradit Mariana *de rebus Hisp. lib. 6. cap. 12.* quem cum Rex electus fuisset, tantumq. pondus labentis ætatis suæ causa ferre recusaret, quidam ex magnatibus districto gladio minatus aut Regnum subiret, aut mortem, exclamans. *An vnus tot tusgentis voluntati repugnabis, tueq. tranquillitati communem omnium salutem posthabebis? paucos, qui superfunt tibi, annos, quos negas Reip. ipso gladio meo eripiam in posteritatis exemplum.* Leuis ergo excusatio, sicut & cæterę, pro nihilo reputanda.

Ex hic vsq. discussis duo insurgunt maximè animaduertenda; primum est iudicium aptitudinis ad Cardinalatum iuditio, & arbitrio Summi Pontificis remittendum esse, vt sapientissime admonuit B. Pius V. in Breui expedito sub die 8. Mensis Maij 1568. Hieronymo Sochero Ordinis Cisterciensium ministro Generali, qui eodem innixus fundamento tali electioni de se factæ resistebat: dicens. *De ijs verò, quæ in eo esse debent, qui ad hoc munus assumitur, laudamus quidem istam tuam humilitatem, sed non est tuum ei muneri idoneus an sis iudicare, nostię acquiescere iudicio debes, & ita iudicare, per ministerium nostrum te à Deo vocatum fuisse, quandoquidem te nec opinantem in curarum, & sollicitudinis nostræ partem non sine diligenti deliberatione assumpsimus ad seruiendum nobis, cum Dei honore, & sanctam eius Ecclesiam tam graui, & turbulento tempore regendam.*

Secundum aliqua vrgentia motiua respicit, quibus maxime conueniens, immo necessarium esset hoc tempori Cardinalatum acceptare, atq. à pertinaci deliberatione recedere ad soluendos rumores & scandala quæ (si huc vsq. facta non sunt) in populo alijsq. ex tali repugnantia oriri possent.

In hac enim dura resistentia latere potest aliqualis superbia, quasi ostentare vellit singulare aliquod & grande virtutis opus ad æternum nomen sibi apud Posteros comparandum.

Secundo quòd, Hæretici, qui ex execrabili suo instituto exprobrationes semper in Cardinalitiam dignitatem euomunt, firmius audacię suæ hærentes, exclamabunt exemplo probæ vitæ hominum sacram purpuram recusantium, eam esse gradum damnationis æternæ.

Postremo vniuersali cōsideratione dignū est, ipsos postquàm D. N. quinque annorum curriculo maturè

Postre-

Cardinalium creationem perpendit, totq. orationibus pro complemento, Sancti Spiritus assistentiam poposcit; eos prò nihilo habere has circũstantias, quę alias grauiorem immo grauissimam reddunt eorum reluctantiam.

Hæc sunt, quę pro viribus expono: Tu, qui prę cunctis doctrina, mentisq. acumine fulges, dignaberis quot quot in huius sermonis lectione occurrent, errores corrigere, supplere; dum pro coronide te corde deosculor. Vale. Romæ 7. Kal. Septembris 1681.

Ex sincera porro non fucata humilitate vtrumq. purpura abstinere Cardinalitia tentasse *Taiam* & *Riccium*, ostendit Dominus ad Superos euocando, & clamantes exaudiendo, *Cupio dissolui, & esse cum Christo*. Riccius enim die 12. Martij 1682. Taia vero die 5. Octobris, eiusdem Anni 1682. pio, religioso, exemplari obitu spiritum emiserunt.

40. *Os meum loquetur sapientiam: & meditatio cordis mei prudentiam.*
48. Psal. 4.



DOminicus Maria Cursius Ioannis Senatoris ac Gaiaci Marchionis in regno Neapolitano filius ex ...... Saluiati Antonij Marchionis Saluiati filia, nepos Laurentii Corsi Prælati domestici, Florentiæ nascitur die 18. Aprilis Sal. Anno 1635. vbi etiam adoleuit artibus enutritus Mauortijs & liberalibus. Verum cum inter auorum fastos, *Andream Corsinum* agnatum suum recogitaret, prototypum assumpsit vitæ futuræ, quam nobilem potius ex virtute ducens, quàm ex sanguine, vt eam in Orbis theatro quæreret; patriæ, familiæ, amicis subductus Romam venit, vbi non in geniali conuersatione, non in gynęceo etiam honesto, non in comessationibus, & hastiludijs, sed in Oratorijs cum Missionariis, in Vniuersitatibus, & Academiis pro sacrarum legum cognitione, ea fruge vt ab Accademicis *Splendor* acclamaretur *Vniuersitatis*, & *decor Curię*. Hinc fama virtutis aures pulsante Summi Pontificis, ab eodem præfectus Signaturæ Gratiæ, atq. Iustitiæ, Protonotarius ex numero Participantium, Vrbinum Prolegatus abiit. Fugientem eum sequerentur honores; Romæ in Congregationibus Consiliarius adfuit, Populos in Vmbria Prolegatus gubernauit, vrbem Firmanam rexit, vbiq. plaudente populo; vnde Romam restitutus lauro coronatus iustitiæ, religionis, pietatis, Clericus dicitur Cameræ Apostolicæ, inde Commissarius Generalis in castris, Auditor Cameræ Apo. Visitator delegatus in patrimonio S. Petri non tam aduersus populos contumaces, quàm rapaces gubernatores diu noctuq. vigil & insomnis bonum publicum semper quæsiuit. Tales cum quæreret Innocentia Summi Sacerdotis, in secunda Cardinalium promotione facta die 2. Septembris 1686. Diaconum Card. dixit atq. de latere in Æmiliam legauit, vt prouinciam consolaretur languentem. Eò cum venisset, Carceratorum protinus relegit processus, excitataq. defensione reorum, neminem perire voluit, nisi & pereuntis interesset. Pauperum tutela suscepta, magnates honorauit, vt inopem non spernerent tumidi. Muneribus certans erga diuites, eleemosina pauperes, humanitate mediocres, in auscultando litigantium querelas, primatum semper indulsit potentibus sine tamen temporis ac iustitiæ præiudicio aurem namq. postquam fortiori præbuisset, ambas miseris inclinabat.

A Ariminensi vacante Episcopatu, Æmiliæ populi Romanum prænsauere Pontificem pro Legato; vt in ea vrbe, quam Cursius *dilectam suam* appellabat; & ipsi haberent in pastorem suum. Tantis postulationibus Innocentius dissentire non audens, concessit etiam vt ibidem consecraretur Cursius. Solemnitatem celebri pompa, ac populi lætitia persoluit, magnifico Ecclesiæ Episcopiiq. apparatu, lauto conuiuio toti Clero, ac Nobilibus exhibito, vltra panem & vinum pauperibus abundantissime distributum, Capitulo Canonicorum omnibus officiis excepto; humanitate non minori erga Magistratus persoluta; beneuolentia æquali erga Nobiles ex-
B trancos, qui ex tota Prouincia ac vicinioribus conuenerant, Inde in subsidium gregis conuersus, etiam ex remotis regionibus operarios conduxit in vineam Domini, adscriptas in abecedario familias nobilium egestate laborantium, cladestinis largitionibus leuauit. Deum publicis supplicationibus fatigando, nudo pede cum Venerabili sacramento ad manus, Vrbem circuiuit: Deiparæ Societatem instituit: Nosocomium olim laoguentium sepulchrum in Regiam ampliauit, in qua hospitari valeant Principes ipsi, productis contignationibus & officinis, assignatisq. redditibus in alimoniam infirmorum. Seminarium insuper extruxit ad in-
C struendam iuuentutem, regulis designatis pro directione Conuictorum; atq. reparatione Ecclesiasticæ disciplinæ. Plures coegit Synodos, in quibus paterno sermone Clerum suum ad Canonum obseruantiam excitatum, cum lacrymis consolationis semper dimisit, Moniales Columbæ Ariminensi non dissimiles procurauit. Congregationes instituit, ipsq. frequentauit, in quibus Parochi cum Clero pro morum directione colloquia repeterent hebdomadaria, totius ciuitatis plausu, quæ Pastorem suum eum amore & timore venerabatur. Gemino adfuit Conclaui Alexandri VIII. &
D Innocentij XII. ad titulum inde translatus Presbyteralem *S. Petri in monte Aureo*, & Congregationibus Romanis adscriptus Sacræ Consultæ, Fabricæ S. Petri, ac Fidei propagandæ; quo sedente, die sexta Nouembris 1697. spiritum Deo reddidit immortalem, hora 18. Morbo tentatus lethali sacramenta anxiè quęsiuit, & sacerdoti Sacrum deferenti Viaticum, surgens de puluinari in quo cubabat, humilis oscula fixit in pedibus, letho lætus occurrens, quasi gestiens prę lætitia, diem renouans exaltationis suæ. Eius in funere ab Ariminensibus cele-

celebrato die 9.Nouembris;perorauit Io: Matthæus
Gentilinus Archipresbyter S. Viti; Humum subiit
in Cathedrali Ariminensi, condito testamento, in
quo mille Coronatos legauit pro elocandis 60.puel-
lis, Romæ 20. Florentiæ 20. Animi ni 20.Abacum
argenteum legauit Clericis Theatinis Florentiæ,
ad ornatum Venerabilis Sacramenti. Mobilia ex-
ponantur sub hasta, pecunia fænori data, cuius
fructus annuatim inseruiant in alimoniam Prælati
familiæ suæ, ad perpetuam memoriam.

41. Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis plena iudicij? Iustitia habitauit in ea, nunc autem homicida. 1. Isaiæ 21.



IO: Franc. Nigronus Lygur
Io: Baptistæ filius ex Placi-
dia Gentili, auum fortitus &
fratrem Lygurum Duces, die
nascitur 3. Octob. 1629. Perusij
Iurisprudentiæ incubuit, vbi
lauream adeptus tormētis Ma-
uortijs præ lætitia, gestiente
Vrbe, Romam venit plurium
vrbium donatus regimine, In-
quisitor contra viarum grassatores in agro Ascula-
no, Vtriusq. Signaturæ Referendarius, Protono-
tarius Apostolicus ex numero Participantium,
Clericus Cameræ, Thesaurarius, inde S.R.E. Dia-
conus Card. *S. Cæsarei* assumptus ab Innocentio XI.
die 2. Septemb. 1686. ad titulum postea translatus
Presbyteralem *S. Mariæ in Ara Cæli*, Bononiam Le-
gatus ab eodem Innocentio XI. nepotes suscepit
Alex. VIII. R. P. Venetijs Romam ascendentes. Iu-
stitiæ Zelantissimus in suo regimine, vt secure re-
gnaret, inter Nobiles & Plebem discordiā immisisse
insimulatur, quà ciuitas ad nihilum pene redacta,
Calumnia hæc eorum, qui ære grauati alieno, vi-
duarum, pupillorum, artificum bona occupabant;
quos debita soluere, vel patria secedere constrinxit
Legatus. Plebs ei deuota ob panis & vini abundan-
tiam, quam ei procurauit ad saturitatem, plaude-
bat, & in eius exaltationem gestiebat, repressis
Magnatibus, qui in domo sua pauperibus iura da-
bant, vel tyrannidem exercebant, pluribus eorum
exilio mulctatis & carcere; Hinc Magistratus in
eum iurata discordia etiam in fauorem vrbis conue-
nire recusabant. Die aduenientis Legati primo,
obuiantibus ei de more Antianis, cum filium Sena-
toris *Bonfiglioli* in ea hominum frequentia vnus ex
aulicis eiusdem Legati inofficiose impulisset, alapa
repressus, cum ad Legatum confugisset, ab eo ri-
gidè dimissus sed in speciem correctionis, animo
scilicet eum restituendi, ab Antianis non fuit per-
missus. Illinc odium, simultas, quæ eos vexauit
toto tempore legationis vt in eius consanguineos
insurgere Nobiles meditarentur; Legatione com-
pleta, noctu secessit; vt contumelias declinaret,
quas ei Nobilium Ordo e latebulo iniuste struxerat,
Iisdem intercedentibus, prohibuit ei Pontifex ne
homines facinorosos ad Venetas mitteret triremes,
graui Vrbis detrimento, in qua adeo multiplicati
fures, vt palam furari non timerent, nec erube-
scerent. Huc facit lemma suprapositum: *Quomodo
facta est meretrix, ciuitas fidelis, plena iudicij. Iustitia
habitabat in ea. nunc autem homicida.* Romam resti-
tutus, Congregationibus interfuit Immunitatis
Ecclesiasticæ, & Controuersiarum Iurisdictiona-
lium; Propagandæ; Rituum; Status Regularium;
Visitationis Apo. Comitiis adfuit Alex. VIII. Inno-
centii XII. quo regnante, Cardinali Bulionæo, di-
gnitatibus spoliato a Ludouico XIV. Gallorum Re-
ge, grandem pecuniam obtulit, vt viueret more
Principum, licet ille non acceptauerit. Magnorum
ingeniorum æstimator, semper habuit iniquam
A calcare fortunam, oppressosq. leuare. Graue &
onerosum litigium subijt ob iurisdictionem oppidi
Leonis, in agro Vrbinate, vbi Abbatiam posside-
bat *S. Laurentij in campo*, aduersùs M. Hetruriæ Du-
cem, cuius soror Duci nupserat Vrbinati, dictumq.
castrum enim tulisset in dotem, mortua Ducissa, ad
se deuolutum asserebat Abbas: porro cum in eum
iudicatum fuisset; ira Cardinalis succensus, officiis
omnibus se abstinuit, Episcopatu etiam Fauentino.
Eloquio liber aulicos redarguere coram Innocentio
XII. R. P. non timuit. In Comitiis creandi noui
Pontificis, post obitum Innocentij XII. omnem
mouens lapidem; vt ex Cardinalibus in Pontificem
B assumeretur, qui morum innocentia, & doctrinæ
lumine dirigeret Ecclesiam Dei, in vnum Christum
Crucifixum oculos figere excitauit Confratres,
tamquam ad Regem Regum & Dominum: Ambi-
tum eiurarent: atq. arcana dominationis, quæ mi-
nime congrua Euangelio Christi, clamare haud
destitit, donec Cardinalis Albanus nomine Cle-
mentis XI. assumeretur.

42. Accingere gladio tuo super femur tuum potentissime, 44. Psal. 4.

C



FVluius Astallius Romę natus
die 29. Iulii 1655. ex Clerico
Camerę Apostolicę, Diac. Card.
S. Cosmę & Damiani assumitur
die 2. Septemb. 1686. ab Inno-
centio XI. R. P. Legationes prin-
cipaliores subijt Ecclesiæ Roma-
næ, nempe Vrbini, Rauennæ, ac
Ferrariæ, ad quam se contulit
Anno Salutis 1698. vbiq. cum laude incorruptæ iu-
stitiæ. In Agro namq. Æmiliano sumpto de grassa-
toribus viarum, supplicio, commertium restituit;
vnde *Alcidem* appellauere populi. Caritate sæuien-
D te, cum vigilantissimè grana congregasset in hor-
reis, ex quibus panem subministrauit ad saturita-
tem; vt *Ioseph* est salutatus. Ceruienses ob excauatas
stagnantes paludes, restitutamq. aeris salubritatem
Ionem dixere beneficum. Iustitia constans in foro;
Mecęnas in elargiendo, Pater vigilando, oues suas
tonderi permisit non deglubi à Curialibus, præci-
puè ab Exactore Camerali, cuius virgam paterno
amore à confinibus totius Æmilię alienam curauit.

Suos

Suos etiam familiares atq. domesticos ita componi iussit, vt territorio grati esset, & non molesti. Rauenna discedens, à ciuibus protector assumptus, elogijs, hieroglyphicis, panegyri decoratus, quæ Sal. Anno 1698. Arimini, typis dedere Sapientes Rauennates *apud diegum Dominicum Ferrarius impressorem Episcopalem*

Hippolytus Loccatellus epigrammate lusit sequēti.

O Cælum mea vota petant, mitissime Princeps
Proteget hanc Vrbem muricis vmbra tui.
Principe quo nequeo, sum gausura Patrono;
Sic mea tolluntur munere damna nouo.
Incolumen canos et astu prospera ad annos
Seruet, & ad seros protrahat vsque dies;
Et vitæ aurea fila tua, & mea fata net vno
Parca colo; aucta tua est nostra salute salus.
I claram felix ad magni fluminis vrbem,
Principe te magnus clarior amnis erit.
Tertia mite tui Imperij Ferraria pondus
Sentiet. Vrbs Tibridis iam Tria Serta parat.

Alio epigrammate Lusit Vincentius Miccolus

B *PRINCEPS, oh superi! Quo te mea fata coercent*
Inuida, quòque tuum Numen abire iubent.
Quocumque aspicio, miseris loca plena querelis,
Singultus, muto quamuis ab ore, ferant.
Nil nisi flere lubet, suspiria sola iuuabunt:
Mærores animi subleuat ipse dolor.
Sed mihi lugenti visa est virtutis imago
PRINCIPIS AVGVSTI talia verba ciens.
Tristia iam cessent suspiria: & Reprime fletum;
Nam tibi non Iudex, sed Pater esse cupit.
Hoc sperare iuuat; Virtus Numenque Potentis
Vt Sol de longe, sic dabit inde diem,

C Simili lusit Franciscus Bagnanus. Vrbs Rauenna Card. Fuluij Astalli Discessu mærens, protectionem adepta dolorem lenit; alludendo spheris Gentilitijs.

QVO' procul abscedis Princeps amplissime? Quis suo
Fortunę aduersus te mihi turbo rapit?
Proh dolor! Et quæ mea florem truculenta quietis
Fata repente secant, cum magis ille viret?
Ergo tuis FVLVI auspicijs me deseris orbam,
Vt curis taceam præda relicta meis?
I verò tua quò te virtus inclita ducit,
Atque vbi conspicuum est pandere iussa iubar,
Namque ego sat felix, quàm tu tutaberis absens;
Sphæra è longinquo cardine, & ima fouent

EPIGRAMMA
Eiusdem.

O quam mira patrat Princeps; O quanta sonoris
De te fama canit nuncia vera tubis
Omnia nam vincit forti molimine tandem, tubis
Alta quæ virtute inclyta mente sedet.
Esseque perfectum, quidquid tua dextera præstat;
Ostendit patritio stemmate sphæra triplex.

DISTICON.
Eiusdem.

QVID triplex præfert Orbis moderamine terno?
Non aliud, triplex ni diadema comis.

Em. ac RR. Principi Fuluio S. R. E. Card. Astallio.
Præstantissimo hac in Vrbe de latere legato
Et Parenti Amantissimo
A *Sua non minus legatione, quam nostra felicitate perfuncto.*
Ob eximium in nos præ cæteris amorem
Priuatis, publicisque beneficijs
In Vniuersos æque, ac singulos perfusum
Obfirmata præcipue, atque aucta
Rotæ Collegialis Priuilegia
Hoc grati animi monumentum
Nam tam ipsi quàm Iustitiæ, Prudentiæ, & Beneficentię
Virtutis nomen, Principis memoriam
Isto marmore
Sed magis in Corde æternaturi
Vrbinates canebamus.
Anno Salutis 1697.

Em. ac RR. Principi

Fuluio Astallio Cardinali Amplissimo
Ob res in legatione
Consilijs, & ordinationibus gestas
Magistratui auctoritatem, & Prouentus
Rei litterariæ, exemptiones, & munera
Plebi affluentiam & Annonam
Difficillimo tempore
Prouide, clementer, & feliciter auctas
S: P: Pos.
Curantibus Constantio Arduino
Et Marc'Antonio de Gozzi.
Patritijs M.D.CXCVII.

43. *Quis est iste, qui venit de Edom tinctis vestibus de Bosra? iste formosus in stola sua, gradiens in multitudine fortitudinis suæ. Ego qui loquor iustitiam, & propugnator sum ad saluandum.* 63. Isaiæ 1.

D 

MArcus Gallius Nouocomensis Francisci Ducis Aluiti filius, consanguinitate, affinitate proximus totius Italiæ nobilitati, agnatus Ptolomæi Gallij, vulgo Cardinalis Comensis sub Pio IV., qui ad Virgines elocandas cētum Coronatorum millia sub censu Comensibus tradidit: illustrior verò ob animi dotes ac Iurisprudentiæ studium, quibus in curia refulgens Romana, Marchiæ præfuit Anconitanæ, ab Alex. VII. præpositus, inde Coloniam Agrippinam Nuntius Apostolicus: Romæ, sedente Innocentio

centio X. Vicem gerens,& a consilijs SS. inquisitionis, Episcopus Ariminensis, in quibus cum plene, & abunde officio satisfecisset, iterum Nuntius Apo. Neapolim missus omnem mouit lapidem, vt rem promoueret Ecclesiæ Romanę. In quo defecerit ? ignoro. Notum tamen; quod a Clem. X. reuocatus & ad custodiam remissus gregis Ariminensis, vbi vigilantia verè pastorali, Anno præcipue Sal. 1672. cum terræmotu concussa ciuitas, populum suum concionibus, precibus, alimonia, auro fulciuit, pauit, & inter rudera, atquè ædificiorum labentium cæmenta, corpora semiuiua suis manibus redemit, publicis supplicationibus, nudo pede Deum placauit iratum. Hinc ab Innocentio XI. Cardinalium promotione prima facta die 1. Septembris 1681. vt nomine tanti Præsulis purpuram decorarer inter Presbyteros Cardinales assumptus est. S. .... tribus donatus Abbatijs in agro Mediolanensi, testes virtutis ab Innocentio productæ Sāctissimo qui Romā cum ascendisset, accepto pileo Ariminum rediit vitam ducens pietate ac religione conspicuam. In Chrismatis namque administratione, dum caleret, & medio sol staret latissimus Orbe, epilepsia petitus cura medicorum restitutus, Romam iterum euocatus, vt Bononiæ Legatus prę esset, dum vasa colligit, apoplexia forti obrutus obiit, vt vixit, pius religiosus, iustus, testamento condito, in quo fere centum Coronatorum millia legauit Congregationi *de Propaganda*, vt Euangelium propagaret , propugnaret viuus & mortuus. Die obiit 24. Iulij 1683. sarcophago ligneo exceptus temporario: sub inscriptione *Il Cardinale Gallio*. Sic in regimine eum à iustitia numquam aberrasset, seueritas dictus: in agenda Republica quia cautum, accusauere politicum: in priuatis negotiis quia officiosum, insimulauere callidum & curialem: cũ re vera animo harmoniam seruaret modestiæ, candoris, puritatis, pietatis, iustitiæ. Literis sufficienter instructus, seipso maiorem exhibuit beneficijs pręcipue erga amicos; Inimicos namq. & obtrectatores difficillime sustinebat. Eius virtus fulgebat etiam in nubibus.

44. *Erat autem huiuscemodi visus: Oniam virum bonum, & benignum, verecundum visu, modestum moribus, & eloquio decorum; & qui à puero in virtutibus exercitatus sit.* 2. Machab. 15. n. 12.



VRbanus Saccherus Florentinus, natus die 15. Maij. Sal. Anno 1640. dicunt alij die 12. Maij, studijs incubuit a iuuentute, vnde nulli scientiarum ignotus, historia præcipue delectatur sacra & prophana, ex qua genealogias & arcana Principum & genealogias optime callens, magister seder & docens, in Cōgregationibus attentè auditur, & plausu excipitur. Sedente Alex. VII. R. P. Prælatus domesticus, inde Clericus Cameræ Apostolicæ, postea Auditor Generalis bene audiit etiam apud Innocentium XI.

à quo die 1. Septembris 1681. Diaconus assumptus Cardinalis *S. Mariæ in Via lata*; postea Presb. Car. tit. *S. Bernardi*, & ab eodem Innoc. XI. Episcopus dictus Viterbiensis, Apoplexia bis correptus infulas renuntiauit pensione Scutatorum annua duorum Milium, quorum mille in nepotem etiam trasmitterentur. Congregationibus adstat sacræ Consultæ: Episcoporum & Regular. Rituum: Propagandæ: Viarum &c. Rebus superis, ac vitæ futuræ totus intentus Eleemosinarius, pius, moribus placidus, enuit omnibus sine querela. Comitiis adfuit Innoc: vi-XII. & Clementis XI. in quibus valetudine minime
A constans, inter Candidatos non recurrit; cum virtus aliàs pro ipso suffragaretur.

45. *Rex qui iudicat in veritate pauperi: thronus eius in æternum firmabitur.*

29. Prouer. 12.



FRanciscus Maria Medices Florentiæ nascitur die XI. Nouemb. 1660. ex Cosmo IV. Duce Hetruriæ secundo genitus à puero pietate imbutus ac religione nomen dedit Ecclesię, vnde genitore intercedente Diaconus Cardinalis assumitur *S. Mariæ in Dominica*, ab Innocentio XI. die 2. Septembris 1686. inde Congregationibus adscribitur Tridentini Concilij, S. Officii; Propagandæ; Rituum; Signaturæ Gratiæ; Hispaniarum, ac Germaniæ Protector comitiis adfuit creandi Pontificis Alex. VIII. Innoc. XII. Clem. XI. Senarsi Præfectus a patre constitutus, graui iustitiæ exemplo subditos dirigit; literatorum amator, libentissime Academicos audit, admittit nec indonatos remittit eum dedicatoriis accedentes: Clemens, benignus, misericors
C paùperes patienter auscultat, auro iuuat larga manu, Religiosos mendicantes eleemosinis frequentat. Nuptijs adfuit Rainaldi Estensis Mutinæ Ducis, olim Cardinalis S. R. E. ea pompa, qua interuenire solent magni Reges. Venatione oblectatur etiam causa salutis; pinguedine namque laborat, Mascula deficiente prole M. Principi fratri suo, quæ gentem germinet Mediceam, & principatum regat Hetruriæ. Hinc spectatur, vt suscitare valeat semen patrum suorum. Votis Deus faueat ad pacem Italiæ, ad gloriam stemmatis Medicei.

De eo lege dedicatoriam *To. 1. Decisionum Rotæ Romanæ*, Venetijs editam à Paulo Balleonio 1655.
D *De Anno & Epochis Syro Macedonum* dicauit ei F. Henricus de Noris nunc Cardinalis S. R. E. Opera Dionisii Petauii Liburni edita, Sal. Anno 1700. dicauit Donatus Donati.

46. *Eiecit Dominus Adam de paradiso voluptatis, & collocauit ante paradisum Cherubim, & flammeum gladium atq. versatilem, ad custodiendam viam ligni vitę.* 3. Genes.




BEnedictus Pamphilius Romę natus die 25. Aprilis. Sal. Anno *1653.* artibus instructus liberalibus, laurea ornatus Iurisprudentiæ, Poesi etiam delectatur præcipue sacra & pudica quæ communi adstantium plausu, canitur in Oratoriis Romanis. Ecclesiæ nomen dedit, & post varia subsellia laudabiliter administrata Diaconus Card. assumitur *S. Mariæ in Via lata*, ab Innocentio XI. R. P. sub quo, post Io: Franciscum Nigronum, Bononię Legatus præfuit, populo ac Magnatibus ęquè gratus, Magistratuum custos, Iustitię interpres, (vt ex epigraphe Angeli Paradisum custodientis ei apposita) ac priuilegiorū ciuitatis Zelantissimus tutor, benignus, liberalis, patiens in auscultãdo populorum grauamina, ac compatiendo misericors, apud omnes bene audiit. Suo aduentu cum verba faceret ad populum, duo sibi odiosa prohibuit, *Violentiam* & *Latrocinia*; otium sperans futurum inter subditos, si Magnates vim minoribus non inferrent: & plebs latrociniis abstineret. Hæc autem cum furari præsumatur birronibus conniuentibus, & de rapina participantibus; patratis latrocinijs, & latronibus non detectis, lictores ipsos damnabat, constrigebatq. dominis damnum refundere pecunię surreptæ. Magnificus, liberalis, eleemosinarius pauperes, virgines numquam dimisit vacuos; Viros nobiles, vel Principes Bononia pertranseuntes hospitio etiam inuitos recepit: ciues hastiludiis, equitatu, equisonibus, ære suo conductis erudiri voluit; nationes conterminas officiosè rependens, omnes amicas subijt. Legatione absoluta, cum ageretur de erigendo pauperum Xenodochio, duo millia Coronatorum contulit ab ærario publico sibi numeranda, pro suę legationis ministerio. Bononiensium priuilegijs ampliandis intentus, Apostolicæ Sedis eodem tempore iura intacta custodiens, eo incessit tramite, vt recto pergens ad dexteram numquàm declinaret vel ad sinistrã. Romæ restitutus arcana rimauit Ecclesię in Congregationibus Concilij Tridentini; Rerum Consistorialium, Episcoporum & Regularium; Fabricæ S. Petri; Indicis Librorum Prohib. Propagandæ; Rituum; Signaturæ Gratiæ; Anno sæculari 1700. tanquam Archipresbyter S. Io: Lateranensis (ad quem translatus fuerat ex Archipresb. S. M. Maioris) Portã sanctam aperuit in eadem Ecclesia. Excauationi præfuit portus Ancij, quem nauigationis & negotiationis intuitu nouiter aperuit Innoc. XI. Protector Archicõfraternitatis Crucifixi in Ecclesia S. Marcelli pluribus collatis eleemosinis duo milla adiecit Coronatorum, vt Anno Iubilæi, expensas peregrinorum sustinerent confratres, Protector etiam Collegij Clementini tamquam postremum germen gentis Aldobrandinæ, à quà nobile illud Collegium ortum habuit & incrementũm, repetitis largitionibus excitat, & conseruat. Post obitum Innocentij XI. Pamphilius comitiis adfuit Clementis XI.

De eo lege epistolam dedicatoriam libri, Card. Albicij, cui titulus *De Inconstantia in iudicijs*; typis Iosephi San Germani Corui Romæ. Paulum Castelli in ep. dedicatoria libri, cui titulus *Il Giorno Pasquale*, Venetiis typis dati Sal. Anno 1700.

A


47. *Semen autem Iustorum saluabitur.* 11. Prouer. 21.



RAynaldus Estensis Mutinę natus die 25. Sal. An. 1655. Diaconus Card. *S. Mariæ de Scala*; Sacris minime initiatus, cum Estensis familia stirpe deficeret virili, vt eam propagatione repararet, deposita purpura, die 21. Martij *1695.* coniugem duxit e Principibus Hannouer, cognatam viuentis Romanorum Regis, celebratisq. nuptijs pompa verè regali, cum qua liberis procreatis, familiam instaurauit: quod adeo gratum Deo, vt cognatam, fratris scilicet defuncti coniugem frater ducere teneretur superstes in lege Moysis: propterea nuptias Raynaldi benedicente Deo, solus ex Principibus Italis, mascula prole gaudet.

B

48. *Quæ mihi fuerunt lucra, hæc arbitratus sum propter Christum detrimenta* 3. ad Philip.




C

VErissimus de Alencastro natu Lusitanus, Archiepiscopus Bracarensis, Lusitanię Primas, fama pietatis notus ab Inno. XI. R. P. Cardinalis assumitur S. R. E. die 2. Septemb. *1686.* Romam cum nunquam venerit, titulum non habuit, nec pileum, Regnum meditando cœleste sepultus iacuit in Cathedrali Olysipponensi die 12. Septemb. *1692.* nænias soluente populo vnà cum Rege, lacrymis flente patrem amissum.

D

49. *Labium veritatis firmum erit in perpetuum.* 12. Prou. 19.



HOratius Matthæius patritius Romanus Ducis Ludouici filius, & Laurę Frangipanę vel Frangipanis, vtroq. latere, sago & purpura illustris, cuius clara natalia & verè Romana retexere vales ex his, quæ dedimus in vita *Hieronymi Matheij* sub Sisto V. &


Ga-

Gaspari Mathei Card. S. R. E. sub Vrbano VIII. die nascitur 15. Martii Sal. An. 1622. Studia quæsiuit sub disciplina Societatis Iesus, quibus mores exornauit, vt Eques verè Christianus appareret in conspectu Principum, & Ecclesiæ. Sedente Innocentio X. R. P. Ordini adscriptus Ecclesiastico, Oruieto præfuit & Camerino, inde populorum plausu Romam restitutus, & à Pontifice cum elogio inter Signaturæ suffragatores adscriptus, iustitiæ sectator gratiam meruit Clementis X. cognati sui, à quo, procurante Cardinali *Palatio Palutio*, nepote adoptiuo eiusdem Clementis, Prolegatus vel Episcopus assumptus Aueniomensis, postea Rotæ A Auditor Romanæ quamuis in Rota nunquam aberrauit ab æquitate; propterea ab eodem Clemente Palatio præpositus Apostolico, & Cardinalis designatus, in obitu Pontificis, pallescere visa est Matthæii purpura, quasi granum synapis, quod cadens non in petrosam, sed fertilem consurrexit cum Innocentio XI. R. P. cuius pariter Maior domus, morum puritate Innocentio non dissimilis Cardinalis tandem assumitur in promotione Purpuratorum secunda, die 2. Septemb. Sal. An. 1686. *tit. S. Laurentij in pane & perna*. Menses quinque non expleuit purpuræ, sed Romæ obiit die 18. Ianuarii Sal. Anno 1687. Romæ sepultus in ecclesia S. Fran- B cisci a Ripa, apud Patres Obseruantiæ Reformatos, in sacello gentilitio Matheiæ gentis, cum sequenti epitaphio.

D. O. M.

Horatius Matthæius tit. S Laur. in pane & perna die secunda Sept. M.DC.LXXXVI.

50. *Venit in me spiritus sapientiæ, & præposui illam regnis, & Sedibus; & diuitias nihil esse duxi in comparatione illius.* 7. Sap. 7.




IO: Gualterius Renati Slusii filius atq. Catherinæ Gualteriæ, Vegesati natus, vbi & genitores (Oppidum hoc Belgii, in finibus Eburonum ad Mosam, medium inter Leodium & Traiectum) claros natales doctrina illustrauit ac Religione. Paria cum se debere profiteretur patri ac matri, vtriusq. cognomen paternum atq. maternum suo nomine clausit, propterea *Io: Gualterius Slusius* appellatus. A D secretis Breuium assumptus ab Innocentio XI. inde Auditor Cameræ Apostolicæ, hisce in muneribus iustitia, libertate, literis Pontificem sibi conciliauit, vt ab eodem Innocentio XI. die 2. Septemb. 1686. Cardinalis assumeretur, omnibus fere adscriptus Congregationibus Romanis, quarum vigiliis obrutus fato cessit, Nonis Iulij. 1687. Romæ sepultus in ecclesia S. Mariæ de Anima, cum sequenti epitaphio.

D. O. M.

Ioanni Gualterio Slusio Leodiensi
S. R. E. Diacono Cardinali
Animi atque ingenij dotibus cumulatissimo,
Moribus, sapientia, pietate præstantissimo,
Largitate in egenos, beneficentia in omnes effusissimo:
Cuius Doctrinæ, instructissima Bibliotheca
Prudentiæ, difficillima Munia
Meritorum, Eminentissima Dignitas
Pene impar argumentum;
Studium verò, commune Bonum
Purpura, commune gaudium
Obitus, commune detrimentum
Prope supra fidem & exemplum
Extitere.
Vixit annos LIX. Menses V. Dies XXIV.
Obijt A. Æ C. MDCLXXXVII. Nonis Iulij.
Fratri amantissimo monumentum
P. C.
Petrus Aloysius Slusius S.R.I. liber Baro, Dominus Debibain
Hebronual Serenissimo Principi Electori Colonien.
Principi Leodien. à Consilio.

51. *Laborantem agricolam oportet primum de fructibus percipere.* 2. ad Timotheum. 2. n. 6.



IO: Franciscus Ginettus Veliternus patria, Ioannis filius ex Laurentia Toruzzia nobili Veliternæ die natus 12. Decemb. 1626. in ecclesia renascitur S. Mariæ de Triuio. Impubes Romam venit communem patriam sub cura patrui Martij Ginetti S. R. E. Cardinalis, in qua cum vi- C gilantibus non dormientibus iura subueniant, officio, industria laboriosa quidem gradus scandit honoris, Referendarius primo vtriusq. Signaturæ, inde Clericus Cameræ Apostolicæ eiusdemq. postea generalis Thesaurarius, in quibus cum inculpabiliter Rempublicam gessisset ab Innocentio XI. die 1. Septemb. 1681. Diaconus Cardinalis dicitur *S. Nicolai in carcere Tulliano*, postea in Piceno, Archiepiscopus Firmi, per Annos decem pastor vigilantissimus gregem instruxit verbo & exemplo. Comitijs cum adfuisset Alex. VIII. & Innocentij XII. vitam posuit die 18. Septemb. 1691. Romæ sepultus in ecclesia S. Andreæ de Valle in sacello gentilitio, D cum patribus quiescit sub muto lapide.

Epitaphium

Non incisum

Io: Franc. Ginettus D. C. S. R. E.
S. Nicolai in Carcere Tulliano
iam iudicatus
Viuorum & Mortuorum expectat iudicium

52. Vita

52. *Virtus sua iustitia initium est.* 12. Sap. 16.



GAlpar de Caualleriijs Romę natus die 22. Septemb. 1648. ex Æmilio Caualllerio, & Clelia Sannesia Romana Sannesij Ducis filia, Romæ adoleuit in Collegio Romano, in quo coram Purpuratis cum thæses laudabiliter Philosophicas propugnasset, studio incubuit legali, cuius lauream adeptus, A tesseram sumpsit ecclesiasticam, Clericus dictus Cameræ Apostolicæ, publica munera subiens & iustitia custodiens, semper cum plausu; hinc ab Innocentio XI. R. P. die 2. Septemb. 1686. Diaconus Card. assumptus *S. Angeli in foro piscium*, postea *S. Mariæ in Aquiro*, atq. Archiepiscopus Capuanus, dum Romæ vestigia prosequitur Euangelica, fato raptus ibidem sepelitur in ecclesia S. Mariæ in Ara Cęli, in sacello gentilitio Patruum suorum, absquè epitaphio.

53. *Negotiam plenum vigiliarum, sudoris assumpsimus*, 2. Machab. 2. n. 16. B



GEns Brancatia, pars magna Reipublicæ Neapolitanæ, cum legi seruiret non Regi, ducatum tenuit in Ægęo Mari, donec irruente Turca ingemuit Græcia sub vinculo barbaro. Plures cum emisisset Colonias: ex Buro Brancatio viro Consulari (qui Anno Sal. 1019. Annonæ præfuit, cum caritate Respublica premeretur) originem traxere, qui in vtraq. Sicilia arma tractarunt Sacacius, Alexan- C der, Thomas, Antonellus Brancatij. Sub Rege Ladislao Paulus Brancatius Nocerę Comes; sub Ferrante II. Marinus Brancatius Noiæ Comes, castrorum Pręfecti Generales; Philippus Brancatius Campaniæ Comes, armorum Generalis S. R. E. Saeculo decimo sexto Lelius Brancatius Marchio Montis Siluani, castrorum præfectus Generalis apud Flandros, & Generalis apud Ligures: Tiberius Brancatius equitatus Hispani Generalis, castrorum præfectus Generalis in Cataluniis. Fr. Ioannes Baptista Prior Ordinis Melitensis, Rinelli Marchio, tormentorum pręfectus Generalis in re- D gno Neapolitano. Fr. Prior Io: Baptista Melitensium triremium Generalis, qui in bello Peloponesiaco aduersus Turcas vnà cum Venetis insulam expugnauit S. Mauræ, Fr. Ioseph tormentorum Generalis Præfectus in agro Mediolanensi, qui aduersus Gallos Papiam propugnauit.

Ex Bussillo Brancatio Agnani Comite, armorum Generali S.R.E. originem traxere, qui in Gallia per quatuor sæcula Duces, Pares Franciæ, Marchiones Grauillęi, Magni Campi, Maubecii, insulæ della Fertè, & Beaubceii, Martio puluere fulgent.

In Regno Neapolitano vltra Russaoi Principatum, Ducatum Castri Noui ac Lustræ, Gandulfi & Castellaciæ, Marchionatum tenent Montis Siluani, & Comitatum, vbi auorum imagines elogiis, epitaphiis, inscriptionibus posteros excitant ad virtutem & gloriam sago, togaq. quærendam. Supra namq. centum Episcopos & Archiepiscopos ex gente Brancatia regnum numerat Parthenopæum, præter eos, qui in Gallia vel in Italia sedes tenuere Ecclesiasticas.

A Tantis Atauis fultus exurgit *Stephanus Brancatius* Caroli Brancatii filius ex Mariana Oloria Pisana die.....Sal. Anno 1618. gentis Brancaciæ *purpuratus* S.R.E. Octauus.

Landulphum namq. Brancatium S. R. E. Cardinalem tit. S. Angeli creauit S. Cælestinus V.

Raynaldum. Brancatium S. R. E. Cardinalem tit. S.........creauit Vrbanus VI.

Marinellum Brancatium Cardinalem creauit Vrbanus VI.

Nicolaum Brancatium Card. tit. S. Marci, Archiep. Consentinum Clemens VII. Antip.

Ludouicum Brancatium Card. tit. S. Sixti. Grego- B rius XII.

Thomam Brancatium nepotem Sororium Io: XXII. Cardinalem creauit idem Io: XXII.

Franciscum Mariam Brancatium Cardinalem creauit Vrbanus VIII.

Stephanum Brancatium Francisci nepotem Cardinalem creauit Innocentius XI.

Romam ascendit Stephanus viuente patruo, quo promouente, Perusio pręfuit aliisq. ciuitatibus imperii Ecclesiastici: inde Melitam Inquisitor designatus sedente Innocentio X. R. P. dum Neapolim nauem scandit, audita morte Põtificis, Romam redit ab Alex. VII. nouo Pontifice Nuntius Apo: di- C ctus ad M. Hetruriæ Ducem, indè ob rem bene gestam, ad Venetam descendit Rempublicam, ibiq. feliciter legatione absoluta, Romam reuocatus, a secretis adfuit Congregat: Tridentini Concilii, in qua fidelis ac prudentis ministri opinione parata, Annos vltra quaterdenos cum laudabiliter absoluisset, ad purpuram suis sudoribus partam euocatus ab Innocentio XI. die. 1. Septemb. 1681. tit. *S. Mariæ de Pace.* Episcopus Viterbiensis & Tuscan. dum gregi promouendo totus intentus diœcesim lustrat, vitam ponit memoria dignè recolendam, die 8. Septemb. 1688. in noua Cathedrali S. Laurentii Viterbiensi sepultus, quam ipse marmore, D suppellectile exornabat; cum sequenti epitaphio.

D. O. M.

Stephani Brancacij Neapolitani.
In Apostolica sedis obsequium
Variis muneribus annos vltra quaterdenos Perfuncti:
Francisci maria Cardinalis Brancatij
Viterbien: & Tuscanen: Episcopi

Ex

Ex fratre nepotis,
In vtraque cathedra successoris.
Cuius animi magnitudinem, prudentiam, lenitatem
Fama testatur.
Huius Basilica, ipsius munificentia
Nitidiorem in formam translatę,
Sacrario pretiosa supellectile ditato
Optime meriti.
Ab Innocentio XI. P. O. M. purpura decorati,
Postmodum Solis cursu vix exacto
Spe Mundi delusa
E' viuis erepti VI. Idus Septembris
A' partu Virginis Anno MDCLXXXII.
Ab eius natali LXIV.
Anima Cælum possidet,
Cineres hic Vrna conduntur.

De familia Brancaccia lege Altimarem tomo. 3. *De familia Carrafa*. Mazzellam *De Nobilitate Neapol.* Filomundum *De Viris Illustrib. Neapol.* Strozium Ora-
A tione funebri Card. *Franc. Maria Brancatij*.

Additiones ad Cardinales Innocentij XI.

1. NAscitur Io: Bap. Spinula Card. nunc tit. *S. Cecilię* sub Innoc. XI. die 21. Sepcēbris, Sal. Anno 1615. Madriti dum Comes Pezzuolę eius parens in Hispania degeret, vnde ab Hispaniarum Rege ciuitate Donatus, priuilegia omnia subiit in Romana Dataria, quę indulgeri solent Hispanis.

11 M*Arcellus Duratius* natura etiam repugnante oculatissimus, motu velox, vultu serenus & placidus ob scientiarum cognitionem quas possidet, linguarum peritiam, politiam Principum, nationes omnes sibi conciliat. Moribus inculpatus, laboris impatiens, sortis domitor, officii sui custos vigilantissimus, ac iustitię Zelator acerrimus tentatus iura vendere, donauit. Cum enim eo tempore, quo apud Lusitanos legationem agebat Apostolicam, Romæ suppressis ab Innoc. XI. Vacabilibus, ex quibus Duratius duo millia annuatim exigebat Coronatorum ad alimoniam familię, spoliatus iaceret; animo tamen excelso, septuaginta Scutatorum millia sibi oblata a patre Commendatoris .... vt in illa famosa controuersia Hebręorum, qui Euangelium subierant lauacro tincti Baptismatis, prouide consuleret, reiecit: malens integer & indonatus iustitiam liberaliter exercere, quàm vendere; propterea a Rege gratissimo, iure ciuitatis donatus cum Episcopatu Eboracensi, quo ditiorem Lusitania non habet; quem tamen Duratius cum generose recusasset; Rex vt tanti animi celsitudinem aliquo munere rependeret, extractum e digito adamas pretii octo mille Coronatorum, digito imposuit Legati: quod cum accepisset Pontifex Romanus ad Hispanos legauit, ibiq. stantem, & causam promouentem Christianæ Reipublicæ aduersus Turcas, die. 2. Septemb. 1686. Presb. Card. creauit tit. *S. Prisca*. adiecto Episcopatu Carpenctoratensi. Romam venit, vt creationi adesset noui Pontificis, quē inuenit electum nomine Alex. VIII. à quo Episcopus dictus Ferrariensis possessione abstinuit, ne pensione grauaretur nouem mille Coronatorum. Defuncto Alex. VIII. ab Innoc. XII. Episcopus dicitur Spoletanus, quo (iubente Pontifice) se abdicauit, vt legationem subiret Bononiensem, qua functus Ecclesiam regendam accepit Fauentinam, quam illico Cruce donauit argentea cum sex candelabris, & redditu annuo ducentorum Coronatorum ad vsum Ecclesię. Decima Septemb. 1633. cum natum supra dixerim: alii verò 6. Martii. 1630. referant: vtrumq. adnotatum habeas.

12. M*Arcus Antonius Franc. Barbadicus* patritius Venetus in suo episcopio Semina-
B rium scientiarum erexit, ad instructionem dięcesanę iuuentutis, quorum animas virtutibus promouet, exemplo excitat, præmiis sollicitat Moribus castus; hospitalis de eo dicas cum Apostolo. 1. *ad Titum n. 8. Oportet enim Episcopum sine crimine esse: sicut Dei dispensatorem, non superbum, non iracundum, non vinolentum, non percussorem, non turpis lucri cupidum; sed hospitalem, benignum, sobrium, iustum, Sanctum, continentem, & amplectentem eum, qui secundum Doctrinam est, fidelem sermonem &c.*

C 14. M*Ichael Stephanus Radzieovuski* totus intentus Ecclesijs instaurandis suorū Episcopatuū, suppetijsq. ferendis Regi suo in bello Turcico, non semel vasa argentea Nuntio detulit Apostolico, vt in pecuniam conflarentur.

21 MAximilianus Gādolphus de Kijēburg Grę-cij natus in Styria, vbi publice Magister creatus Philosophiæ, Romæ Theologiam absoluit. Consistorij Salisburgensis Præses Anno 1654. eodem Anno Episcopus assumitur Lauantinus: inde ad Secconiētem translatus Episc. An. 1665. tandē Anno 1668. Archiepiscopus electus Salisburgensis, nocte 16. Iulii. 1669. ingenti mole rupis ca-
D dentis ex monte vrbis Salisburgensis, quæ Seminarium cum ædibus S. Marci, & 13. domos euertit, ducentis hominibus ruina contritis, penè oppressus cum miraculose euasisset, ecclesiam collegiatam in Seekauhem, ac decem Vicariatus nouos erexit, ędificauit ecclesiam in Lunga. Obiit. 3. Maii. 1687.

De eo lege Iosephum Mezegerum Monachum Benedictinum in *Historia Salisburgensi*.

30 S*Tephanus Camusius Ep. Gratianopolitanus* cū propositionibus Cleri Gallicani Parisijs congre-

ne impleantur S. V. cuius pedes beatissimos osculor.

S. V.

Humil. atq. Deuotiss. Seruus & Filius
Michael Angelus Riccius.

Taię porrò, ac Ricij abdicationes quali opinione acceptæ fuerit in Orbis theatro? lege epistolam sequentem *Iuliani Blainansaddi*, Neapoli typis datam super reiectionem Cardinalatus factam per D. D. Taiam, & Riccium.

VT tuæ voluntati ita iubēti obsequar, quibus adducti motiuis D.D. Cardinales Taia, & Riccius Cardinalitiæ dignitati se abdicent, totis viribus disquirere curaui, & quidquid ex scripturis, quæ eorum nomine circumferuntur; alijsque amicorum relationibus eruere potui, totum inuenio trium tantum distinctorum capitum sistere fundamento.

Primum humilitatem respicit: secundum propriæ salutis metum: tertium insufficientiam; in vno quidem aduersæ valetudinis causa; in altero verò & incommoda senectutis. Iubes insuper, me tibi exponere, an causæ adductæ valeant prò legitimis, & sufficientibus haberi? Iudicium hoc vere mea purgatiorem multò cognitionem exposceret, at, cum iam parendi debito me subtrahere nequeam, quid de hoc pro mea tenui cognitione sentiam, liberè effabor.

A primo Capite exordium summendo, nempe humilitatis, quis inficiari poterit eam esse Christianarum virtutum basim, & fundamentum *iuxta dictum D. Hieronymi Epist. ad Calat. lib. de triumpho* & D. Laurentij Iustiniani; *Christiani Agone cap. 2.* nam prout ait primus; *nihil humilitate præstantius, nihil laudabilius, hæc est enim præcipua conseruatrix, & quasi custos quidam virtutum omnium*; & secundus; *solidum uirtutis, & spiritualis ædificij fundamentum est humilitas. Saeuiat mundus, tenet Adrianus, humilitas semper secura est.*

Qui igitur hac virtute insignitur, meritò cęteras quoq. perfectè possidere glorietur, & multum sciat in consilijs sibi à Christo Domino relictis profecisse. Ad dignoscendum verò, an hæc virtus in præsenti casu exerceatur, non pigeat ipsiusmet gradus funditus perscrutari. S. Bernardus *in sent. de vet. humilit.* viam nobis aperiendo septem assignat, ijsq. ennumeratis pro septimo constituit. *Proprium abhorrere consilium, & propriæ voluntatis affectum*; Isti Domini igitur, mihi à recta humilitatis via longè aberrare videntur, quamuis enim hucusq. religiosè reliquos huius tantæ virtutis gradus seruauerint, attamen adeo pertinaciter dignitatem acceptare renuentes, vni ex ipsis precipuo aduersantur, propriam opinionem, consiliumq. vnicè admittendo contra S.S. & Sacri Collegij iudicium, eoq. magis, quod Summus Pontifex eos motu proprio ad talem dignitatem vocat; Quarè cum nostra perfectio consistat in propriæ voluntatis Dei beneplacito humili conformatione, certum est neminem melius illud nobis patefacere posse, quàm qui eius leges tenet in terris, & nunc maximè, cum omnibus apertè constat, quot ad hoc vniuersalis Ecclesiæ orationibus adiutus Spiritus Sancti auxilium inuocauerit. Cum igitur inflexibiles in propria obstinatione permaneant; humilitatis adhuc pallio induta incedet tanta pertinacia, immò potiùs imposterum contumacis resistentiæ nomen merebitur, vt sensit D. Hieronym. *lib. 6. epist. 4.* qui responsionum repugnantiam per Hyeremiam, & alios Prophetas Deo factarum perpendens; primi reiectionem extollit, quæ ad maiorem eiusdem Dei cultum in vita actiua tendebat, subdidit tamen *Et is qui recusat, planè non ressistit, & is, qui mitti voluit ante se per Altaris Calculum purgatum vidit; & ne*
A *aut purgatus adire quispiam audeat & quem superna gratia eligit, sub humilitatis specie superbè non contradicat.* Nos igitur docet Sanctus aliquantulum ressistere, dum Ecclesiasticis muniis vocamur, vt ita aptiores purgatioresq. tanto muneri fiamus, non tamen in recusando fixam voluntatem tenere, ne ita insolentis contradictionis nota signemur. Huic doctrinæ etiam accedit D. Thomas *in quolib. 5. art. 22.* promouens illam quæstionem, laude dignius sit electioni canonicè de se factæ assentiri, an illi se abdicare? quam vnà cum S. Gregorio soluit. *Quia valde difficile est, purgatum se quemlibet posse agnoscere. prælationis Officium tutius declinatur non tamen pertinaciter, cum*
B *ad suscipiendum hoc superna voluntas agnoscitur*; hocq. etiam comprobatur exemplo sanctissimæ M. D. quæ Angelo Gabrieli annunciãti ita humiliter se excusans respondit. *Quomodo fiet istud, quoniam virum non agnosco?* at postea ab ipso roborata, suam Diuinæ subijciendo volontati, prompte, parateq. subdidit? *Ecce Ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum.* ex hisce euidens est, in quo vnice consistat vera humilitas, omniaque extrema semper esse vitiosa.

Timor propriæ salutis, quem pro secundo capite posui multo minus ad eorum propulsionem legitimandam sufficere videtur: nam sub hoc pallio sę-
C pè sępius personale commodum, & amor proprius cooperiuntur, vnde D. Clemens Papa *in epist. ad Iacob.* ait: effugere Ecclesiasticas dignitates timore peccandi, maius illo peccatum esse. *Quia si periculum peccati timens renuis Ecclesiæ gubernacula, certus esto, quia amplius peccas, quàm si populum Dei velut in fluctibus positum, & periclitantem iuuare possis, subterfugis, tui tantummodo habens considerationem, & non quid in commune in omnibus expedit, prouidens.* Certum bonũ metu incerti mali damnationis nostræ prætereundum non est, quinimo sperare debemus;
D Deum, quos vocat ad pondera, viribus etiam munire talibus, quibus illa valeant portare. Deus artifex est industrius, qui scit vnum quemq. in suo exercitio dirigere ad salutem. Dauidem Citharædum tangit, & facit Psaltem; Piscatores vocat, & in Apostolos animas Deo prædantes conuertit. Ariolos obserua & Stella ducit Magos ad Iesum. Quisquis Cęlum mercari potest, & potest quilibet esse Sanctus. Huius veritatis testes sint tot Pontifices Maximi, Imperatores, Reges, S.R.E. Cardinales Episcopi totq. alii, qui non obstante dignitatum eminentia, in quibus positi erant, illis potius tan-

tanquàm gradibus ad viam Cœli scandendam vsi sunt. Nequit igitur hæc causa admitti, imo, vt supradictum est, periculum graue inducit in peccata labendi, probabilemq. timorem incutit, ne Deus iusta ira percitus dicat, vt refert Thomas 22. q. 188. art. 2. *Quemadmodum repulisti me, ne Populi mei Duces, Princeps esses, ita & ego repellam vos, ne sin vobis, in Regem; ac rursus quemadmodum non auditis vocem meam sed inobedientes fuistis, sic erit, cum in vocaueritis me, ego autem non respiciam ad orationem vestram, nec exaudiam* D. Ignatius Loiola huius veritatis soliditatem intelligens, non rarò A dicere solebat, scriptumq. reliquit, se quamuis salutis suæ dubio incertus inhæsisset, nunquam ideo ad proximi auxilium proficua opera relicturum.

Senectutis verò, atq. infirmitatum impedimentum à nobis pro tertio, & postremo capite ennumeratum, quam vis prima facię magnam vim habere videatur, attamen, si necessarijs distinctionibus tritè discutitur nil roboris, & momenti esse apparebit. Negart nemo potest, hoc ab Innoc. III. Pontifice Maximo *cap. nisi cum pridem De renunciat.* pro rationabili causa haberi ad inculpabiliter renunciandum Episcopatui; at mentem suam idem B Pontifex valdè strictè exprimit, vt ex ipsius verbis apparet, dum dicit. *Alia verò causa est debilitas corporis, quæ vel ex infirmitate, vel ex senectute procedit, nec tamen omnis, sed illa solumodo, per quam impotens redditur ad exequendum Officium Pastorale.* Vndè clare dignoscitur, ab illo admitti hoc impedimentum, si tamen incurabili morbo, decrepitæue Senectæ afficeretur, quibus insufficiens, omnino quis reddatur ad curæ munera peragenda. Aduersa valetudine aliquandò laborat corpus quæ mentem non opprimit vt lances, quarum vna dum pondere deijcitur, erigitur statim altera: sic quò magis corpus aliquà infirmitate pręmitur, eo hilarior spiritus vigescit, animiq. virtutes hoc pacto au- C gentur, & perficiuntur iuxtà dictum Apostoli 2. Corinth. 12. *Virtus in infirmitate perficitur. Libenter ego gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Christi.* Si quis igitur ex istis infirmus est, non debet hac de re excusari non acceptando dignitatem, quinimmo maiori alacritate eam acceptare tenetur, secum reuoluens se tali pacto assiduam propriæ fragilitatis memoriam præ occulis habiturum, magnumq. ad benè agendum excitamentum; tantoq. magis augetur motiui nullitas, quò S. R. E. Cardinalis non corporales vires experiri debeat, at Summo Pontifici assistere prudentum, plurimumq. consiliorum adminiculo, D quæ ad Dei gloriam, Ecclesiæ, & subditorum communem vtilitatem referantur.

Quod autem spectat ad senectutem, euidens est, istos duos D. D. sub distinctione ab Innocentio facta non comprehendi; alter enim quamuis sexagenarius sit, alter octuagesimum annum pertingat, attamen cum summa laude in munijs per ipsum peractis hucusque se gesserit, non debet dotes, quas illi Dominus in tali ætate concedit aspernere, gratia abuti graui peccati scrupulo, si laborare in via Domini, recusaret. Prudentiam, sapiẽtiã & in agibilibus dexteritatẽ in quo melius inuenies quàm in sene, qui tãto tẽporis spatio Ecclesiastica negotia tractauit? Quò maior in ætate prouectis canities apparet, eo maior in ipsis consideratur rerum, agendarum experientia, teste Clemente Alexandrino 3. Pedag. *Canities est multa experientia, & in consilijs futuræ prudentiæ flos.* Christus Dominus, quanto præeligendi sint senes in dignitatibus distribuendis apertissimè ostendit, nosq. docuit, cum Ecclesiæ nascentis Regimen, non dilecto Ioanni sed cano Petro reliquit. In Historijs quoq. prophanis compertum, & aliquando senes, quamuis cadentes, vi compulsos fuisse ad gubernia recipienda, vt euenisse Vambæ tradit Mariana *de rebus Hisp. lib. 6. cap. 12.* quem cum Rex electus fuisset, tantumq. pondus labentis ætatis suæ causa ferre recusaret, quidam ex magnatibus districto gladio minatus aut Regnum subiret, aut mortem, exclamans. *An vnus totius gentis voluntati repugnabis, tuæq. tranquillitati communem omnium salutem posthabebis? paucos, qui supersunt tibi, annos, quos negas Reip. ipso gladio meo eripiam in posteritatis exemplum.* Leuis ergo excusatio, sicut & cæterę, pro nihilo reputanda.

Ex hic vsq. discussis duo insurgunt maximè animaduertenda; primum est iudicium aptitudinis ad Cardinalatum iuditio, & arbitrio Summi Pontificis remittendum esse, vt sapientissimè admonuit B. Pius V. in Breui expedito sub die 8. Mensis Maij 1568. Hieronymo Sochero Ordinis Cisterciensium ministro Generali, qui eodem innixus fundamento tali electioni se factæ ressistebat: dicens. *De te verò, quæ in eo esse debent, qui ad hoc munus assumitur, laudamus quidem istam tuam humilitatem, sed non est tuum ei muneri idoneus an sis iudicare, nostię acquiescere iudicio debes, & ita iudicare, per ministerium nostrum te a Deo vocatum fuisse, quandoquidem te nec opinantem in curarum, & sollicitudinis nostræ partem non sine diligenti deliberatione assumpsimus ad seruiendum nobis, cum Dei honore, & sanctam eius Ecclesiam tam graui, & turbulento tempore regendam.*

Secundum aliqua vrgentia motiua respicit, quibus maxime coueniens, immo necessarium esset hoc tempori Cardinalatum acceptare, atq. à pertinaci deliberatione recedere ad soluendos rumores & scandala quæ (si huc vsq. facta non sunt) in populo alijsq. ex tali repugnantia oriri possent.

In hac enim dura ressistentia latere potest aliqualis superbia, quasi ostentare vellit singulare aliquod & grande virtutis opus ad æternum nomen sibi apud Posteros comparandum.

Secundoquòd, Hæretici, qui ex execrabili suo instituto exprobrationes semper in Cardinalitiam dignitatem euomunt, firmius audaciæ suæ hærentes, exclamabunt exemplo probæ vitæ hominum sacram purpuram recusantium, eam, esse gradum damnationis æternæ.

Postremo vniuersali cõsideratione dignũ est, ipsos postquàm D. N. quinque annorum curriculo maturè


Poste-

Cardinalium creationem perpendit, totq. orationibus pro complemento, Sancti Spiritus assistentiam poposcit; eos prò nihilo habere has circũstantias, quę alias grauiorem immo grauissimam reddunt eorum reluctantiam.

Hæc sunt, quę pro viribus expono: Tu, qui prę cunctis doctrina, mentisq. acumine fulges, dignaberis quot quot in huius sermonis lectione occurrent, errores corrigere, supplere; dum pro coronide te corde deosculor. Vale. Romæ 7. Kal. Septembris 1681.

Ex sincera porro non fucata humilitate vtrumq. purpura abstinere Cardinalitia tentasse *Taiam* & *Riccium*, ostendit Dominus ad Superos euocando, & clamantes exaudiendo, *Cupio dissolui, & esse cum Christo*. Riccius enim die 12. Martij 1682. Taia vero die 5. Octobris, eiusdem Anni 1682. pio, religioso, exemplari obitu spiritum emiserunt.


40. *Os meum loquetur sapientiam: & meditatio cordis mei prudentiam*.
48. Psal. 4.



Dominicus Maria Cursius Ioannis Senatoris ac Gaetani Marchionis in regno Neapolitano filius ex ...... Saluiati Antonii Marchionis Saluiati filia, nepos Laurentii Corsi Prælati domestici, Florentiæ nascitur die 18. Aprilis Sal. Anno 1635. vbi etiam adoleuit artibus enutritus Mauortijs & liberalibus. Verum cum inter auorum fastos, *Andream Corsinum* agnatum suum recogitaret, prototypum assumpsit vitæ futuræ, quam nobilem potius ex virtute ducens, quàm ex sanguine, vt eam in Orbis theatro quæreret; patriæ, familiæ, amicis subductus Romam venit, vbi non in geniali conuersatione, non in gynecęo etiam honesto, non in comessationibus, & hastiludijs, sed in Oratorijs cum Missionariis, in Vniuersitatibus, & Accademiis pro sacrarum legum cognitione, ea fruge vt ab Accademicis *Splendor* acclamaretur *Vniuersitatis*, & *decor Curię*. Hinc fama virtutis aures pulsante Summi Pontificis, ab eodem præfectus Signaturæ Gratiæ, atq. Iustitiæ, Protonotarius ex numero Participantium, Vrbinum Prolegatus abiit. Fugientem cum sequerentur honores; Romæ in Congregationibus Consiliarius adfuit, Populos in Vmbria Prolegatus gubernauit, vrbem Firmanam rexit, vbiq. plaudente populo; vnde Romam restitutus lauro coronatus iustitiæ, religionis, pietatis, Clericus dicitur Cameræ Apostolicæ, inde Commissarius Generalis in castris, Auditor Cameræ Apo. Visitator delegatus in patrimonio S. Petri non tam aduersùs populos contumaces, quàm rapaces gubernatores diu noctuq. vigil & insomnis bonum publicum semper quæsiuit. Tales cum quæreret Innocentia Summi Sacerdotis, in secunda Cardinalium promotione facta die 2. Septembris 1686. Diaconum Card. dixit atq. de latere in Æmiliam legauit, vt prouinciam consolaretur languentem. Eò cum venisset, Carceratorum protinus relegit processus, excitataq. defensione reorum, neminem perire voluit, nisi & pereuntis interesset. Pauperum tutela suscepta, magnates honorauit, vt inopem non spernerent tumidi. Muneribus certans erga diuites, eleemosina pauperes, humanitate mediocres, in auscultando litigantium querelas, primatum semper indulsit potentibus sine tamen temporis ac iustitiæ præiudicio aurem namq. postquam fortiori præbuisset, ambas miseris inclinabat. Ariminensi vacante Episcopatu, Æmiliæ populi Romanum prænsauere Pontificem pro Legato; vt in ea vrbe, quam Cursius *dilectam suam* appellabat; & ipsi haberent in pastorem suum. Tantis postulationibus Innocentius dissentire non audens, concessit etiam vt ibidem consecraretur Cursius. Solemnitatem celebri pompa, ac populi lætitia persoluit, magnifico Ecclesiæ Episcopiiq. apparatu, lauto conuiuio toti Clero, ac Nobilibus exhibito, vltra panem & vinum pauperibus abundantissime distributum, Capitulo Canonicorum omnibus officiis excepto; humanitate non minori erga Magistratus persoluta; beneuolentia æquali erga Nobiles extraneos, qui ex tota Prouincia ac vicinioribus conuenerant. Inde in subsidium gregis conuersus, etiam ex remotis regionibus operarios conduxit in vineam Domini, adscriptas in abecedario familias nobilium egestate laborantium, cladestinis largitionibus leuauit. Deum publicis supplicationibus fatigando, nudo pede cum Venerabili sacramento ad manus, Vrbem circuiuit: Deiparæ Societatem instituit: Nosocomium olim languentium sepulchrum in Regiam ampliauit, in qua hospitari valeant Principes ipsi, productis contignationibus & officinis, assignatisq. redditibus in alimoniam infirmorum. Seminarium insuper extruxit ad instruendam iuuentutem, regulis designatis pro directione Conuictorum; atq. reparatione Ecclesiasticæ disciplinæ. Plures coegit Synodos, in quibus paterno sermone Clerum suum ad Canonum obseruantiam excitatum, cum lacrymis consolationis semper dimisit, Moniales Columbæ Ariminensi non dissimiles procurauit. Congregationes instituit, ipseq. frequentauit, in quibus Parochi cum Clero pro morum directione colloquia repeterent hebdomadaria, totius ciuitatis plausu, quæ Pastorem suum eum amore & timore venerabatur. Gemino adsuit Conclaui Alexandri VIII. & Innocentij XII. ad titulum inde translatus Presbyteralem *S. Petri in monte Aureo*, & Congregationibus Romanis adscriptus Sacræ Consultæ, Fabricæ S. Petri, ac Fidei propagandæ; quo sedente, die sexta Nouembris 1697. spiritum Deo reddidit immortalem, hora 18. Morbo tentatus lethali sacramenta anxiè quęsiuit, & sacerdoti Sacrum deferenti Viaticum, surgens de puluinari in quo cubabat, humilis oscula fixit in pedibus, letho lætus occurrens, quasi gestiens prę lætitia, diem renouans exaltationis suæ. Eius in funere ab Ariminensibus cele-

celebrato die 9. Nouembris; perorauit Io: Matthæus Gentilinus Archipresbyter S. Viti; Humum ſubiit in Cathedrali Ariminenſi, condito teſtamento, in quo mille Coronatos legauit pro elocandis 60. puellis, Romæ 20. Florentiæ 20. Animini 20. Abacum argenteum legauit Clericis Theatinis Florentiæ, adornatum Venerabilis Sacramenti. Mobilia exponantur ſub haſta, pecunia fænori data, cuius fructus annuatim inſeruiant in alimoniam Prælati familiæ ſuæ, ad perpetuam memoriam.

41. *Quomodo facta eſt meretrix ciuitas fidelis plena iudicij? Iuſtitia habitauit in ea, nunc autem homicidæ.* 1. Iſaiæ 21.



IO: Franc. Nigronus Lygur Io: Baptiſtæ filius ex Placidia Gentili, auum ſortitus & fratrem Lygurum Duces, die naſcitur 3. Octob. 1629. Peruſij Iuriſprudentiæ incubuit, vbi lauream adeptus tormẽtis Mauortijs præ lætitia, geſtiente Vrbe, Romam venit plurium vrbium donatus regimine, Inquiſitor contra viarum graſſatores in agro Aſculano, Vtriuſq. Signaturæ Referendarius, Protonotarius Apoſtolicus ex numero Participantium, Clericus Cameræ, Theſaurarius, inde S.R.E. Diaconus Card. *S. Cæſarei* aſſumptus ab Innocentio XI. die 2. Septemb. 1686. ad titulum poſtea tranſlatus Presbyteralem *S. Mariæ in Ara Cæli*, Bononiam Legatus ab eodem Innocentio XI. nepotes ſuſcepit Alex. VIII. R. P. Venetijs Romam aſcendentes. Iuſtitiæ Zelantiſſimus in ſuo regimine, vt ſecure regnaret, inter Nobiles & Plebem diſcordiã immiſiſſe inſimulatur, quà ciuitas ad nihilum pene redacta. Calumnia hæc eorum, qui ere grauati alieno, viduarum, pupillorum, artificum bona occupabant; quos debita ſoluere, vel patria ſecedere conſtrinxit Legatus. Plebs ei deuota ob panis & vini abundan-
C tiam, quam ei procurauit ad ſaturitatem, plaudebat, & in eius exaltationem geſtiebat, repreſſis Magnatibus, qui in domo ſua pauperibus iura dabant, vel tyrannidem exercebant, pluribus eorum exilio mulctatis & carcere; Hinc Magiſtratus in eum iurata diſcordia etiam in fauorem vrbis conuenire recuſabant. Die aduenientis Legati primo, obuiantibus ei de more Antianis, cum filium Senatoris *Bonfiglioli* in ea hominum frequentia vnus ex aulicis eiuſdem Legati inofficioſe impuliſſet, alapa repreſſus, cum ad Legatum confugiſſet, ab eo rigidè dimiſſus ſed in ſpeciem correctionis, animo
D ſcilicet eum reſtituendi, ab Antianis non fuit permiſſus. Illinc odium, ſimultas, quæ eos vexauit toto tempore legationis vt in eius conſanguineos inſurgere Nobiles meditarentur; Legatione completa, noctu ſeceſſit; vt contumelias declinaret, quas ei Nobilium Ordo clanculo iniuſte ſtruxerat. Iiſdem intercedentibus, prohibuit ei Pontifex ne homines facinoroſos ad Venetas mitteret triremes, graui Vrbis detrimento, in qua adeo multiplicati fures, vt palam furari non timerent, nec erubeſcerent. Huc facit lemma ſuprapoſitum: *Quomodo facta eſt meretrix, ciuitas fidelis, plena iudicij. Iuſtitia habitabat in ea. nunc autem homicidæ.* Romam reſtitutus, Congregationibus interfuit Immunitatis Eccleſiaſticæ, & Controuerſiarum Iuriſdictionalium; Propagandæ; Rituum; Status Regularium; Viſitationis Apo. Comitiis adfuit Alex. VIII. Innocentii XII. quo regnante, Cardinali Bulionæo, dignitatibus ſpoliato a Ludouico XIV. Gallorum Rege, grandem pecuniam obtulit, vt viueret more Principum, licet ille non acceptauerit. Magnorum ingeniorum æſtimator, ſemper habuit iniquam
A calcare fortunam, oppreſſoſq. leuare. Graue & oneroſum litigium ſubijt ob iuriſdictionem oppidi Leonis, in agro Vrbinate, vbi Abbatiam poſſidebat *S. Laurentij in campo*, aduersùs M. Hetruriæ Ducem, cuius ſoror Duci nupſerat Vrbinati, dictumq. caſtrum cum tuliſſet in dotem, mortua Duciſſa, ad ſe deuolutum aſſerebat Abbas: porro cum in eum iudicatum fuiſſet; ira Cardinalis ſuccenſus, offitiis omnibus ſe abſtinuit, Epiſcopatu etiam Fauentino. Eloquio liber aulicos redarguere coram Innocentio XII. R. P. non timuit. In Comitiis creandi noui Pontificis, poſt obitum Innocentij XII. omnem mouens lapidem; vt ex Cardinalibus in Pontificem
B aſſumeretur, qui morum innocentia, & doctrinæ lumine dirigeret Eccleſiam Dei, in vnum Chriſtum Crucifixum oculos figere excitauit Confratres, tamquam ad Regem Regum & Dominum: Ambitum eiurarent: atq. arcana dominationis, quæ minime congrua Euangelio Chriſti, clamare haud deſtitit, donec Cardinalis Albanus nomine Clementis XI. aſſumeretur.

42. *Accingere gladio tuo ſuper famur tuum potentiſſime.* 44. Pſal. 4.



FVluius Aſtallius Romæ natus die 29. Iulii 1655. ex Clerico Cameræ Apoſtolicæ, Diac. Card. *S. Coſmæ & Damiani* aſſumitur die 2. Septemb. 1686. ab Innocentio XI. R. P. Legationes principaliores ſubijt Eccleſiæ Romanæ, nempe Vrbini, Rauennæ, ac Ferrariæ, ad quam ſe contulit Anno Salutis 1698. vbiq. cum laude incorruptæ iuſtitiæ. In Agro namq. Æmiliano ſumpto de graſſatoribus viarum, ſupplicio, commercium reſtituit; vnde *Alcidem* appellauere populi. Caritate ſæuiente, cum vigilantiſſimè grana congregaſſet in horreis, ex quibus panem ſubminiſtrauit ad ſaturitatem; vt *Ioſeph* eſt ſalutatus. Ceruienſes ob excauatas ſtagnantes paludes, reſtitutamq. aeris ſalubritatem, *Iouem* dixere beneficum. Iuſtitia conſtans in foro; Mecenas in elargiendo, Pater vigilando, oues ſuas tonderi permiſit non deglubi à Curialibus, præcipuè ab Exactore Camerali, cuius virgam paterno amore à confinibus totius Æmiliæ alienam curauit.
Suos

centio X. Vicem gerens, & à consilijs SS. inquisitionis, Episcopus Ariminensis, in quibus cum plene, & abunde officio satisfecisset, iterum Nuntius Apo. Neapolim missus omnem mouit lapidem, vt rem promoueret Ecclesiæ Romanę. In quo defecerit? ignoro. Notum tamen; quod a Clem. X. reuocatus & ad custodiam remissus gregis Ariminensis, vbi vigilantia verè pastorali, Anno præcipue Sal. 1672. cum terræmotu concussa ciuitas, populum suum concionibus, precibus, alimonia, auro fulciuit, pauit, & inter rudera, atquè ædificiorum labentium cæmenta, corpora semiuiua suis manibus redemit, publicis supplicationibus, nudo pede Deum placauit iratum. Hinc ab Innocentio XI. Cardinalium promotione prima facta die 1. Septembris 1681. vt nomine tanti Præsulis purpuram decoraret inter Presbyteros Cardinales assumptus tit. S..... tribus donatus Abbatijs in agro Mediolanensi, testes virtutis ab Innocentio productæ Sāctissimo qui Romā cum ascendisset, accepto pileo Ariminum rediit vitam ducens pietate ac religione conspicuam. In Chrismatis namque administratione, dum caleret, & medio sol staret latissimus Orbe, epilepsia petitus cura medicorum restitutus, Romam iterum euocatus, vt Bononiæ Legatus pręesset, dum vasa colligit, apoplexia forti obrutus obiit, vt vixit, pius religiosus, iustus, testamento condito, in quo fere centum Coronatorum millia legauit Congregationi *de Propaganda*, vt Euangelium propagaret, propugnaret viuus & mortuus. Die obiit 24. Iulii 1683. sarcophago ligneo exceptus temporario: sub inscriptione *Il Cardinale Gallio*. Suo in regimine cum à iustitia numquam aberrasset, seuerus dictus: in agenda Republica quia cautum, accusauere politicum: in priuatis negotijs quia officiosum, insimulauere callidum & curialem: cū re vera animo harmoniam seruaret modestiæ, candoris, puritatis, pietatis, iustitiæ. Literis sufficienter instructus, seipso maiorem exhibuit beneficijs pręcipue erga amicos; Inimicos namq. & obtrectatores difficillime sustinebat. Eius virtus fulgebat etiam in nubibus.


44. *Erat autem huiuscemodi visus: Oniam virum bonum, & benignum, verecundum visu, modestum moribus, & eloquio decorum; & qui à puero in virtutibus exercitatus sit.* 2. Machab. 15. n. 12.



VRbanus Sacchetus Florentinus, natus die 15. Maij. Sal. Anno 1640. dicunt alij die 12. Maij, studijs incubuit a iuuentute, vnde nulli scientiarum ignotus, historia præcipue delectatur sacra & prophana, ex qua genealogias & arcana Principum & genealogias optime callens, magister sedet & docens, in Cōgregationibus attentè auditur, & plausu excipitur. Sedente Alex. VII. R. P. Prælatus domesticus, inde Clericus Cameræ Apostolicæ, postea Auditor Generalis bene audiit etiam apud Innocentium XI.

à quo die 1. Septembris 1681. Diaconus assumptus Cardinalis *S. Mariæ in Via lata*; postea Presb. Car. tit. *S. Bernardi*, & ab eodem Innoc. XI. Episcopus dictus Viterbiensis, Apoplexia bis correptus infulas renuntiauit pensione Scutatorum annua duorum Milium, quorum mille in nepotem etiam trasmitterentur. Congregationibus adstat sacræ Consultæ: Episcoporum & Regular. Rituum: Propagandæ: Viarum &c. Rebus superis, ac vitæ futuræ totus intentus Elemosinarius, pius, moribus placidus enituit omnibus sine querela. Comitiis adfuit Innoc. XII. & Clementis XI. in quibus valetudine minime
A constans, inter Candidatos non recurrit; cum virtus aliàs pro ipso suffragaretur.

45. *Rex qui iudicat in veritate pauperes: thronus eius in æternum firmabitur.* 29. Prouer. 12.



FRanciscus Maria Medices Florentiæ nascitur die XI. Nouemb. 1660. ex Cosmo IV. Duce Hetruriæ secundo genitus à puero pietate imbutus ac religione nomen dedit Ecclesię, vn-
B de genitore intercedente Diaconus Cardinalis assumitur *S. Mariæ in Dominica*, ab Innocentio XI. die 2. Septembris 1686. inde Congregationibus adscribitur Tridentini Concilij, S. Officii; Propagandæ; Rituum; Signaturæ Gratiæ; Hispaniarum, ac Germaniæ Protector comitiis adfuit creandi Pontificis Alex. VIII. Innoc. XII. Clem. XI. Senaū Præfectus a patre constitutus, graui iustitiæ exemplo subditos dirigit; literatorum amator, libentissime Academicos audit, admittit nec indonatos remittit cum dedicatoriis accedentes: Clemens, benignus, misericors
C pauperes patienter auscultat, auro iuuat larga manu, Religiosos mendicantes eleemosinis frequentat. Nuptiis adfuit Rainaldi Estensis Mutinæ Ducis, olim Cardinalis S. R. E. ea pompa, qua interuenire solent magni Reges. Venatione oblectatur etiam causa salutis; pinguedine namque laborat, Mascula deficiente prole M. Principi fratri suo, quæ gentem germinet Mediceam, & principatum regat Hetruriæ. Hinc spetatur, vt suscitare valeat semen patrum suorum. Votis Deus faueat ad pacem Italiæ, ad gloriam stemmatis Medicei.


De eo lege dedicatoriam *To. 1. Decisionum Rotæ Romanæ*, Venetijs editam à Paulo Balleonio 1655.
D *De Anno & Epochis Syro Macedonum* dicauit ei F. Henricus de Noris nunc Cardinalis S. R. E. Opera Dionisii Petauii Liburni edita, Sal. Anno 1700. dicauit Donatus Donati.

46. *Eiecit Dominus Adam de paradiso voluptatis, & collocauit ante paradisum Cherubim, & flammeum gladium atq. versatilem, ad custodiendam viam ligni vitę.* 3. Genes.




BEnedictus Pamphilius Romę
natus die 25. Aprilis. Sal.
Anno 1653. artibus instructus li-
beralibus, laurea ornatus Iuri-
sprudentiæ, Poesi etiam delecta-
tur præcipue sacra & pudica quæ
communi adstantium plausu, ca- A
nitur in Oratoriis Romanis. Ec-
clesiæ nomen dedit, & post varia
subsellia laudabiliter administrata Diaconus Card.
assumitur *S. Mariæ in Via lata*, ab Innocentio
XI. R. P. sub quo, post Io: Franciscum Nigronum,
Bononię Legatus præfuit, populo ac Magnatibus
ęquè gratus, Magistratuum custos, Iustitię interpres,
(vt ex epigraphe Angeli Paradisum custodientis ei
apposita) ac priuilegiorũ ciuitatis Zelantissimus tu-
tor, benignus, liberalis, patiens in auscultãdo popu-
lorum grauamina, ac compatiendo misericors, apud
omnes bene audiit. Suo aduentu cum verba faceret
ad populum, duo sibi odiosa prohibuit, *Violentiam* B
& *Latrocinia*; otium sperans futurum inter subditos,
si Magnates vim minoribus non inferrent: & plebs
latrociniis abstineret. Hæc autem cum furari præ-
sumatur birronibus conniuentibus, & de rapina
participantibus; patratis latrocinijs, & latronibus
non detectis, lictores ipsos damnabat, constrige-
batq. dominis damnum refundere pecunię surreptæ.
Magnificus, liberalis, eleemosinarius pauperes,
virgines numquam dimisit vacuos; Viros nobiles,
vel Principes Bononia pertranseuntes hospitio
etiam inuitos recepit: ciues hastiludiis, equitatu,
equisonibus, ære suo conductis erudiri voluit; na-
tiones conterminas officiosè rependens, omnes C
amicas subijt. Legatione absoluta, cum age-
retur de erigendo pauperum Xenodochio, duo
millia Coronatorum contulit ab ærario publico
sibi numeranda, pro suę legationis ministerio. Bo-
noniensium priuilegijs ampliandis intentus, Apo-
stolicæ Sedis eodem tempore iura intacta custodiens,
eo incessit tramite, vt recto pergens ad dexteram
numquàm declinaret vel ad sinistrã. Romæ restitutus
arcana rimauit Ecclesię in Congregationibus Con-
cilij Tridentini; Rerum Consistorialium, Episco-
porum & Regularium; Fabricæ S. Petri; Indicis
Librorum Prohib. Propagandæ; Rituum; Signa-
turæ Gratiæ; Anno sæculari 1700. tanquam Archi- D
presbyter S. Io: Lateranensis (ad quem translatus
fuerat ex Archipresb. S. M. Maioris) Portã sanctam
aperuit in eadem Ecclesia. Excauationi præfuit
portus Ancij, quem nauigationis & negoriationis
intuitu nouiter aperuit Innoc. XI. Protector Ar-
chicõfraternitatis Crucifixi in Ecclesia S. Marcelli
pluribus collatis eleemosinis duo milla adiecit Co-
ronatorum, vt Anno Iubilæi, expensas peregrino-
rum sustinerent confratres, Protector etiam Col-
legij Clementini tamquam postremum germen ge-
tis Aldobrandinæ, à quà nobile illud Collegium
ortum habuit & incrementum, repetitis largitio-
nibus excitat, & conseruat. Post obitum Innocen-
tij XI. Pamphilius comitiis adfuit Clementis XI.
De eo lege epistolam dedicatoriam libri, Card.
Albicij, cui titulus *De Inconstantia in iudicijs*; typis
Iosephi San Germani Corui Romæ. Paulum Ca-
stelli in ep. dedicatoria libri, cui titulus *Il Giorno Pasquale*, Venetiis typis dati Sal. Anno 1700.

47. *Semen autem Iustorum saluabitur.*
11. Prouer. 21.



RAynaldus Estensis Mutinę
natus die 25. Sal. An.
1655. Diaconus Card. *S. Mariæ
de Scala*; Sacris minime initia-
tus, cum Estensis familia stirpe
deficeret virili, vt eam propa-
gatione repararet, deposita
purpura, die 21. Martij 1695.
coniugem duxit e Principibus.
Hannouer, cognatam viuen-
tis Romanorum Regis, celebratisq. nuptijs pompa
verè regali, cum qua liberis procreatis, familiam
instaurauit: quod adeo gratum Deo, vt cognatam,
fratris scilicet defuncti coniugem frater ducere
teneretur superstes in lege Moysis: propterea nu-
ptias Raynaldi benedicente Deo, solus ex Principi-
bus Italis, mascula prole gaudet.

48. *Quæ mihi fuerunt lucra, hæc arbitratus sum propter Christum detrimenta* 3. ad Philip.



VErissimus de Alencastro na-
tu Lusitanus, Archiepi-
scopus Bracarensis, Lusitanię Pri-
mas, fama pietatis notus ab In-
no. XI. R. P. Cardinalis assumitur
S. R. E. die 2. Septemb. 1686.
Romam cum nunquam venerit,
titulum non habuit, nec pileum
Regnum meditando cœleste se-
pultus iacuit in Cathedrali Oly-
sipponensi die 12. Septemb. 1692. nænias soluente
populo vnà cum Rege, lacrymis flente patrem
amissum.

49. *Labium veritatis firmum erit in perpetuum.*
12. Prou. 19.




HOratius Matthæius pa-
tritius Romanus Ducis
Ludouici filius, & Laurę Fran-
gipanę vel Frangipanis, vtroq.
latere, sago & purpura illu-
stris, cuius clara natalia & ve-
re Romana retexere vales ex
his, quæ dedimus in vita *Hie-
ronymi Matheij* sub Sisto V. &
Ga-

Gasparis Mathei Card. S. R. E. sub Vrbano VIII. die nascitur 15. Martii Sal. An. 1622. Studia quæsiuit sub disciplina Societatis Iesus, quibus mores exornauit, vt Eques verè Christianus appareret in conspectu Principum, & Ecclesiæ. Sedente Innocentio X. R. P. Ordini adscriptus Ecclesiastico, Oruieto præfuit & Camerino, inde populorum plausu Romam restiturus, & à Pontifice cum elogio inter Signaturæ suffragatores adscriptus, iustitiæ sectator gratiam meruit Clementis X. cognati sui, à quo, procurante Cardinali *Palatio Palutio*, nepote adoptiuo eiusdem Clementis, Prolegatus vel Episcopus assumptus Aueniouensis, postea Rotæ A Auditor Romanæ quamuis in Rota nunquam aberrauit ab æquitate; propterea ab eodem Clemente Palatio præpositus Apostolico, & Cardinalis designatus, in obitu Pontificis, pallescere visa est Matthæii purpura, quasi granum synapis, quod cadens non in petrosam, sed fertilem consurrexit cum Innocentio XI. R. P. cuius pariter Maior domus, morum puritate Innocentio non dissimilis Cardinalis tandem assumitur in promotione Purpuratorum secunda, die 2. Septemb. Sal. An. 1686. *tit. S. Laurentij in pane & perna*. Menses quinque non expleuit purpurę, sed Romæ obiit die 18. Ianuarii Sal. Anno 1687. Romæ sepultus in ecclesia S. Fran- B cisci a Ripa, apud Patres Obseruantiæ Reformatos, in sacello gentilitio Matheię gentis, cum sequenti epitaphio.

D. O. M.

Horatius Matthaius tit. S. Laur. in pane & perna die secunda Sept. M.DC.LXXXVI.

50. *Venit in me spiritus sapientiæ, & præposui illam regnis, & Sedibus; & diuitias nihil esse duxi in comparatione illius*. 7. Sap. 7.



IO: Gualterius Renati Slusii filius atq. Catherinæ Gualteriæ, Vegesati natus, vbi & genitores (Oppidum hoc Belgii, in finibus Eburonum ad Mosam, medium inter Leodium & Traiectum) claros natales doctrina illustrauit ac Religione. Paria cum se debere profiteretur patri ac matri, vtriusq. cognomen paternum atq. maternum suo nomine clausit, propterea *Io: Gualterius Slusius* appellatus. A D secretis Breuium assumptus ab Innocentio XI. inde Auditor Cameræ Apostolicæ, hisce in muneribus iustitia, libertate, literis Pontificem sibi conciliauit, vt ab eodem Innocentio XI. die 2. Septemb. 1686. Cardinalis assumeretur, omnibus fere adscriptus Congregationibus Romanis, quarum vigiliis obrutus fato cessit, Nonis Iulij. 1687. Romę sepultus in ecclesia S. Mariæ de Anima, cum sequenti epitaphio.

D. O. M.

Ioanni Gualterio Slusio Leodiensi
S. R. E. Diacono Cardinali
Animi atque ingenij dotibus cumulatissimo,
Moribus, sapientia, pietate præstantissimo,
Largitate in egenos, beneficentia in omnes effusissimo:
Cuius Doctrinæ, instructissima Bibliotheca
Prudentiæ, difficillima Munera
Meritorum, Eminentissima Dignitas
Pene impar argumentum;
Studium verò, commune Bonum
Purpura, commune gaudium
Obitus, commune detrimentum
Prope supra fidem & exemplum
Extitere.
Vixit annos LIX. Menses V. Dies XXIV.
Obijt A. Æ C. MDCLXXXVII. Nonis Iulij.
Fratri amantissimo monumentum
P. C.
Petrus Aloysius Slusius S. R. I. liber Baro, Dominus Debibain
Hebrunual Serenissimo Principi Electori Colonien.
Principi Leodien. à Consilio.

51. *Laborantem agricolam oportet primum de fructibus percipere*. 2. ad Timotheum. 2. n. 6.



IO: Franciscus Ginettus Veliternus patria, Ioannis filius ex Laurentia Toruzzia nobili Veliternadie natus 12. Decemb. 1626. in ecclesia renascitur S. Mariæ de Triuio. Impubes Romam venit communem patriam sub cura patrui Martij Ginetti S. R. E. Cardinalis, in qua cum vi- C gilantibus non dormientibus iura subueniant, officio, industria laboriosa quidem gradus scandit honoris, Referendarius primo vtriusq. Signaturæ, inde Clericus Camerę Apostolicę eiusdemq. postea generalis Thesaurarius, in quibus cum inculpabiliter Rempublicam gessisset ab Innocentio XI. die 1. Septemb. 1681. Diaconus Cardinalis dicitur *S. Nicolai in carcere Tulliano*, postea in Piceno, Archiepiscopus Firmi, per Annos decem pastor vigilantissimus gregem instruxit verbo & exemplo. Comitijs cum adfuisset Alex. VIII. & Innocentij XII. vitam posuit die 18. Septemb. 1691. Romę sepultus in ecclesia S. Andreę de Valle in sacello gentilitio, cum patribus quiescit sub muto lapide.

Epitaphium

Non incisum

Io: Franc. Ginettus D. C. S. R. E.
S. Nicolai in Carcere Tulliano
iam iudicatus
Viuorum & Mortuorum expectat iudicium

52. *Vir*

52. *Virtus tua iustitia initium est.* 12. Sap. 16.



GAspar de Caualleriis Romanus die 22. Septemb. 1648. ex Æmilio Caualerio, & Clelia Sannesia Romana Sannesij Ducis filia, Romæ adoleuit in Collegio Romano, in quo coram Purpuratis cum thæses laudabiliter Philosophicas propugnasset, studio incubuit legali, cuius lauream adeptus, A tesseram sumpsit ecclesiasticam, Clericus dictus Cameræ Apostolicæ, publica munera subiens & iustitia custodiens, semper cum plausu; hinc ab Innocentio XI. R. P. die 2. Septemb. 1686. Diaconus Card. assumptus *S. Angeli in foro piscium*, postea *S. Mariæ in Aquiro*, atq. Archiepiscopus Capuanus, dum Romæ vestigia prosequitur Euangelica, fato raptus ibidem sepelitur in ecclesia S. Mariæ in Ara Celi, in sacello gentilitio Patruum suorum, absquè epitaphio.

53. *Negotium plenum vigiliarum, sudoris assumpsimus.* 2. Machab. 2. n. 16. B



GEns Brancatia, pars magna Reipublicæ Neapolitanæ, cum legi seruiret non Regi, ducatum tenuit in Ægeo Mari, donec irruente Turca ingemuit Græcia sub vinculo barbaro. Plures cum emisisset Colonias: ex Buro Brancatio viro Consulari (qui Anno Sal. 1019. Annonæ præfuit, cum caritate Respublica præmeretur) originem traxere, qui in vtraq. Sicilia arma tractarunt Saeacius, Alexander, Thomas, Antonellus Brancatii. Sub Rege Ladislao Paulus Brancatius Nocerę Comes; sub Ferrante II. Marinus Brancatius Noiæ Comes, castrorum Pręfecti Generales; Philippus Brancatius Campaniæ Comes, armorum Generalis S. R. E. Sæculo decimo sexto Lelius Brancatius Marchio Montis Siluani, castrorum præfectus Generalis apud Flandros, & Generalis apud Ligures: Tiberius Brancatius equitatus Hispani Generalis, castrorum præfectus Generalis in Catalaunis. Fr. Ioannes Baptista Prior Ordinis Melitensis, Rinelli Marchio, tormentorum pręfectus Generalis in regno Neapolitano. Fr. Prior Io: Baptista Melitensium triremium Generalis, qui in bello Peloponesiaco aduersus Turcas vnà cum Venetis insulam expugnauit S. Mauræ, Fr. Ioseph tormentorum Generalis Præfectus in agro Mediolanensi, qui aduersus Gallos Papiam propugnauit.

Ex Bussillo Brancatio Agnani Comite, armorum Generali S. R. E. originem traxere, qui in Gallia per quatuor sæcula Duces, Pares Franciæ, Marchiones Grauillęi, Magni Campi, Maubecii, insulæ della Fertè, & Beaubecii, Martio puluere fulgent.

In Regno Neapolitano vltra Ruffani Principatum, Ducatum Castri Noui ac Lustræ, Gandulfi & Castellaciæ, Marchionatum tenent Montis Siluani, & Comitatum, vbi auorum imagines elogiis, epitaphiis, inscriptionibus posteros excitant ad virtutem & gloriam sago, togaq. quærendam. Supra namq. centum Episcopos & Archiepiscopos ex gente Brancatia regnum numerat Parthenopæum, præter eos, qui in Gallia vel in Italia sedes tenuere Ecclesiasticas.

Tantis Atauis fultus exurgit *Stephanus Brancatius* Caroli Brancatii filius ex Mariana Oloria Pisana die..... Sal. Anno 1618. gentis Brancaciæ *purpuratus* S. R. E. Octauus.

Landulphum namq. Brancatium S. R. E. Cardinalem tit. S. Angeli creauit S. Cælestinus V.

Raynaldum Brancatium S. R. E. Cardinalem tit. S.......... creauit Vrbanus VI.

Marinellum Brancatium Cardinalem creauit Vrbanus VI.

Nicolaum Brancatium Card. tit. S. Marci, Archiep. Consentinum Clemens VII. Antip.

Ludouicum Brancatium Card. tit. S. Sixti. Gregorius XII.

Thomam Brancatium nepotem Sororium Io: XXII. Cardinalem creauit idem Io: XXII.

Franciscum Mariam Brancatium Cardinalem creauit Vrbanus VIII.

Stephanum Brancatium Francisci nepotem Cardinalem creauit Innocentius XI.

Romam ascendit Stephanus viuente patruo, quo promouente, Perusio pręfuit aliisq. ciuitatibus imperii Ecclesiastici: inde Melitam Inquisitor designatus sedente Innocentio X. R. P. dum Neapolim nauem scandit, audita morte Pōtificis, Romam redit ab Alex. VII. nouo Pontifice Nuntius Apo: di- C ctus ad M. Hetruriæ Ducem, indè ob rem bene gestam, ad Venetam descendit Rempublicam, ibiq. feliciter legatione absoluta, Romam reuocatus, a secretis adfuit Congregat: Tridentini Concilii, in qua fidelis ac prudentis ministri opinione parata, Annos vltra quaterdenos cum laudabiliter absoluisset, ad purpuram suis sudoribus partam euocatus ab Innocentio XI. die. 1. Septemb. 1681. tit. *S. Mariæ de Pace.* Episcopus Viterbiensis & Tuscan. dum gregi promouendo totus intentus diœcesim lustrat, vitam ponit memoria dignè recolendam, die 8. Septemb. 1688. in noua Cathedrali S. Laurentii Viterbiensi sepultus, quam ipse marmore, D suppellectile exornabat; cum sequenti epitaphio.

D. O. M.

Stephani Brancacij Neapolitani.
In Apostolica sedis obsequium
Variis muneribus annos vltra quaterdenos Perfuncti.
Francisci mariæ Cardinalis Brancatij
Viterbien: & Tuscanen: Episcopi

Ex

Ex fratre nepotis,
In vtraque cathedra successoris.
Cuius animi magnitudinem, prudentiam, lenitatem
Fama testatur.
Huius Basilicæ, ipsius munificentia
Nitidiorem in formam translatæ,
Sacrario pretiosa supellectile ditato
Optime meriti.
Ab Innocentio XI. P. O. M. purpura decorati,
Post modum Solis cursu vix exacto
Spe Mundi delusa
E' viuis erepti VI. Idus Septembris
A' partu Virginis Anno MDCLXXXII.
Ab eius natali LXIV.
Anima Cælum possidet,
Cineres hic Vrna conduntur.

De familia Brancaccia lege Altimarem tomo. 3. *De familia Carrafa.* Mazzellam *De Nobilitate Neapol.* Filomundum *De Viris Illustrib. Neapol.* Strozium Oratione funebri Card. *Franc. Maria Brancatij.*

A

Additiones ad Cardinales Innocentij XI.

1. NAscitur Io: Bap. Spinula Card. nunc tit. *S. Ceciliæ* sub Innoc. XI. die 21. Septēbris, Sal. Anno 1615. Madriti dum Comes Pezzuolę eius parens in Hispania degeret, vnde ab Hispaniarum Rege ciuitate Donatus, priuilegia omnia subiit in Romana Dataria, quę indulgeri solent Hispanis.

11 M*Arcellus Duratius* natura etiam repugnante oculatissimus, motu velox, vultu serenus & placidus ob scientiarum cognitionem quas possidet, linguarum peritiam, politiam Principum, nationes omnes sibi conciliat. Moribus inculpatus, laboris impatiens, fortis domitor, officii sui custos vigilantissimus, ac iustitię Zelator acerrimus tentatus iura vendere, donauit. Cum enim eo tempore, quo apud Lusitanos legationem agebat Apostolicam, Romæ suppressis ab Innoc. XI. Vacabilibus, ex quibus Duratius duo millia annuatim exigebat Coronatorum ad alimoniam familię, spoliatus iaceret; animo tamen excelso, septuaginta Scutatorum millia sibi oblata a patre Commendatoris.......... vt in illa famosa controuersia Hebręorum, qui Euangelium subierant lauacro tincti Baptismatis, prouide consuleret, reiecit: malens integer & indonatus iustitiam liberaliter exercere, quàm vendere; propterea a Rege gratissimo, iure ciuitatis donatus cum Episcopatu Eboracensi, quo ditiorem Lusitania non habet; quem tamen Duratius cum generose recusasset; Rex vt tanti animi celsitudinem aliquo munere rependeret, extractum e digito adamas pretii octo mille Coronatorum, digito imposuit Legati: quod cum accepisset Pontifex Romanus ad Hispanos legauit, ibiq. stantem, & causam promouentem Christianæ Reipublicæ aduersus Turcas, die. 2. Septemb. 1686. Presb. Card. creauit tit. *S. Prisca.* adiecto Episcopatu Carpenctoratensi. Romam venit, vt creationi adesset noui Pontificis, quē inuenit electum nomine Alex. VIII. à quo Episcopus dictus Ferrariensis possessione abstinuit, ne pensione grauaretur nouem mille Coronatorum. Defuncto Alex. VIII. ab Innoc. XII. Episcopus dicitur Spoletanus, quo (iubente Pontifice) se abdicauit, vt legationem subiret Bononiensem, qua functus Ecclesiam regendam accepit Fauentinam, quam illico Cruce donauit argentea cum sex candelabris, & redditu annuo ducentorum Coronatorum ad vsum Ecclesię. Decima Septemb. 1633. cum natum supra dixerim: alii verò 6. Martii. 1630. referant: vtrumq. adnotatum habeas.

B

12. M*Arcus Antonius Franc. Barbadicus* patritius Venetus in suo episcopio Seminarium scientiarum erexit, ad instructionem dięcesanę iuuentutis, quorum animas virtutibus promouet, exemplo excitat, præmiis sollicitat Moribus castis; hospitalis de eo dicas cum Apostolo. 1. *ad Titum n.8. Oportet enim Episcopum sine crimine esse: sicut Dei dispensatorem, non superbum, non iracundum, non vinolentum, non percussorem, non turpis lucri cupidum; sed hospitalem, benignum, sobrium, iustum, Sanctum, continentem, & amplectentem eum, qui secundum Doctrinam est, fidelem sermonem &c.*

C

14. M*ichael Stephanus Radzieovuski* totus intentus Ecclesijs instaurandis suorū Episcopatuū, suppetijsq. ferendis Regi suo in bello Turcico, non semel vasa argentea Nuncio detulit Apostolico, vt in pecuniam conflarentur.

21 MAximilianus Gādolphus de Kijēburg Gręcij natus in Styria, vbi publice Magister creatus Philosophiæ, Romæ Theologiam absoluit. Consistorij Salisburgensis Præses Anno 1654. eodem Anno Episcopus assumitur Lauantinus: inde ad Secconiēsem translatus Episc. An. 1665. tandē Anno 1668. Archiepiscopus electus Salisburgensis, nocte 16. Iulii. 1669. ingenti mole rupis cadentis ex monte vrbis Salisburgensis, quæ Seminarium cum ædibus S. Marci, & 13. domos euertit, ducentis hominibus ruina contritis, penè oppressus cum miraculose euasisset, ecclesiam collegiatam in Seekauhem, ac decem Vicariatus nouos erexit, ędificauit ecclesiam in Lunga. Obiit. 3. Maii. 1687.

D

De eo lege Iosephum Mezegerum Monachum Benedictinum in *Historia Salisburgensi.*

30 S*Tephanus Camusius Ep. Gratianopolitanus* cū propositionibus Cleri Gallicani Parisijs congregati,

gati, Sal. Anno 1682. contra Sedis auctoritatem Apostolicæ subscribere recusasset, merito constantię, fidei, doctrinę, Cardinalis assumitur S. R. E. ab Innoc. *XI.* autumante, illum clipeum futurum contra prophanatores Ecclesiasticæ immunitatis. Comitijs non adfuit Alexandri VIII. ne Zelotypiam augeret apud Gallos, quod cum Hispanis conspiraret. Comitijs adfuit creandi Innocentij XII. in quibus, & vsque in hodiernam diem fidelis Regi suo, rem patriam pro iuribus promouet. Moribus innocens, habitu semper indutus pænitentię, Terciario S. Brunonis Carthusiani, quem etiam purpuratus non dimisit, vigilijs assiduis atq. ieiunijs carnem macerat, prouentus omnes pauperibus, Xenodochijs, Ecclesijs distribuit, infirmos adiuuat, carceratos visitat, sacramenta distribuit, & Euangelij predicatione panem esurientibus frangit: diebus festis, congregatos pueros præceptis instruit Euangelicis, in visitatione campestri rusticos Dæcalogum docet, nilq. omittit, quod officium exigit Apostolicum.

33. G*Villelmus de Fustemberg* Abbas dictus S. Germani à Ludouico XIV. Gallorum Rege.

41 IO: *Franciscus Nigronus* Sacellum erigi curauit ad honorem S. Francisci, Romæ in Ecclesia nominis *Iesus*. Palatium cum vineis, ędificijsq. conterminis defuncti Cardinalis Montalti, pretio parauit; hospitiumq. erexit, in quo Professores conuenientes Theologiæ Moralis conuiuia exercent Platonica, in quibus pręcipuè Sacerdotes moribus instruerentur atq. doctrinis. Disputationibus excitata ingenia veluti silex ferro percussa ad veritatem consurgerent, & spem felicitatis æternę. *Omnibus* (*teste* Seneca *ep. 108*) *natura fundamenta dedit, semenq. virtutum: omnes ad omnia ista nati sumus: cum irritator accessit, tunc illa animi bona velut sopita excitantur.*

Finis Tomi Quarti.